Auguſtini Dathi Senẽſis oratoris clariſſimi Orationũ Prima pars cũ Annotamẽtis marginalibus Lima caſtigatiori excuſa: in qua ſequẽtes libri continentur

Primus lib. Laudes artium humanarũ complectitur.
Secundus Sanctorũ orationes cõmendatitias exprimit.
Tertius laudatitias reip. Continet orationes.
Deinde Liber de ſeptem virtutibus. Poſtea Liber de ſacramentis panis et aquæ ſubſequitur.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Venundantur in vico Iacobeo ſub ſtemmate diui Martini. In ædibus Dionyſii Roce.

¶ Nicolai Dathi Senenſis epiſtola in editionem laudum Paternarum ad Franciſcum Picolhomineum Car. Senen̄. qui dum opus imprimeretur: ad ſūmi Pontificatus culmen euectus: Pius. III. nuncupatus eſt.

¶ Nicolaus Dathus Franc. Picolhomineo Card. ſen ēſ. Pii. II. Pōtificis Maximi nepoti: ac omni virtutem genere ornatiſſimo. S. P. & fœliciſſimam atq; perpetuā beatitudinem et ſoſpitatem exoptat.

Si quiſquam eſt Sacroſancte Præſul: quē ſuis ipſius meritis præcipue colere debeamus: doctrinæ præſtantia: ac ſplendore virtutis et religionis ſacramento plurimum obſeruare: ac ſācto fœdere veteris obſeruantiæ: ardentiſſimo cogamur honore complecti: tu ipſe profecto cæteris ſis valde omnibus præferendus: præſertī a nobis: quibus ob eas cauſas: quas narrauimus: nihil te vno eſſe conueniat vel antiquius quicꝙ: vel omnino perfectius. Preterea clariſſimus pater: tibi adeo charus ac perīucūdus ſemper extitit: vt ei vel mortuo ſūmam petulanter facere putaremus iniuriam: ac ſacros temerare ipſius manes: atq; prophane larem inceſtare: & turpiter ſcelerare animam: et violare parentis iura: quæ colimus ꝙ ſāctiſſime niſi te pie veneraremur et debitis tuam excellentiam afficeremus honoribus. Patris autem erga te ſūmam deuotionem liquido manifeſtant: et aperte teſtantur ad tuam dignitatem creberrimæ eius epiſtolæ: ac tuo nomini libri dicati: vt ambigere certe poſſit nemo: te tantum patrem fuiſſe veneratione proſecutum: quantum homo colere queat hominē cum virtute. Sed haud eſt profecto tempus idoneum repetendæ nunc altius noſtræ erga te obſeruantiæ. Illa enim vel ſola ratio ad te tanꝙ numē aliquod venerandū videtur eſſe ſufficiens: ꝙ tibi penitus ſe pater addixerat: & tuis virtutibus atq; obſequiis ſtudiisq; mentem totam atq; animū cōſecrauerat. Ad hæc habes ipſe innatam gratiam: de tuo illuſtriore & cōſpicuo corporis habitu cum dignitate ſimul ac maieſtate ſpirat amœniſſima Reuerentia: vt qui te non apprime colat ſceleratus et impius: qui non amet ardenter: ſit prorſum inhumanus & inciuilis et incōciliatus & ruſticanus atq; villanus & inſenſatus habendus. Accedūt ad hæc naturæ munera tua virtus eximia: inculpati mores doctrina præcellens mira facūdia. His demū vniuerſis efficitur: vt te optimus quiſq; ad vnū amare cogatur. Nemo vel improbus atq; oīo perditus poſſit odiſſe. niſi forſitan ob inuidiā: quā nullus vnꝙ valuit vir ꝓbatus effugere. Satis aūt T. dignitati notū arbitror: quo ſim aīo erga te: & quali proſequar obſeruantia: ac reuerentia colā ſublimes tuas admirandasq; virtutes: vt plane tum ſinguli tū vniuerſi perſpiciāt quanto te honore cōplectar: & quantum etiā tuæ ampliſſimæ tribuā dignitati. Neq; de ea nunc loquimur dignitate: quā ex diuino ſacerdotio Dei munere conſecutus es. Sed illū nunc ſplendorē itelligimus & ornamentū: quod ꝓprio labore atq; aſſiduo ſtudio cōparaſti. Doctrinæ inꝙ exactiſſimæ: atq; ardentis virtutis

tuæ decus & gloriam. Ego &.n. ſic tibi afficior: adeoq3 defixus es peni-
tus meis præcordiis : ac tā religioſe repoſitus memoriæ penetralibus:
atq3 animi ſacrario cuſtoditus : vt quocūq3: ſe mea verterit cogitatio:
Car. Seneñ. meū videat intueri: & mens ipſo quodāmodo præſente frua
tur. Nō poſſumus pro noſtro deſiderio patefacere cordis abſcōdita. Tē
taui nonnūꝗ: ad te aliquid exarare quoddā velut omnibus noſtræ teſti
moniū obſeruātiæ: & veri apud te pignus amoris. Scribebā nuper in li-
brum patris de animi īmortalitate proloquiū: & intercōponendum tu
nobis imprimis occurriſti: cui id præcipue dicaremus. Nāq3 in eo pa-
tris ſimul et eloquētiæ laudes prædicamus : & celebramus præconia: q̄
nulli equidē hominū poſſumus decētius cōſecrare ꝙ tibi viro ſane pro
batiſſimo pariter & eloquētiſſimo: maximæq3 noſtræ gloriæ ſtudio: q ſi-
ne vllo prorſū liuore: ſed læto ſis vultu lecturus & conſideraturus abſq3
vano obtrectatu: vt optimus paternæ ac noſtræ fauor dignitatis mi-
ras ac variis hominibus cōgruentes & patris laudes pariter et eloquē-
tiæ & correcturus noſtros errores clemēter benigne pacate velut indul
gentis ac boni parentis in caſtigando vice perfunctus. Accipies igitur
venerande Præſul puſillū munus: & non donū ipſum paruū : ſed qua ſit
datum volūtate cōſidera. Calamo inſup ne parcas: oramus. Tuo enim
i culpabili iudicio vel ſtabimus quod optamus: vel cademus potius qđ
timemus & aut de incōparabili tua erga me beniuolētia: ſūmaq3 impri
mis eruditione cōfiſus aliquādo maiora & digniora te hortāte perege
ro: aut deſtitero te viſus ſapientiſſimo conſultore a ſuſceptis improſpe-
re fortaſſis & arroganter operibus.

Sancte pater ſacris Diuum illuſtrate parabam:
  In te ſit quantus pandere noſter amor.
Nil ſatis occurrit / ſinceri pignus amoris.
  Cōdignum meritis: officiisq3 tuis.
Ficta quidem fuluo contemnis dona metallo
  Gemmaq3 pro nihilo ſtat precioſa tibi
Grandia cecropium redolentia verba leporem
  Et te præcipue pagina ſacra iuuat.
Pectore / doctiloqui laudes Genitoris habebam
  Edere: non parui nempe laboris opus:
Quem patris eximium chartis mandamus honorem:
  Noſtra dicare paro ſcripta ſubinde tibi.
Mira ſacer Patris crebro tibi cognita viſu
  Facta leges Teſtis tu bonus eſſe potes
Pagina nulla: reor: magis hac tibi grata futura eſt.
  Te fuerat patri charius orbe nihil:
Ingenuum veri viligatum munus amici:
  Oro: tuo / læta / nomine / fronte cape.
Pande fores nunc Phama tuas: celerisq3 per auras
  Labere: grandiloqui munera pande Dathi:
Nuncia longinquas rapido ſpatiare per vrbes
  Læta gradu Veniet te prope vera fides.
Exulta patriæ ſplendor Franciſce perennis
  Namq3 Datho cunctis gloria digna datur

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ecce patent numeroſa tui monumenta magiſtri:
Quæ ſunt magnifico nomine plena tuo.
Omnibus ecce Dathi paſſim documenta leguntur:
Atq3 tuum toto panditur orbe decus.
Iamq3 Datho reſonant ſcholæ:fora:phana:cathedræ:
Et ſimul a docto quæritur:atq3 rudi.
Cuncta latina cohors auidis perdiſcere votis
Scripta Dathi cœpit:atq3 fouere ſinu.
Tu quoq3 tantarum celebres præconia laudum:
Ac præceptoris nomen ad aſtra feras.
Incœpi ſermone rudi memorare parentis:
Quas potui:laudes Cætera mando tibi.
Te pater edocuit græcam latiamq3 Mineruam.
Redde vicem meritis.par referaſq3 pari.
Vale.

¶Primo libro hæ ſubnotatæ orationes continentur.

Oratio eloquentiſſimi viri Titi Sutrini de vita & laudibus Auguſtin Dathi in eius anniuerſario folio primo
Oratio prima de laudibus philoſophiæ fo.iii.
oratio altera ad idem fo.vii.
Oratio tertia ad idem folio.viii.
oratio quarta ad idem fo.xii.
Oratio quinta ad idem folio.xiii.
oratio ſexta ad idem fo.xvi.
Oratio ſeptima ad idem fo.xviii.
Oratio octaua & inuectiua in ciuem vrbinatem delirum & nebulonem ſenem ad Anthonium comitem folio.xix.
Oratio nona cum librum:M.Tullii.de natura deorum Auguſtinus Dathus publice legere incepiſſet:quam orationē miſit deinde ad dominū Biliottum canonicū Senenſem adoleſcentem eruditiſſimū.fo.xxii.
Oratio decima:quum Georgica Maronis Vergilii publice Dathus inceepiſſet legere folio.xxiii
Oratio vndecima:quum diui Hieronymi in Iouinianum hereticum inuectiuos libros Dathus in aperto legere incœpiſſet fo.xxv
Oratio.xii.quum.M.Tullii Ciceronis Tuſculanas quæſtiones Auguſtinus Dathus palam legere incœpiſſet fo.xxvii.
Oratio.xiii.quum publice.M.Tullii orationes legere incœpit fo.xxxiii
Oratio.xiiii.quum librum Ciceronis de officiis Dathus publice explanare cœpiſſet fo.eodem
Oratio.xv. quum valerium maximum communi ſtudiorum Gymnaſio Senenſi patria omnes:qui intelligere eā cuperent auctores Auguſtinus docere inſtituiſſet: fo.xxxiiii.
Oratio.xvi.in principio legalis cuiuſpiam lectionis fo.xxxiiii.
Oratio.xvii.quam habuit Auguſtini ipſius filius Nicolaus: cum pater P.Terētii fabulā legere incœpiſſet:& ſcolaſtici adeſſent ꝙplurimi.fo.eo
Oratio.xviii:ad idem fo.eodem

Oratio.xix.ad idem fo.xxxv:
Oratio.xx.ad idem. fo.eodem
Oratio.xxi: quum Vergilii librum Aeneidos quartum Dathus publice legere incæpiſſet fo.eodeꝫ
Oratio:xxii.pro eo qui ciuilis iuris cognitionem profeſſus in ea egregia facultate Doctoratus petit inſignia fo.xxxvi.
Oratio.xxiii.vice eius qui in ciuili iure doctoratus inſignibus decorãdus: metuendum doctiſſimorum hominũ: ſubit examen fo.eodẽ
Oratio.xxiiii.eius vice: qui doctoratus inſignia in ciuili iure eſt in aliquem collaturus folio.xxxvii.
Oratio.xxv.vice illiusqui legalem profeſſo prudentiam, doctoratus impartitur inſignia fo.eodem
Oratio:xxvi.vice eius qui eruditum queuis iuuenem & idoneum in cœtum philoſophiæ ac medicinæ doctorum ſuadeat aſciſcendum & decorandum inſignibus doctoratus fo.eodẽ
Oratio.xxvii.eius nomine qui in artibus (vt appellãt) a promotoribus quos vocant doctoratus petit inſignia fo.xxxviii.
Oratio.xxviii.quam Dathus ipſe habuit: cum peritiſſimo iuueni ac phõ ſubtiliſſimo Petro venantio largitus eſt inſignia doctoratus. fo.eod.
Oratio.xxix.& quaſi præfatio quædam: quum Tuſculanas quæſtiones Dathus publice legere inchoaſſet fo.xxxix
Oratio.xxx.quæ eſt dei inuocatio principio alicuius libri explanandi præcipue laſciui fo.eodem
Oratio.xxxi.de laudibus iuris ciuilis: pro illo qui in ea facultate doctoratus petit inſignia fo.eodẽ
Oratio.xxxii: vice illius qui doctoratus inſignibus decorãdum poſt explanatam ab eo de more lectionem in doctorum cœtu imperioſe ad diſputationem inuitat: hanc orationem habuit Auguſtinus in doctoratu Bertholdi Maſſarii integerrimi ciuis Senẽſis. Hic fuit & dialecticus per egregius ac ſummus philoſophus & medice artis peritia eius: quam Græci appellant apprime clarus: & quod raro in hac fere hominum: fide & obſeruantia ac ſtudio in amicos, & præcipua quadam in cũctos beneficentia virorum omniũ beneuolentia & amore digniſſimus folio.xl.
Oratio.xxxiii.pro eo qui e Gymnaſio ſtudiorum rediens in patriaꝫ doctoratus inſignibus decoratus in concione de more præmium laudat ius ciuile: deinde principem: poſtremo in cœtum aſciſci ac munere doctorum ſuæ patriæ adſcribi ſuppliciter poſcit: & orat fo.eodem
Oratio.xxxiiii.ac veluti præfatio quædaꝫ de laudibus legalis ſapientiæ folio.xli.
Orationis.xxxv.thomos de ſuipſius cognitione fo.eodem
Oratio:xxxvi.ac præfatio quædam mutila mendoſa corrupta imperfecta diuinos tantum mures roſere libellos. Eam Dathus habuit orationem: quum.M.Tullii de officiis librum publice legere incæpiſſet fo.eo.
Orationis.xxxvii: thomos pro diſputante fo.xlii
Orationis.xxxviii.thomos de laudibus chriſtianorũ theologiæ.fo.eo.
Oratio.xxxix.de laudibus virtutis fo.xliii:
Oratio:xl:ad idem fo:eodẽ:

Orationis.xli:fragmentum ad idem folio eodem
Orationis.xlii.thomos ad idem folio.xlvi
Oratio:xliii:de hominis dignitate atq; præſtantia: folio eodem
Oratio:xliiii de recto hominis fine folio:xlvii
Orationis:xlv:thomos quo animus eſt colendus vt ager folio eodē
Oratio:xlvi:de amicitia fo:xlviii:
Oratio:xlvii de pace fo:eodem
Orationis:xlviii:ad diſcipulos de humana fœlicitate filio:xlix:
Orationis:xlix:thomos ad diſcipulos de medio vitæ ſtatu:quo ſumma conſiſtit vitæ tranquillitas:atq; humana in terris (ſi qua eſt) fœlicitas continetur folio:l:
Orationis.l.thomos de laudibus hiſtoriarū pariter & oratorū. fo.li:
Orationis.li.thomos ad diſcipulos de contēptu rerum humanarum.: folio. eodem

¶ Alter liber has infra notatas continet orationes.

Incipit oratio prima de laudibus diui Hieronymi fo.lii:
Oratio altera de paſſione domini fo.lvi:
Oratio.iii.de laudibus diui Bernardini Senenſis fo.lx:
Oratio.iiii.de laudibus diuæ Catherinæ Senenſis fo.lxii.
Oratio quinta in honorem diui Caliſti martyris fo.lxv:
Oratio.vi.de laudibus diui Andreæ apoſtoli fo.lxvi.
oratio ſeptima de ſacramento altaris fo.eodē
Oratio.octaua habenda Epiphaniæ celebritate:quum feſta totius anni ſolēnia conuocato in templū chriſtiano populo ſignificantur: fo:lxvii.
Oratio:ix:ad idem fo:eodem
Oratio:x:ad idem fo:eodem
Oratio.xi:ad idem folio:lxviii:
Oratio.xii.de laudibus glorioſiſſimæ virginis matris Mariæ fo.eod:
Oratio:xiii.de aſſumptione virginis:quam Dathus ipſe habuit ad cœtum florentinorum in eccleſia cathedrali:quum Pius.II. pontifex maximus Senæ ageret:& turba frequentiſſima epiſcoporum & maximorū patrum ac ciuium Florentinorum & Senenſium adeſſent fo:lxix.
Oratio.xiiii.de Saluatoris aduentu coram ſummo pontifice & ſacro cardinalium cœtu fo.eodē
Oratio.xv.quum Epiphaniarum celebritate chriſtianæ concioni conuocatæ in templum feſta totius anni ſolemnia nunciantur fo.lxxi:
Oratio.xvi.ad idem fo.eodem
Oratio.xvii.ad deum in honorem diui Bernardini Senenſis fo.eodē
Oratio:xviii.ſecreta ad idem fo.lxxii:
Oratio.xix.poſt communionem ad idem fo.eodē
Oratio.xx.ad idem fo.eodem
Oratio.xxi.ad idem fo.eodem
Oratio.xxii:ad idem fo.eodem
Oratio.xxiii.ad idem folio eodem
Orationis.xxiiii.thomos qua optimum afferit eſſe ordinem: vt totius

vel verbi:vel operis.& adeo nobis origo ſumatur:& in deum conſuma-
tio referatur folio eodem
Oratio.xxv.quæquidem inuocatio quædam eſt ad deum in principio ali
cuius operis peragendi fo.lxxiii

¶Libro tertio ſubſcriptæ clauduntur orationes

Oratio prima de laudibus Senenſis patriæ:& optima reipub. guberna-
tione & conſignatione vexillorum pro vetere illius inclytæ ciuitatis
ſingulo quoque ſemeſtri ſeruata cõſuetudine. folio:lxxiiii:
Oratio altera de laudibus Senenſis ciuitatis: quum glorioſiſſimus Rex
ac princeps magnanimus Ferdinandus/& excelſa Senenſis reſp. ſancto
iuncti ſunt fœdere folio.lxxvi
Oratio tertia de Senenſis vrbis dignitate atque præſtantia/et recta eius
ciuitatis inſtitutione:deque tuenda Reipub.tranquillitate & gloria
folio.lxxviii.
Oratio quarta de optimis & rectoribus & conſeruatoribus rerum pu-
blicarum fo.lxxix
Oratio quinta de ampliſſimis laudibus Senenſis & vrbis & ciuitatibus
deque optima eius reip.diſciplina/& recta gubernantium ciuium ratio-
ne & modo vice illius qui ſanctæ ſynodi religioſorum omnium ſacri ali
cuius ordinis celebritate ſit habitaturus ad Senenſem populum gene-
rali eorum duce ac rectore iubente fo.lxxx.
Oratio ſexta de iis rebus:quas rerumpub.rectores hunc magiſtratus ha-
bere cõueniat folio.lxxxiii.
Oratio ſeptima de republica vere beata fo:lxxxiiii:
Oratio octaua de præclara reip.inſtitutione folio eodem
Oratio nona de iuſticia & laudibus ſtudiorum & mercature cum pro
vetere Senenſis patriæ conſuetudine nouis magiſtratibus vexilla victri
cia & glorioſa inſignia publice commendantur folio:lxxxv
Oratio decima de laudibus iuſtitiæ & optima & regum ac ciuitatum re
ctorum gubernatione fo.lxxxvi.
Oratio vndecima ad nouos magiſtratus Senenſis reſpub. de iis rebus
rebus:quas ciuitatum rectores habere præcipuas ac ſeruare conueniat.
folio.lxxxvii
Oratio duodecima de iuſticiæ laudibus: quum de more Senẽſis patriæ
victricia ſigna & paſſa vexilla nouis magiſtratibus publice cõmendan-
tur:ab iis qui publico functi ſunt munere folio.lxxxviii.
Pro eo:qui regis nomine nobilem aliquem virum ac virtute præſtantem
& rerum cognitione experientiaque in prætorem delegit ciuitatis Ora-
tio.xiii. fo.lxxxix:
Oratio.xiiii.non procul ab eodem propoſito folio eodem
Oratio.xvi.qua ad probe ac iuſte delatum ſibi magiſtratum gerendum
aliquis cohortatur fo.eodem:
Oratio.xvi.in noui rectoris ingreſſu fo.lxxxx
Oratio.xvi.ad idem folio.xci.

Oratio.xviii.cum Gymnaſii rectori a ſūmo magiſtratu capitium verſi colore ornatu diſtinctum:et cetera eius dignitatis in ſignia conferuntur. folio eodem.
Oratio.xix.vice rectoris Gymnaſii:cum gratias agit acceptorum inſignium rectoratus fo.xcii.
Oratio.xx.vice rectoris Gymnaſii:qui magiſtratu defunctus ſucceſſori ſuo cōmendat rectoratus inſignia. fo.xciii.
Oratio.xxi.ad Senenſē magiſtratū de recta Reip.gubernatiōe.fo eodē
Oratio.xxii.qua deſignatos Reip.magiſtratus ad pacē tuendā:amplectēdā cōcordiā:iuſticiāq; ſeruādā Dathus plurimū cohortatur.f.xciii
Oratio.xxiii.quādāmus Senēſis reip.magiſtratus clariſſimū virū iohannem Penſiā Siculum militari ornamēto inſignire et auro. fo.eodē.
Oratio.xxiiii.cum.N.Lucēſem ac Senenſem Pretorē in fine magiſtratus:publico inſigni & victorici:ſigno ac preclaro vexillo donaret Senēſis Reſp.quodam veluti ac perſpicuo ſuarum laudum teſtimonio et perpetuo aeterne ipſius glorie monumento folio eodē.
Oratio.xxv.vice Regis qui clarum belli Ducem fide probatum ac bene de ſe meritum familiariū ſuorū conſtituit numero:ac victricibus ſignis donat:quibuſdam veluti bellice virtutis inſignibus et militaris ſue ipſius laudis perpetuis monumentis. fo.xcv.
Oratio.xxvi.in comitiis habita:cum de more Senenſis patrie noui magiſtratus ſorte quadam duceretur ebuxolo fo.eodem
Oratio.xxvii.habita:dū Paulo Lucullo Aquilano equiti Senēſis Reip. collata ſunt ſigna folio.xcvi
Oratio.xxviii.ad quirites pro nouo Senatore vrbis de laudibus Romane ciuitatis fo.xcvii.
Oratio.xxix.ad idem fo.eodem
Oratio.xxx.pro Senatore vrbis in fine magiſtratus folio eodem
Oratio.xxxi.ad idem fo.xcviii

¶Subſequitur libellus de vita beata:quo quid ſit beatitudo monſtratur:quoue conſtat:cū qua eſt humana in terris felicitas. xcviii.
Mox ſequitur tractatus de ſeptem virtutibus ſcilicet Fide Spe Charitate.Item de Prudentia Iuſticia Fortitudine Temperātia. fo.cv.
Poſthunc ſubſequitur liber de ſacramentis panis & aque:et hic ī duos tractatus diuiſus eſt:Inq; eorum primo agitur de aqua: & ſecundo de pane ſecundum miſticā rationem. fo.cix.

¶Finis Repertorii eorum que continentur in hoc libro.

¶Franciſcus Philelfus: Auguſtino Datho.S.D.P.

Miror quid in cauſa ſit:quod ſepe meis litteris Prouocatus nihil omnino in hanc diem reſponderis: cum non tacendi a nobis ſed dicendi artem didiceris. Nec enim puto te vſq; adeo occupatiōibus obrutum:vt nihil omnino tibi detur ocii ad officium. Quid abs te velim:et quid te deceat:non es neſcius. Vale Ex Mediolano.x.Calēdas.Martias.M.cccc.lvi.

¶Præcellentiſſimi Oratoris Auguſtini Dati Senenſis primus orationum liber fœliciter incipit.

¶Eloquentiſſimi viri Titi Sutrini/de vita & laudibus Auguſtini Dathi Oratorum ſui temporis longe omnium eminentiſſimi/Oratio in eius anniuerſario fœliciter incipit.

NON dignum arbitror eſſe o ciues/Auguſtini Dathi oratoris noſtrorum tempo℞ clariſſimi:& huius Senenſis reipublicæ ſtudioſiſſimi:laudes in eius funere ſilentio præterire:ne is qui aliorum ciuium interitus:atq; optimatum exequias ab ineūte ferme ætate:quoad vixit: grauiſſimis copioſiſſimiſq; orationibus proſecutus eſt/ſua laudatione:iuſto atq; debito omnium bonoru; conſenſu Panægyrico in hoc funebri apparatu:& celebri popularium conuentu fraudetur:præſertim cu; ſe talem in vita præſtiterit:vt non ſolū a me:qui vnicus ſum:ſed ab vniuerſa patria ꝙ plurimis maximiſq; beneficiis deuinctā habet:commendationes ſibi referri mereatur. Quod ſi pro eius meritis:parum copioſe dixero:quæſo obſecroq; ne ſtudiis noſtris potius ꝙ tanti viri præſtātiæ atq; magnitudini tribuēdum putetis. Acerba præterea recordatio/maximam animi curam:moleſtiamq; renouare ſolet. Illud enim pene diuinū ingenium:illa facūdia:illa virtus Auguſtini Dathi morte ſublata eſt. Quare vellem:deus optimus maximus annuiſſet:vt viuo potius recte factorum gratias ageremus: ꝙ mortuo honores quæreremus. Sed qm̄ omnium ſors a natura ita comparata eſt: vt quæcunq; orta ſunt: neceſſum habeant interire:& omnibus vna voce occurratur eſſe moriendum:non ereptam Auguſtino vitam:ſed donatam fuiſſe mortē:audeo affirmare. Nam ſi hoc eſt officium:& effectus virtutum:vt hominem beatum efficiant:cui cenſebimus curſum ad veram ſupernamq; vitam fuiſſe faciliorem: ꝙ Auguſtino:qui non ſolum earum gradus:quas Politicas vocant:ſumma animi integritate:per maximos honores aſcendit verum etiam cura:ſtudio:diligentia:ad eamq; diuina℞:humanarumq; rerum cognitionem:quam ſapientiam proprie nominamus:peruenit. Quippe qui ſuperna ac cœleſtia ſemper quæſiuit:quærendo ſagaciſſima mentis acie compræhendit & (quantum per viuendi rationē licuit) imitatus eſt. Itaq; cum in omni virtutu; genere a tenella vſq; ætate ſua exercitia diſpenſauerit:non abre eius vitam ꝙ breuiſſime repetendam:cēſemus: Auguſtinus/ornatiſſimi ciues:Sena patria/ortus patrem habuit Nicolaum virum doctrina:& moribus præſtantem. Matrem Angelā fœminam grauiſſimam:honeſtiſſima familia natā. A quibus ingenue educatus: partim eorum cura optimis:atq; emandatiſſimis inſtitutis enutritus fuit:partim bonorum præceptorum doctrina: atq; ſanctimonia auctus. Sed in puero ſtatim animi & ingenii dotes explenduerunt:ma/ Aug. Dat. vita

gis ac magis deinceps per ætatis gradus figura oris eximia: cui nō minus auctoritatis ineſſet: ꝙ gratiæ: ꝙꝙ ſtatura corporis breui: quod tamen laboribus: vigiliis: lucubrationibus: calore: algore: parſimonia ita ad bonarum artium adaptauerat ſtudia: vt omnes litterarum labores ſtudendo atq; diſcendo ac ſi illud procerū: et amplum natura præbuiſſet: facillime ſuperaret. Memoria in eo ſingularis fuit: docilitas ad omnes bonas artes Latina: Græca q; lingua vel in orando: vel in componendo ſiue interpretando: atq; in diſceptando promptus: et facilis Vt qui interdum grauiter & copioſe in ſenatu: in concionibus: in templis orauerit. Et quod proprie miraculoſum cēſendum eſt. nō Græciam eloquentiæ principem diſcendi gratia petiit: neq; illas doctrinarum omnium inuentrices Athenas: non Caldeos Gymnoſophiſtas: neq; ad Indiæ Bragmanas penetrauit: non deniq; Memphiticos ſacerdotes adiuit: ſed in patria intra proprios lares ſub præſtātiſſimo præceptore Frāciſco Philelfo: nonnullisq; aliis: & philoſophiæ. & ſanctarum litterarū doctoribus pleniſſime cumulatiſſimeq; profecit. Fuerunt autem in Auguſtino hæc omnia. Summum ingenium: graue iudicium: ingenitū acumen: & tanta induſtria: vt nullum tempus præterire: nullas horas cedere ſineret: quas ad optimarum artium contemplationem non reſtringeret. Vnde factum eſt: vt in ea academia in qua paulo āte didicerat: mox docuerit: & tempus quod paucis audiendis impenderat: multis audientibus legendo affatim repararit. Quippe qui quattuor & viginti ānis in ea publice profeſſus eſt. Et quidem tanta audientium copia: atq; vtilitate: vt pauci hac noſtra ætate ſint: fuerintq; qui ſe beatos eſſe non arbitrentur: quod ſub huius inſtitutionibus: & inſtitui: & proficere eis cō tigerit. Non oportere arbitror: me in præſētia proferre: quæ vobis omnibus nota eſſe intelligo. Sed tamen tantam omnium laudum excellētiam: ſilentio præterire non poſſum. Compoſuit Auguſtinus multa volumina: quorum nonnulla per Italiam: & eas gentes propagata sunt: quæ Latinis litteris erudiuntur: Aliquot paulopoſt in lucem prodibūt quibus nihil ingenioſius: ornatius: preſſius: elegantius: noſtris temporibus: in eo ſcribendi genere eſt inuenire. Extant eius elegantiæ adoleſcentibus vtiliſſimæ: ſenibus iucundiſſimæ: & quæ plus habeant in receſſu: quam fronte promittant. Iſagogicum item volumen ad informandos puerorum litteris animos introductorium.

Volumina ab Auguſtino Datho edita:

Præterea compoſuit de vita beata:
De ſacramentis panis & aquæ:
De Genio & Geniali hyeme.
De ſanctorum connubiis.

Platonis etiā libellū: q; Halcyō inſcribitur e Græco ſermōe i latinū cōuertit. Scripſit & librū Stromatū: & Senē. hiſtoriæ decēnale abſoluit atq; hiſtoriā Plumbinenſē: Paſtremo autem ætatis ſuæ tempore: luculētiſſimū pariter: & laborioſiſſimum tractatum de animorum immortalitate in manibus habebat: quem morbo implicitus: imperfectus relinquere co-

actus eſt. Sed per deos immortales: qui huic templo: fanoq; preſident
quæ tanta ingenii amplitudo quæ tanta orationis vis: quod tā magni-
ficum dicendi genus inueniri poteſt: quo quiſꝙ Auguſtini Dathi: doc-
trinarum eloquentiæ Philoſophiæ Theologiæ genera poſſet (nō dicā)
orando conſequi ſed numerando complecti itaq; non eſſe conſilium
ducimus: tanti viri omnem ſcientiam ſcrutari Quādoquidem ea nos
magis recenſendo fatigare poſſit: ꝙ nos illam dicēdo implere. & quo-
niam ille orator quem monumenta maiorum deſcribunt non eloquio
ſolum verꝫ ēt bonitate cōſtare perhibetur. quibus virtutibus ſe primū
ornauerit inde patriam adiuuerit & ciues (quantū in eo fuit) ad cuiuſ-
cunq; modi officia moderatiſſimis atq; vberrimis orationibus ſemp
reuocauerit. perſtringam paucis. Virtutum alie ocioſe ſunt alie nego-
cioſe cenſentur. Harum poſtreme honeſtatem nobis atq; vtilitatem in-
ſinuant. Ex honeſtatis fontibus virtus deriuatur cuius membra ſunt
Prudentia. Iuſticia. Fortitudo. Modeſtia. Ex his Auguſtinus ſe totum
effinxerat. Nam a prudentia memoriam. intelligentiam. prouidētiam.
ſibi ipſe aſciuerat. per iuſtitiam ius ſuum vnicuiq; tribuere nouerat. pre-
terea per eandem religionem colere. Pietatem ſeruare. bonorum gra-
tiam inire. veritatem tenere didicerat. Fortitudo. magnificentiam. fi-
duciam. patientiam. ac perſeuerantiam ei pepererat. A temperatia mu-
tuatus continentiam. modeſtiam: clæmentiam. ¶ His regulis vir ſa-
pientiſſimus & præſtantiſſimus orator: patriæ conſuluit. Vrbem tuta-
tus eſt. parentes veneratus. liberos amauit. proximos dilexit. ciuium ſa-
lutem gubernauit. Magiſtratus quos in republica adeptus eſt: admini-
ſtrauit. legationes obiuit. ſocios protexit. alios clæmentia: ſuos libe-
ralitate deuinxit. His deniq; ſui memores omnes promerendo fecit.
Poſſem eqaidem in præſentia earum virtutum: quas ocioſas appellant
Auguſtini vſum: atq; exercitationem recenſere. quibus (quantum per
negocia publica & priuata conceſſuerat (a corporeis moleſtiis emācipa-
tus: liberū ſe atq; expeditū ad rerꝫ ſublimiū atq; æternarꝫ inueſtigationē
referebat. præſertim cum iam in ætatem ingraueſentem vergerit.
Paulatim enim ab huius mundi aſpergine ſeipſum preſſius: puriuſq; de- Aſpgo mundi
terſerat: vt in hoc nouiſſimo tempore nihil præter diuina meditaretur
legeret: loqueretur: & ea præterea opera componebat: quibus viaticum
ad immortalitatem facillime parari poſſet: quod vel maxime colligere
poſſumus: quod de animorum immortalitate nono & quinquageſimo
ætatis anno ſcribens mortuus eſt. Sed quoniam totum hunc diem di-
cendo abſumerem. & orationis exitum difficillime inuenire poſſemus:
cenſeo in præſentia eſſe prætereundum. Alias dabitur cōmemorandi
locus: hunc virum ea vitæ munera impleuiſſe: quæ omnium maxima ac
difficillima iudicantur: vt negociis publicis impeditus: amicorum com-
modis diſtractus rei familiaris conſeruandæ ſtudio occupatus: plura
volumina ſolus confecerit. plures orationes habuerit: ꝙ hi qui ocio tā-
tum indulgentes lectitauerint. Et rurſum ſtudio & auctoribus interp̄-
tandis. & his q̄ deſeruit ad poſteritatis vtilitatem. componendis effica-
ciſſime addictus: plura negocia obiuerit ꝙ hi q̄ oī litterarū cura vacui
degūt. Finē dicēdi ſtatuā ciues cū illdꝰ prius addidero nihil fieri ī terris

illi principi deo:qui cuncta gubernat:acceptius:atq; iucundius: ꝙ ſo-
cietates hominum:quas ciuitates nominamus:iure optimo cõſeruare
Quamobrem cum vir optimus:ac præſtantiſſimus orator Auguſtinus
rempublicam:conſiliis:orationibus:magiſtratibus:legationibus:ope-
ra ac diligentia conſeruauerit:gubernauerit:auxerit: rem priuatam iu-
ſtiſſime poſſederit:familiam optimis moribus inſtituerit:religionem pi-
Cicero de rep. entiſſime ſemper coluerit:atq; in ea vſq; ad extremum vitæ diem legen
do:ſcribendo:operando perſeuerauerit:conſtantiſſime illud aſſeuerare
poſſumus & debemus:certum ei & præfinitum in cœlo locum:vbi iuſto-
rum animi ſempiterna beatitudine fruuntur:fuiſſe aſſignatum:quod o-
pifex ille rerum omnium deus propria benignitate ſua:ac ſupplicatio-
nibus noſtris Auguſtini recte factis præſtitiſſe voluerit Dixi.

¶ Lancelottus politus vtriuſq; iuris doc. in laudem auctoris

Orantem eloquii patrem cum cerneret olim
Quid supereſt nobis deniq; Graius ait.
Orantem ſi te vidiſſet Dathe pelaſgus:
Græcia clamaſſet iam ſuperata ſile:
Fœlix progenies fortunatiſſima proles
Succedunt alii iuribus atq; bonis:
At tibi Dathe fuit ſimul in virtutibus hæres
In ſophia:in lingua:filius:inde nepos.

Ioannis Antonii Saraceni equitis Seneñ. carmen

Dathi dogmata qui legis:putaſti
Dum noſtras animas vigore plenas
Aeterno:probat ore perdiſertus
Facundi Ciceronis eſſe:non ſunt
Iam Demoſthenis inclytum potenſq;
Cenſes eloquium:decuſq; Graium:
Quam ducit Genium beatiorem:
Quin thuſcis datur hoc iubar latinum:
Magnum Sena igitur colas parentem
Sacrum qui tibi lucubrat volumen:
Altus qui gremio tuo refulget
Romano penitus nitore cultus
Perpendi precio cupitq; noſci
Mangonis ſtudio:manuq; volui
Tanꝙ candidus vnio politus.

¶ Auguſtini Dathi Oratio Prima: de laudibus Philoſophiæ.

FERVNT. M. Tulliū Magiſtratus inſignes ac præſtantiſſimi viri: & ſi parentem eloquētiæ merito appellauerunt: initio tamen dicendi ſubtimere ac trepidare conſueuiſſe. Atq; id quidem non Ciceroni ſolum vſu venit: ſed pluriſq; etiā aliis clariſſimis oratoribus contigiſſe: ſpectatis priſcorum monumentis accepimus. Conſiderabant nanq; id quod ſapientum nemo dubitat: confidentiam propriam imperitoꝝ eſſe: ad eruditos autem viros pertinere vt malint ſubtimidos videri ſeſe: ꝙ temerarios iudicari. Quod ſi Ciceronē (vt omittam alios) virum illum quidem non modo dicendi gloria: verum etiam rerum omnium maximarum laude præſtantiſſimum dicentem metus nonnullus inceſſerit: formidandum mihi eſſe video: ab hoc vſu dicendi lōgius abhorrenti: id ſubire oneris: quod non minus ſubſtinere graue ac difficile eſt ꝙ audax: inconſideratumq; ſuſcipere. Magnum etenim ꝗddam: ac ſplēdidiſſimum videri debet: grauium ac ſapientiſſimorum hominū frequētiam: qualem hodie hanc eſſe conſtat: vnius hominis concione teneri. Itaq; par erat: eum qui ampliſſimum hunc locum contingere auderet: quiq; maximis ammirabilibuſq; de rebus orationem foret habiturus: acri ingenio: vehementi ſtudio: ſolerti induſtria. exquiſita doctrina. optima eloquentia. demum aſſidua quadem ac diuturna exercitatiōe præſtare. Quæ res cum me aut omnino aut magna ex parte deficiant: vereor: nequam: vel dicenti mihi calumniam: vel audientibus vobis moleſtiam afferam. Præſertim cum ea de re apud viros longe eruditiſſimos ſim verba facturus: ꝙ ſatis quod de maieſtate dei aiebat i Timæo Plato: neq; mēte complecti: neq; verbis enarrare quiſpiam poſſit. Quid ē enim ea de qua dicendum videtur ſapientia præſtabilius. Quid laudabilius eius ſtudio: ꝙ philoſophiam primus Samius Pythagoras nominauit. Sed ꝙꝙ multa erant quæ me tam excelſo: tamq; illuſtri: & claro loco ꝓhiberent: contra tamen duo me vel maxime ad dicendū cohortata ſūt. Nam mihi quidem nunc primo dicere incipienti: eiuſcemodi fortuna cauſæ genus obtulit: de quo ſilere difficilius ē: ꝙ plurima loqui. Quippe cum ſapientiæ ſtudium: quæ (vt noſtis) Philoſophia dicitur: tantam rerum tum varietatem: tum etiam magnitudinem contineat: vt vel indocto cuiꝙ vberrimam ſuppeditet orationē. Spes deinde acceſſit haud mediocris: quæ omnis in veſtra facilitate ſita eſt: Neq; enim vnquam fore exiſtimaui. quin facile mihi humaniterq; ignoſcerent: qui ſagaciter omnia ac prudentiſſime cognouiſſent. Ego vero hoc munus quod longe meas vires exuperat: non tam arroganter quidem: ꝙ potius verecūde ſuſceperim. Vt igitur maiorum noſtrorum inſtitutum proſequar:

Ab expolitiōe et exēplo exordium ſumit vti iiii. rhetorices M. Ci. efficiēdū tractat.

Demoſtheni & Theophraſto hoc aſcribit Petrus Crinitus: li. quinto.

Plato.

Pythago. Sa.

Philoſophia

quod nunquam obſolere paſſa eſt hæc ciuitas:primum mihi de philoſo‑phiæ inuentione:tum de eius:deq; ſuarum partium laudibus explican‑dum videtur. Res eſt philoſophia eiuſmodi: quæ virorum omnium ſa‑

Narratio.

pientum teſtimonio:atq; conſenſu:& diuina omnia continet:& huma‑na. Sola nanque occultarum atque admirabilium rerum cognitionem inueſtigat.& bene viuendi inſtituta complectitur: Ex cuius præceptis: qui ætatem ſuam degere conſtituit.is ſibi expeditiſſimum aditum ac fa‑cillimum ad bene beateq; viuendum iter comparauerit. Huius igitur cum & diuina quædam eiuſce rei foret amplitudo: & pene incredibilis ſplendor eſſe videretur:ſingulæ ferme cuncti orbis nationes / ac gentes

Druide vel Dryide Gallorũ phi

tantæ appetentes gloriæ:tamque eximiæ auidiſſimæ laudis: inuentio‑nem ſibi vendicare conatæ ſunt. Ac primum quidē Celtæ. & Galli Drui‑das:philoſophiæ autores fuiſſe contendunt qui abdita nemora:& agre‑ſtes caſas incolentes:ſola rerum contemplatione delectati ſunt: adeo

Sẽnothei caſti deo σεμνος.ου caſtus Gymnoſo.Indorum.

vt Semnothei cognominari meruerint. Hi & de virtute: & de diis im‑mortalibus.& de contemnenda morte.grauiter multa & accuratiſſime locuti ſunt. Indi autem ad Gymnoſophiſtas Philoſophiæ referunt prin‑cipatum.eius vero antiquitatem ab ipſo vſque libero patre repetunt: Hic enim primum in Europa indagare veritatem capit.mox bellicis vir‑tutibus clarus.cum munito exercitu Indiam ſubegiſſet: multaq; feciſ‑ſet ægregie.ad extremum in Aſia philoſophatus eſt. adeo vt ſapientia duce Indos veluti ferarum more victitantes:ad vrbium domicilia com‑pulerit:& optime inſtitutis legibus / ad bene viuendi diſciplinam coe‑gerit. Huic filii ſucceſſere in regnum. a quibus tandem ſerie quadam Gymnoſophiſtas Indi fluxiſſe arbitrantur. Gymnoſophiſtæ autem So‑lis pudendis opertis:cætero corpore nudo:exactiſſimam virtutem ſe‑ctabantur.diuino numini plurimum venerationis adhibebant. res au‑tem callentes infernas futurorum anteceſſiones multo ante prævide‑bant. vt ſummum quendam apud Indos dignitatis locum conſecuti

Aegyptii

ſint. Contra Aegyptii:& eorum Thebæi imprimis ſicut humani ortus antiquitate:ita & vetuſtate doctrinæ:cunctos terrarum populos ſe præ‑ſtare p̄ofitentur:Hi ſibi philoſophiam:atque aſtrorum peritiam vendi‑cant.ſeq; fuiſſe perhibent.qui primi menſes annoſque præſcripſerint. Arithmeticas ac Geometricas diſciplinas.leges permultas artesq; in‑

Vulcanus

uenerint.Solis inſuper ac Lunæ defectiones..Sed & ab ſe primum inuē‑tas litteras arbitrantur:qui deniq; (vt iam alios percurram) in Vulca‑num Nili filium:inuentam Philoſophiam referūt.Hic eſt ille Vulcanus qui poſt vetuſtiſſimum Mercurium apud Aegyptios regnum adminiſtra‑uit:ignem primus reperit:anteceſſitque magnum Alexandrum annis millibus multis. Græci qui nimium ſapientiæ laudibus gloriantur:nō habent quos antiquiores Muſæo:& Lino præferant. Quorum Muſæ‑um Athenienſem Eumolphi filium prodiderunt:qui in philoſophia plu‑rimum excelluerit. Linum vero Thebanum Mercurio Vraniaque geni‑tum tradunt:qui de mundi primordio.de Solis ac Lunæ meatibus: de animalium ac fructuum generatione perſcripſerit. Thraces præclarū hoc ſibi inuentum adiudicare cupiunt ac Zamolxim philoſophiæ reper‑torem fuiſſe oſtendunt:qui & Getas Thraciæ cultores ſacra docuerit:&

ſe ſuoſque omnis immunes mortis aſſuearit. Idem & Orpheum virum
ſumma autoritate commemorant: quo Thracibus imperante Phrygas
Amazones ſuperarunt. Atqui & Phœnices dari ſibi hanc laudem volũt
Ochum in medium afferentes ſtellarum ac ſyderum accuratiſſimum im
ſpectorem. Eandem ſibi gloriam Libyes iure quodam tribui arbitran
tur. Atlante freti: qui de vniuerſa mundi machina ac natura differuit.
Scytæ tot iam gentibus enumeratis multo cæteris pertinacius affirmãt
philoſophiæ ſeſe auctores: ac principes extitiſſe. Apud quos Abaris an
te alios claruit. Seuti filius qui non apud Hyperboreos ſolum: ſed & pe-
ne vbique gentium ſummo in honore habitus eſt: qui multa verſu: mul
ta etiam ſoluta oratione conſcripſit. Secundum hunc Anacharſis ex-
celluit Gnuri filius Craſſi regis tempeſtate: qui Scytarum leges poema-
te complexus eſt. Perſæ quoque vendicari ſibi hanc præclari inuenti lau
dem putant. Hi oſtentant Magos quos & Ariſtoteles auctor probatiſ
ſimus antiquiores Aegyptiis fuiſſe confirmat. Addunt præterea & zo
roaſtem illum antiquiſſimum Nini regis temporibus: a quo etiam in-
teremptum produnt illuſtrem & philoſophum: & Aſtronomum: qui ma
gicam diſciplinam primus inuenit. Deficiat me dies viri præſtantiſſimi
ſi Magorum ſenſa: quæ & multa & perobſcura ſunt enarrare perrexero.
Itaq; vt demum hunc locum terminemus: quos ſupra commemoraui- Dictorũ colle-
mus Perſas. Scytas. Libyas. Phænices. Thracas. Græcos. Aegyptios: ac ctio
Thebæos. Indos. Celtas. Galloſque. addamus (ſi libet) & Itaios omnes
a philoſophiæ inuẽtione ſecludimus. Sed & Druidas. Gymnoſophiſtas
Vulcanum. Muſæum. ac Linum. zamolxim. Ochum. Atlãtem. Abarim.
et Anacarſim. Magos ac zoroaſtem referentes. Chaldeis: qui ex priſcis Chaldæi phiæ
Babyloniis originem traxere. hanc præclariſſimam philoſophiæ laude; primi inuento
aſcribimus: & eius palmam Prometheo: qui & de natura vniuerſa diſſe- res.
ruit: & de hominis ac fulminis creatione. primus veritatem adeptus ẽ.
Nec mirum cuiquam videri debet: ſi Chaldeos hac in re cæteris genti-
bus anteponimus. Nam hi imprimis contemptis humanis omnibus cu
ris ac laboribus: ætatem omnem philoſophando conſumunt. Quo-
rum Abraham litteras omnium primus inuenit. Aſtronomiam docuit Abrahã littera
doctrinæ laudibus omnibus antecelluit. His igitur cuncti gentium po- rum inuentor.
puli cedant: cedant Athenæ: quæ inuentrices ſeſe iactant omnium do-
ctrinarũ extitiſſe: cedat & reliqua Græcia: quæ ſemper Philoſophiæ prin
ceps eſſe voluit. Nam & Moyſes ipſe ex Hebræis omnibus dux inuictiſſi-
mus Iſraelitici populi & ſi multo erat Abraham iunior: ſenior tamen
fuiſſe deprahenditur iis omnibus: quos Græci antiquiſſimos arbitran-
tur. Hic poſt res ægregias bello geſtas: derelicta Aegipto in heremo phi
loſophatus ẽ: & quam multo ante vel Prometheus. vel Abraham philo
ſophiam excogitaſſet ſua diligentia plurimum illuſtrauit.

¶ Dixi de inuentione Philoſophiæ: reliquum eſt: vt de eius laudibus di Laus phiæ
cendum eſſe videatur. Vtinam viri præſtantiſſimi ea mihi dicendi po-
teſtas eſſet. qua Philoſophiæ decus dignis laudibus efferrem. Et enim
eius ſplendor ſuperior eſt: quam imbecille hominis attingat ingeni-
um. Nam quum animo: quem immortalem nobis natura dedit: nul
lus ſit cibus dulcior: nulla eſca iucũdior: nullũ ſuauius pabulũ ꝙ cogni

tio veritatis;certe aut philoſophia eius inueſtigandæ ars eſt:aut nulla omnino per quam eam aſſequamur. Ab hac vna hæ omnes artes profectæ ſunt:quibus exculta hominū vita tam longe abeſt a natura ferarū; hæc nobis dux eſt:vt ex his carceribus ad optata beatitudinis calcem perueniamus hac gubernatrice tranſuadatis malorum ſcopulis:ſuperatis periculis ſalutis portū attingimus. Hæc moleſtias:hæc labores:quorum plena eſt humana fragilitas:quod deplorat Eurip. πασ δ᾽ ὀδυνηρὸς βιοσ ἀνθρωπω κοὐκ ἔστι πονωμ ἀναπαυσισ Sola penitus adimit:erroribus liberat:hæc ocio dignitatem affert:ciuitatibus:& rebus publicis ſalutem:principatus tuetur:regna conſeruat. Hoc bonum eſt: quale ſecum præſtabat Bias Prienenſis:quod neque fortuna ferit:nec tempeſtas abſorbet:nec demum naufragiis ammittitur. Hæc inquā philoſophia mortales a turpitudine ac flagitio aduocat:ad virtutem vero honeſtatemq; deducit. Hæc Polemonem a ſcortorum lupanaribus. Phædonem ab immani flagitiorum labe:ad honeſtatis cupiditatem officiūq; conuertit. Hæc ſola effecit vt Menippus Pompilius Perſeus Mys Epitectus quorum infinita fortuna erat ad magnum gloriæ culmen euaderent.

Euripides.

Bias prienēſis.

Hæc Cratetem Thebanum maximis opibus fortuniſq; florentē:ad magnam vim auri abiiciendam contemnendaſq; diuitias compulit. Hæc zenonem Cittiæum graui depreſſum iactura ac miſero naufragio in littus eiectum:ad ſpem ampliſſimorum bonorum excitauit. Hæc Diogeni Synopæo ita animos attollebat:vt etiam venundatus liberis hominibus imperaret. Sed cum omnis doctrina:aut circa animorū inſtitutionem verſetur:aut corporum curam:illa nimirū reliquas antecellit:qua ad veræ religionis:ac pietatis cultum inſtituimur. Recte igitur a ſacris ac diuinis litteris quam Theologiam vocant:noſtra proficiſcetur oratio. Nam immortalis ac principis dei Dei:ſiue notitia quadam: ſeu veneratione ſublata:nihil eſt quod inter hominem ipſum & quadrupedē aliquam intereſſe putemus. Hæc itaq; nobis diuinitatis diſciplina quo uſq; progredi hominum imbecillitas valet omnipotentis dei & cognitionem pollicetur:& amorem affert. Quæ cum teſtamentis duobus cōſtet. Altero Deum cœli ac terræ conditorem gubernatotemq; mundanæ molis:altero Chriſtum redemptorem: vtroq; trinum Deum in vnitate cognoſcimus:& illo quidem diuinæ leges quas primus Moiſes litteris explicauit:cæleſtium arcanorum inuolucra:prophetarum ac vatū myſteria continentur. Hoc ſinceritas veritatis in lucem prodiit:bene uiuendi præcepta conſtituta ſunt. Hoc docemur quo pacto verbum caro factum eſt:& qui filius dei eſſet:fieret & filius hominis:qui ex virgine natus:formam ſerui accipiens ſemetipſum exinaniuit obediens : dum pro ſalute humani generis patibulo crucis affigeretur:ac ſuperius illud cum alii permulti. Eſaias Ieremias Ezechiel Daniel præclariſſimū reddunt:tum imprimis Dauid prophetes qui Chriſtum lyra venturum perſonuit:& in decacordo Pſalterio futuræ ſalutis ſacramentum cecinit. Hoc vero poſterius præcipue Ioannis euangelio luſtratum eſt:cui ſupra pectus Ieſu recumbenti quo veſpere cum diſcipulis ſuis nouiſſimam cenam manducaret:ſecreta cœleſtia patefacta ſunt. Hunc magiſter gentium Paulus Apoſtolus ſequitur qui nouit:deus ſi vel in corpore vel extra

Crates Theb. Phiæ cōmoda

Moſes primus leges diuinas litteris explicauit.

Dauid prophetes

corpus:ſublatus aliquando ad tertium cœlum vidit arcana :quæ nefas
eſt:hominem loqui.Hic vnus omnium præter cæteros ſuis & epiſtolis:
&viuis alloquiis:complures diuerſarum gẽtium populos: ad euangelii
veritatem traduxit.Hæc eſt illa vera atq; indubitata philoſophia :quam
cum ſuopte ingenio hominum imbecillitas adipiſci nequeat iure opti-
mo:immortalis dei vel donum vel inuentum appellare debemus:quã
ſi teneat impia ac perfida Iudeorum natio:percontari deſignat:quo pa
cto nobis carnem ſuam Dominus cibum:ſanguinem potum miniſtra-
re queat.Ex hac ſibi Baſilius pater: Ioannes Chriſoſtomus: Gregorius
Nazanzenus:Didimus Euſebius:ex hac Hieronymus Ambroſius Augu
ſtinus Gregorius Bernardus:noſtra vero memoria Bernardinus Senen
ſis:alii q̃plurimi:qui non tam memoriam fugiunt:q̃ conſulto illos p̃-
tereo & beatiſſimas in celis ſibi ſedes & ſplendidum inter mortales no
men conſecuti ſunt.Huic diuinæ ſapientiæ pontificia iura:firmiſſima ſa
croſanctæ eccleſiæ inſtituta:ſummorum antiſtitum decreta:patrum ſan
ctiones:templorum cerimoniæ proxime accedũt:quæ pinguiore(vt ita
dicam) Minerua hominum mentes ad chriſtianos ritus: veramq; reli-
gionem & hortantur:& ducunt.Sed neq; iuris ſcientia: ac legum ſan-
ctiones non maximis laudibus dignæ ſunt:quæ plurimum hominũ ge
neri conducunt. Quid eſt enim quod ita arceat homines ab improbi-
tate:His nãq; frenantur libidines.flagitioſorum hominum audacia:fu-
ror: inſania cohibetur : labes quæq; ex hominum ſocietate pelluntur.
Atq; ex imprimis ciuitates firmo præſidio ſeptæ ſunt: quæ non ſolum
milite:& armis:ſed inſtitutis quoq; ac legibus muniuntur. Hinc ſpar-
ſiatæ plurimum floruerunt:apud quos:vt iura regerentur: Rex Ephori:
Senatus conſtitutus eſt.Hinc Cretenſes maximis floruerunt viribus:
qui pro iuris ac legum amminiſtratione: regiam poteſtatem Coſmos:
Concilium :Concionem habebant.Sed & Athenienſes quoq; plurimũ
Areopagus adiuuit. ¶ Quid romanos latii lumen ac decus enarrem.
Nonne hi quo plures leges condiderunt:eo ſtabilius ſunt adepti impe-
rium. Neq; enim decem tabulis contenti:quas decemviri :Hermodoro
Epheſio auctore tuliſſent.Duas inſuper adiecere :quæ omnes præſcri-
ptæ ebore duodecim tabularum leges nuncupatæ ſunt.Mox ex his ius
ciuile:quod Papirianum vocãt:poſt leges actiones profectæ ſunt: quod
ius Flauianum dixerunt.Senſim vero & plebiſcitum:& ſenatus conſul-
tum:aliaq; item iura conſtituta ſunt:ad quæ ſeruanda.TR.PL.COSS:
PR.Aedi.aliiq; magiſtratus creabantur:qui cum iuridicẽdo præeſſent
ius ſuum in ciuitate cuiq; tribuebant. Atq; ita legibus conſtitutis:iu-
ſticia:& æquitate ſeruata res romana facile orbis imperium nacta eſt.
Cum igitur tanta eſſet iuris vtilitas ac maieſtas :omnes qui conſtitue-
rint res publicas:& leges vſpiam:condiderint:perpetua ſæculorum om
nium admiratione celebrantur. ¶Hinc apud Hebræos Moyſes:apud
Aegyptios Mercurius Vulcanus:apud Athenienſes Cecrops rex: Dra-
con Solon:apud Cretenſes Minos:aqud Spartiatas Lycurgus:apud Ar
giuos Phoroneus : apud Calcidenſes Traciæ Androdamus:apud Co-
rinthios Phidon:apud Mileſios Hippodamus : apud Locros Occiden-
tales Zaleucus : apud Mitilenæos:Pittacus:apud Thebanos Philolaus

Doctores catholici philoſophi fuere.

Minerua pinguior.

Attende.

Spartiatæ
Cretenſes
Athenienſes
Romani

Legen.xii.tab.

Ius Papirianũ & flauianum.

Legum conditores.

apud Carthaginenſes Phaleas:apud Catinenſes cæteroſq; : qui circa Italiam: & Siciliam ſunt Calcidicos populos Corondas ac præterea Socrates Plato Ariſtoteles:omnes diuinos quoſdā honores meruerunt. Quibus apud romanos honoribus Numa Pompilius affectus eſt. Quibus poſt exactos reges.P.Papirius : Appius Claudius Sempronius Scipio Naſica Quintus Mutius Tib.Corruncanus Sex. Aelius Marcus Cato : Pub.Mutius:Brutus:Manilius:quibus dehinc.Pub. Rutilius Rufus Qu.Tubero Cor. Antipater Lutius Craſſus Aquilius Gallus: Baibus Lucilius Ser.Sulpitius Alfenus Varus Offilius Aufidius Ateius Capito Antiſtius Labeo Maſurius Sabinus:Nerua.C.Caſſius Proculus Priſcus Labolenus:quibus item Vlpianus Florentinus Hermogenianus Caius Paulus Papinianus Pomponius Celſus Modeſtinus Martianus Neratius Caliſtratus Trifonius Iulianus Marcellus Venuleius Aphricanus Calfurnius Terentius Clemens Claudius. Saturnius Arrius Menander.C.Trebatius.innumerabiles alii a quibus orta iura tradita interpretata ſunt. quibus in quam omnes ſunt affecti honoribus.Magna quippe eſt eius ciuilis prudentiæ laus qua colitur honeſtas turpitudo contemnitur.iniuria propulſatur.multatur improbitas.Nā & quæ de pignoribus:& ipothecis:quæ de aqua pluuia arcenda : de cædendis arboribus:a prudentibus viris a : iure conſultiſſimis cauta ſunt omnia.ad bene ac beate viuendum pertinent. ¶Huic arti finitima eſt dicendi facultas:quæ tota cum honeſti iuſtiq; diſciplina implicita eſt: atq; confuſa vt pote ex intimis ſapientiæ fontibus manans. Eſt enim & virtutis comes:& humanæ vitæ gubernatrix.Itaq; fuit quoddā tempus : cum iidem benedicendi artem inſtituerent:qui bene viuendi præceptores eſſent . Sed inertia hominum duo penitus cohærentia perperam ſtulteq; diſtraxit.Magna vero eſt eloquentiæ vis ac poteſtas:adeo vt Piſiſtrato : Soloni:Themiſtocli: Alcibiadi:Critiæ: Therameni : aliis pleriſq; plurimum apud Athenienſes auctoritatis pepererit. ¶Hanc primus Empedocles Agrigentinus nouiſſe traditur:quod & ipſe probarem : niſi Homerus autor optimus:Vlixem Pœnicem Achillem. Neſtorem longe Empedocle antiquiores fuiſſe oratores oſtenderet. Eiuſdẽ vero artis ſcriptores antiquiſſimi feruntur Corax & Liſias Siculi: Gorgias Leontinus:Thraſimacus Calcedonius: Prodicus Chius : Protagoras Abderites:Hippias Helius & Platonis Palamedes. Alcidamas Eleates: Antiphon:qui primus orationem ſcripſit.His accedunt Polícrates.Theodorus Bizantius. Pericles Athenienſis. Iſocrates qui primus numeros orationi adieciſſe fertur. Tum Ariſtoteles . Theodectes.Theophraſtus:Hermagoras. Atheneus:poſt Apollonius Molon Areus Cæcilius.Dionyſius Alicarnaſeus. Apollodorus Pergamenus. Theodorus Gradareus:alii complures.Sed vnus: Marcus Cicero Græcorum omnium ingenia ſuperauit:qui non ſolum habuit eloquentiam ſed præcepta etiam dicẽdi cumulatiſſime complexus eſt.illa quoq; philoſophiæ pars : quæ & Phiſica a Græcis dicitur :& tota in contemplatione conſiſtit: non mediocrem hominibus vtilitatem affert.

Dicendi facul.

Quis primus orator.

Primæ orationis ſcriptor

Phyſica

¶Hæc enim humanarum rerum :quæ ortui: & interitui obnoxie ſunt:

cauſas ac primordia inquirimus. Hac naturam ſpeculamur: quattuor
omnia gignentium corporum. Hac terrenas mundi partes: Humidas.
Igneas: animaleſq; cognoſcimus: Hac res inanimes: atq; animatas in
ueſtigamus. Hæc docet errantem lunam: ſoliſq; labores: vnde hominu;
genus: & pecudes vnde imber & ignis Arcturum Pliadaſq; Hyadas Ge
minoſq; Triones. Quid tantum Occeano properent ſe tingere ſoles
Hyberni: vel quæ tardis mora noctibus obſtet. Hac deniq; homo: quod
Delphicæ iubent litteræ: ſeipſum nouit: quod cum fit: ſi vera dicit Auer
rohus pronihilo habitis fragilibus rebus vera bona complectitur. ac
natura duce: prudens: iuſtus: fortis: temperans haud ambitioſe hono
rum appetens: liberalis: manſuetus: verax: magnificus: facilis: pudicus
comis: demum ſecurus: tranquillus: magnanimuſq; euadit. Ea eſt enim
bene degendæ ætatis cauſa cognitio ſui. ¶ Huius inuentor: Thales Mi
leſius fuit: Ariſtoteles princeps. Quid differendi ratio: quam in duas
partes ſecant: vnam inueniendi: alteram iudicandi: nonne & ipſa quo
q; vberrimos ac mirificos fructus videtur afferre. Hæc namq; (vt pro
be noſtis) quodlibet diffinitione circũſcribit: diuiſione perſoluit: de
monſtratione comprobat. ¶ Huius auctorem ʒenonem Eleatem fuiſſe
perhibent. Atq; in altera parte Stoici plurimum elaborarunt. Ariſtote
les vero Stagerites in vtraq; dominatus eſt. ¶ His igitur imbutus ani
mus (credite mihi) nunquam aberrauit in vita. Harum ſiquidem in
ſtitutione Dei ipſius maieſtatem ex quadam parte intelligimus: trahi
mur ac ducimur ad diuinum cultum: ſpe præmii virtutem colimus: pœ
narum ac iudiciorum metu flagitia deuitamus: ob erranti multitudi
ni probitatem perſuademus: noſipſos perſpicue intuemur: vera a falſis
ſeiungimus: præſtamus beluis: hominibus ipſis antecellimus: quibus
muneribus: quid vtilius. quid præſtantius: quid eſſe abſolutius ac ſubli
mius poteſt. Vultis ne & de Mathematicis diſciplinis. Arithmetica:
Geometrica. muſica: paucula ſubnectam. Quod vos malle coniicio
hunc locum ſilentio præteriero. Nam & veſtro obtuitu: & nonnullorum
contractis ſuperciliis admonitus ad eam partem philoſophiæ: quæ cor
poris curam attingit: orationem conuertam. Nam vt ommittam Gym
naſia paleſtram diſcum. ¶ Pedotriuarum inſtituta: ludorum varieta
tem: quibus rebus ad vires ac robur iuuentus impellitur. ¶ Medicina
profecto cunctas pene artes vtilitate præſtat: quæ & bonam valitudi
nem tuetur: & aduerſam propellit. Quo quid melius eſſe: quid vtili
us poteſt. Stupet namq; animus ipſe quamdiu fragile corpus: dolo
ris aculeis cruciatur: vt neq; contemplari quicqua;: neq; virtutis opus
obire queat. ¶ Quocirca præſto eſt Medicoru; induſtria: atq; ars quæ
ita hominum vitæ ac ſaluti conſulit. vt eius beneficio immaturum ple
rumq; effugiat interitum. Primus omnium in ea ſcripſit Eſculapius:
hunc ſecuti ſunt illuſtres medici: atq; eius filii Podalirius & Machaon:
quos canit homerus Agamennonẽ ſectos in Troiano bello: non me
diocre emolumentum Græcorum exercitui contuliſſe. Eidem & multi ſa
pientiæ ſectatores plurimũ tẽporis tribuerũt: Pythagoras Samius: Emi

Thales Mileſi. inuetor phiſicæ

Logica
ʒeno Eleates: Logicæ author

Matheſes diuerſe
παιδοτριβης. ou: i. pædotribes vel pædotriua puerorũ pceptor in exercitio corpis.
Medicina.
Aeſculapius

pedocles Agrigentinus.Democritus Abderites.Heraclides. Herodius
Selibrianus.Gorgias Leontinus.Prodicus Chius.Hippocrates Chous
præter cæteros omnes.Democriti(vt quidem tradunt)diſcipulus Pelo
ponẽſiaci belli.&Darii Hiſtaſpæ filii temporibus.Poſt vero Diocles.Pra
xagoras.Chryſippus.tum Herophilus:qui venarum pulſus in muſicos
pedes diſcreuit per ætatũ gradus.Præterea Eraſiſtratus.Serapion.Apol
lonius.Glaucias.Heraclides Tarentinus.Aſclepiades.Themiſon. An-
tonius.Caſſius.Caſpitanus.Arrũtius.Stertinius.Vectius.Valẽs.Cor-
nelius Celſus.Plinius ſecundus.Duo Sorani Epheſii.Poſtremo doctiſ-
ſimus Hippocratis interpres.Galienus Pergamenus.Niconis Geome-
træ:atq; Architecti filius: Alii etiam complures.Cũq; Solis antea vul
neribus mederentur:clarus Hippocrates cæteris quoq; & ægrotationi-
bus:& morbis ferri opem:atq; auxilium docuit. Sed ſatis multa verba
et de medicina hactenus:& de cæteris philoſophiæ generibus:habita a
nobis ſunt. Atq; idcirco ipſe mihi frenos dicenti adhibebo.Nam diffi-
cillimum eſt huius orationis exitum inuenire.Incredibile ẽ ac pene im
menſa philoſophiæ laus atq; vtilitas:a quibus rebus noſtra defluxit o-
ratio.Verum malo cumulatiore laude carere philoſophiam: ꝗ me mo-
leſtum fieri. Quare pergite magiſtratus inſignes:& clariſſimi ciues: id
Peroratio quod accuratiſſime efficitis.honorẽ litterarum ſtudiis adhibere:vt huic
florentiſſimæ reipublicæ:quam parentem litterarum ac bonarum omni
um artium plæriq; vocant:maiorem in dies gloriam comparetis.Nam
eius præclarum nomen:cum propter alia multa:tum maxime ſtudioru;
celebritatem longe lateq; diffuſum ac peruagatum eſt. Omnes autem
hortor ac moneo:qui ſapientes:qui beati eſſe volunt:vt poſthabitis hu
manis curis:philoſophiam ſibi optandam ac proponendam conſtituãt
Ea nanq; ſola ætatem omnem complectitur:omnibus temporibus ap-
Idẽ Cice.ii.of. ta eſt:nullo loco excluditur: nunquam intempeſtiua eſt: nuſquam gra-
uis. Expergiſcimini igitur iuuenes:atque euigilate:omnem curam ac
tempus omne conferre in litterarũ ſtudia.Nihil enim debet eſſe homi-
nibus potius:quam ad vltimam vſq; diſcere ſenectutem:nec eſt vlla ſa
tis ad perdiſcendum ætas.Bene igitur Themiſtocles centum ſeptem ex
pletis annis ac magno vitæ decurſo ſpatio: vix ſe ſapientiæ ieciſſe fun-
damenta dicebat.Intendamus igitur dum ſpiritus hos reget artus:ſa-
pientiæ ſtudiis diligenter:imitemurq; Platonem:Iſocratem: Pythago
Themiſtocles. ram:Democritum:qui etiam longæua ætate confecti: cupidius ardenti
uſq; inueſtigationem rerum ãplexabantur.Quod ſi fecerimus(credite
mihi)veterum tandem ſtudiorum dulciſſimos metemus fructus. Sed
qui cuncta creauit ſummus atq; altitonans princeps:qui cœlum ac ter
ras mirabili prouidentia regit: qui mortalium conſilia dirigit: actio-
nes inſtituit:is & auditorum fortunet vota:& noſtra incepta ſecundet

Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio altera de laudibus Phi
loſophiæ:

Exiſtimaui neſas eſſe patres clariſſimi: eorũ qui iuſte: qui ſecũ
dum legem præeſſent: quẽquã vel contẽnere auctoritatem:
vel imperium aſpernari. Bene nãq; cæles inclytus Hierony-
mus tradit cuiuſque præcæpti contemptũ præcipientis in-
iuriam eſſe. Atq; ita ſuperiores obſeruamus: eo pacto coli-
mus qui reipublicæ præſunt ſi eorũ alacres accipiamus imperia: qui quã
to maiore & auctoritate & gloria præſtant: tãto & nos illis ſtudioſius
parere neceſſe eſt. ℭ Quãobrem in tam claro ſummorũ hominum con
ſpectu rudem me: atq; imperitũ loqui oportet: non quia id melius: ſed
quod ſilentium omnino difficillimum eſſet. Et quidem ratio ipſa ac-
pudor: ab huius loci me amplitudine depellebat: ſed imperantium præ
ualuit auctoritas: atq; ad dicendum compulit. Itaq; non tam mea ac-
cuſanda temeritas eſt: ꝙ eorũ ſpectanda voluntas: quorum operæpreti
um ſit: iuſſibus temperare: Sed quid fruſtra hæc: meas ſtatuo partes eſſe
vt quæ imparato mihi: & nec opinanti quidem de ſapientiæ ſtudio: ac
prædicatione ſuccurrerint. ea expectantibus vobis in mediũ proferam.
Nam longam accuratamq; orationem prohibent perbreues temporis
anguſtiæ: quibus me circũſcriptum eſſe ſentio: vt nulla ſatis diligens p̃-
paratio adhiberi potuerit: cũ tamen nihil huc niſi perfectũ ingenio: acri
ſtudio atq; induſtria expolitum afferri conueniat. Dum igitur mecũ ipſe
non vnquã mortalium vitam: mente animoq; complector: facile intel
ligo gigni hominẽ ad fœlicitatem: quando quidem ad eam conſequen-
dam omnium hominu; ſpectat: ac laborat intentio. Sed ea ꝓfecto quã
diu res humanas agimus: nuſꝙ niſi in ſola ſapientia ſita eſt: quã princi-
pem virtutum omniũ merito iure philoſophi iudicarunt. Eſt enim ſola
dux vitæ. infirmitatis humanæ gubernatrix: noſtræ imbecillitatis colu-
men: adeo vt hac ſine hominũ genus conſtare non poſſit. Nimiũ hoc lo
co admirari cogor: cæcum ãtq; inſanum hominũ errorem: qui cum ſibi
omnes fœlicitatem cupiant atq; exoptent: ibi tamen eam inueſtigare
contẽdunt: vbi inueniri: vbi eſſe nullo modo poteſt. Longe aberramus
miſeri a recto fœlicitatis itinere: præruptos ac deuios ſectamur anfra-
ctus: regiam plæriq; omnes viam ignoramus: per ea quæ peruia nõ ſunt
diuerticula incerti vagamur. O inanis noſtra cura. O fallax ſpes homi-
num: o vani conatus. Voluptates ſequimur: copias ac diuitias concu-
piſcimus: opes: honores: gloriam affectamus: vires ac robur formam
admiramur: caducas res atq; externas ſuſpicimus: & arbitramur quen-
quam fœlicem fore. Errat: neſcit: fallitur: nimiũ inquã fallitur: quiſquis
ita ſenſerit. Quid eſt quæſo fœlicitas. Nonne maximum bonum perfe
ctum certum iucũdum ſempiternum: omnis ꝑturbationis immune: de
niq; id bonum: quod totis (vt aiunt) viribus expetendum ſit. Sed quid
horum obſecro in voluptate: quid in diuitiis: quid in honoribus: quid
in opibus ipſis: quid item in reliquis eiuſmodi. Mea his ĩ rebus hæc ra-
tio eſt: vt nõ modo nõ magna bona: ſed ne bona quidem habenda cen-
ſeam. Quis adeo mentis inops: qui voluptatem bonũ audeat appella-
re. Diffiniunt iuris conſulti ea nequaquam bona eſſe: quæ plus incõmo-
di: ꝙ commodi afferant. Quod quidem ſi eſt ita: certe ſummum malu;
voluptas videri debet: quæ inuentrix malorũ ac ſcelerũ omnium: virtu-
tum expultrix: mentis ac rationis inimica eſt: quæ conſilium impedit:

Excuſatio artificioſa

Sapientiæ laus

Fœlicitas

intetioris hominis oculos præſtringit:eundem ex ſua ſede:ac ſtatu di‑
Voluptatis nomina. mouet:omne animi lumen extinguit. Hanc capitalē hominum peſtem
vocabat Architas Tarentinus:eſcam malorum Plato:animæ & corpo‑
Architas. plato ris perniciem Hieronymus agreſtem ac furioſam dominam Sophocles
Hieronymus dominam blandiſſimam Cicero : inexpugnabilem belluam Diogenes:
Sophocles quod ei(vt aiebat Eraclitus)repugnare difficillimum ſit. Hanc momen‑
Cicero. taneam & corruptibilem eſſe oſtendit Periander Gorinthius:hanc Cleo
Diogenes bolus Lyndius cunctis viribus frenandam & cohercendā ſuaſit: hanc
nobis doctiſſimi viri omnes:non minus ꝙ Charybdim:ac Syllam:fugi
endam cenſuerunt. Anxie nāq; voluptas appetitur: ſordide perficitur
paulo momento effluit:graues aculeos relinquit:ſæuos dolores parit:
tota deniq; a ratione fœlicitatis abhorret. Quid dicā de diuitiis:quæ
Diuitiæ. ꝙ plurimæ ꝙlibet abundantes poſſidentium animos explere nequeunt
ſufficere nunquam poſſunt. Cōmutabilia mēbra ſunt(vt Stoici tradūt)
& fortunæ ludibria:quæ modo huc transferuntur:modo illuc:penſi om
Iſocrates nino nihil habēt. Equidem diuitiæ(vt probe ait Iſocrates)flagitii: ac
turpitudinis potiuſq̄ uā virtutis amminiſtræ ſunt:fomēta ignauiæ.ma
lorum ſubſidia:libidinum:ac voluptatum incendia:nocent ꝓbis: poſſi
dentur ab improbis:magnus in his cumulandis labor eſt: maximus in
poſſidendis metus:ſummus quoq; in amittendis dolor:deniq; nullum
habent cum fœlicitate cōmertium. Quid item opes:honores :forma:
vires:gloria ꝙ fragiles res ſunt:ꝙ incertæ:ꝙ anguſti temporis. Nihil
Honores ſtabile in his:nihil diuturnum inueniri poteſt. Falſus profecto fuit Pe‑
riander:qui immortales honores cōſtituerit: quaſi veritatis ludo non
ſubiaceant. opes vero etiam cū perditiſſimis hominibus ſæpe cōmunes
Vires & forma ſunt:immo plerumq; ad improbiſſimos quoſq; demigrāt. Vires ac for
mam vel tempus ipſum diſſoluit (vt etiam teſtatur Iſocrates) vel certe
Gloria morbus extenuat. Gloriā inanem:fugacem:lubricā rem eſſe quis igno
rat. Quamobrat omnia mihi mente aninmoq; luſtranti:ſola occurrit
ſapientia:quæ totius fœlicitatis autor atq; effectrix habenda ſit. Maxi‑
mum bonum non iniuria videri debet:quia nō ſolum virtus eſt. Sed eti‑
am domina omnium & regina virtutum. Perfectum bonum eſt : quod
ſatis ſuperque ad beate viuendum ſe ipſa contenta : nullis extrinſecus
præſidiis adiuuatur. Siquidem totam a deo eſſe conſtat: ne cvllo pacto
pendere a fortuna poteſt. Certum bonum eſt: omnia namque aliena
ſunt ſolius virtutis ac ſapientiæ:& noſtra eſt: & certa poſſeſſio. Iucun‑
dum bonum eſt:maximam namq; operationū omnium:clarus inquit
philoſophus : voluptatem afferre eam : quæ per ſapientiam eſt : omnes
vno ore conſentiunt. Videtur quippe ſabientia : mirabiles : atque in‑
credibiles quaſdam habere voluptates. Sempiternum bonum eſt. &
Poſſeſſio immortalis ſapiā enim Iſocrates. ¶ Sola inquit : poſſeſſionum omnium immortalis ſa‑
pientia eſt:propria ac perpetua animorum comes. Immune omniū per
turbationum bonum eſt : quod ea imprimis cupiditatem repellit : li‑
bidinem coercet:iracundiam extinguit : motum quemque concitatio‑
rem animi ſedat. Expetendum bonum eſt:nam (vt præclare in Phædo‑
ne apud Platonem ait Socrates) glorioſum huiuſce rei in hac vita præ

mium eſt : & ſpes potiundi ingens. Siquidem & non nullum nobis fu‑ture beatitudinis hauſtum propinat : vt iam plane liqueat : illud effici Stoicorum: vere omnes ſapientes ſemper fœliciter abſolute fortunate viuere: nulla re impedi: in nulla prohiberi: nullius indigere. Quod ſi virtutes propter ſe petendæ atque amandæ ſunt: hac ſine dubio frui debe‑mus: quæ vna reliquas omnes complexa eſt. Hanc vnam qui habet om‑nes habet. Quid mirum igitur ſi virtutes omnes: iugatæ atq; ſimplici ter ſunt. cum ex hac vna ortum habere cernantur. Quid mirum ſi diſci‑plinæ omnes: atq; ingenuæ artes: aptæ interſe colligatæq; videantur: Nam ex eodem germine profectæ commune habent vinculum. Sapienti am : & cognatione quadam interſe continentur. Eſt enim hic fons vberrimus: Scatens vndiq; bonorum omnium: hac atque illac perflu‑ens. Inde actio manat: inde prudentia virtutum omnium comitatu ſe pta: hinc manat ſcientia: hinc ratio vera a falſis diſtinguens: hinc occul tarum rerum inueſtigatio: hinc iuris legumq; ſolertia : hinc eloquen‑di poteſtas : quæ & ipſa magna virtus eſt: hinc deniq; omnium bona‑rum artium peritia: atque perfectio. Vnde enim niſi a philoſophiæ in‑exhauſtis fontibus intelligibilium rerum cognitio: cæleſtium arcano‑rum reuelatio incorporeorum ſpirituum contemplatio vnde ſummi & incommutatabilis boni ſpeculatio: vnde omnis veritatis ac ſcientiæ lumen. O præclaram : atque ammirabilem ſapientiam: Quid ſine ſa‑pientiæ ipſius inſtitutione vita hominum eſſe potuiſſet. (Stoici.)

❡Hanc qui tollunt Solem e mundo abſque dubitatione tollere viden tur: ſine quo dubio procul cæcutimus in tenebris. Ex huius namq; præ‑ceptis ſingulorum: paucorum : vniuerſorum profecta ſalus eſt : ciuita tum & rerum publicarum manauit tranquillitas. Quod qui ſa‑pientiam contemnunt : non longe abſunt ab immanitate beſtiarum a ſocietate : & conciliatione hominum merito repellendi. (Solem e mũdo tollere quid. idem Cicero in Lælio.)

❡ Quid homo inſipiens : atq; huius expers laudis : niſi quod græ ci prouerbio vſurpant infructuoſa arbor. Quid niſi agreſtis fera. Etenim ſi verum volumus perſcrutari . nihil poterit ſapientiæ lau‑de cogitari perfectius : quæ eius participem beatum efficit. Nihil præſtabilius : quæ nos Deo id eſt incommutabili bono con‑ciliat : atque amicos reddit : nihil vtilius : quæ hominem ad immor talitatis gloriam perducit : nihil iucundius : quæ miro nos ſem‑per gaudio : atque incredibili afficit voluptate. Proinde ſi fœli‑ces eſſe volumus : eya omnes ſapientiam omni induſtria comple‑ctamur : huic percipiendæ omnes neruos intendamus : huius ſua‑uiſſimi fontis aquam ſaluberrimam pleniſſimis faucibus hauriamus (Prouerbium Græcum)

❡Hanc capeſſite iuuenes : optimum eſt enim viaticum : vt aiebat Bias Prieneus. Hæc ſola eſt certaque poſſeſſio. Hanc amate ſenes : nam ſi habet aliquid tanquam pabulum doctrinæ : ac ſapientiæ : niſi ſapiens fallitur Cato : quid poteſt eſſe ocioſa ſenectute iucun‑dius. Aurelius Auguſtinus nullã ad diſcendum ætatem ſerã iudicabat Laudatur iuriſconſultus Iulianus qui diceret ſe adhuc q̃d velle diſcere vel ſi alterum pedẽ in ſepulchro haberet Laudatur & Solõ vir ſapiẽ inſi‑ (Bias Prieneus) (Auguſtinus) (Solon Iulianus iuriſconſultus)

gnis:qui diſcens ſeneſceret:Etenim ſapientiam nulla aufert ætas:ſed
indies magis : ac magis excreſcit:vt iure optimo cunctis rebus aliis
anteponenda ſit.Itaqȝ laudo optimi & clariſſimi ciues omnibus inquã
in rebus laudo vos:in hoc laudo plurimũ nec laudo ſolum:ſed et om
nium pene gentium ac populoruȝ nomine immortales vobis gratias
ago:& ſempiternas:quod hanc præclariſſimam ſapientiæ laudem:quæ
aduerſis temporibus: & grauiſſimis caſibus obſoleuiſſet ſummo ſtudio
Apoſtrophe
atque conſenſu reuocaſtis.Tibi vero vrbs florentiſſima Sena gratulor:
que quum paulo ante triſtis ingemeres:& ciuium tuorum interitumde
plorares quibus & multis& clariſſimis te ſeua peſtilentia orbauit:cum
modo quaſi ſqualore obſita luctuoſa iaceres: cum pene exultant ſapiẽ-
tia tota in tenebris verſareris magnum repente adepta es tot laboruȝ
ſolatium:nunc tibi clariſſima lux orta eſt:nunc tua dignitas illuſtrata
nunc priſtino ſplendore refulges in ſolio:nuncdenuo aurea capiti tuo
Seneñ.vrbis ſtu
dium.
adiecta corona eſt.Euge lætare Sena:nunc te tota Italia nunc Sicilia
nũcGallia:nũcHiſpania:nũcBritãnia:nũc vel vltima quæqȝ gens:atqȝ
abditiſſima natio alumnam reuiſet nunc parentem recognoſcet:ma-
trem ſalutabit:nunc ad te confugiet:vt rurſum provetere conſuetudi-
ne lac ſuauiſſimum:ac dulcia ſapientiæ ſibi miniſtres alimenta Ecce ite
rum ex vltimis vſque terrarum finibus voluntaria quædam (vt ita dixe
rim) tributa ampliſſima tibi munera deferentur.Nunc tibi magnus ſa
pientiſſimorum hominum preſto erit comitatus:nunc de integro ſtu-
diorum laudibus gloriaberis.Pacem iam tibi diuturniorem:tutiorem
tranquillitatem firmiorem auguror gloriam Hos tibi ampliſſimos ho
nores ac ſplendidiſſimũ decus fortunet imortalis Deus.Tuqȝ ante ali-
as:duce ſapientia.queſo illa ſis:imperium occeano famãqȝ termines
aſtris. Dixi.

Auguſtini Dathi Oratio tertia delaudibus Philoſophiæ.

M
Agno ac ſplendido ingenio viros:qui tã apud Hebræos
ac Barbaros ꝙ apud Græcos & Latinos ſumma gloria
Lausphiæ a cõ
tẽptu reruȝ flu
xarum
floruerunt:excellẽtiſſimi domini:patres optimi:atqȝ or
natiſſimi viri:reperio opes:honores:ac diuitias contẽpſiſſe: vt abiectis
caducis & fragilibus rebus:commodius expeditiuſqȝ rerum contẽpla-
Moyſes
tionem ac ſcientiam complecterentur. Qua mente Moyſes Vates cla
Abaris Scyta
riſſimus reliquit Aegyptum:atqȝ ad heremi ocium profugit.Contem-
Plato
pſit Abaris Scyta patriæ delitias:atqȝ ex ipſis vſqȝ Hyperboreis in Græ
ciam traiecit.Luſtrauit Plato plæraſqȝ mũdi prouincias atqȝ oras. Ve
teres Romani ac maiores noſtri:quos eiuſdem laudis cupido ceperat:
frequentius Athenis inqȝ Græcorum gymnaſiis ꝙ in patria ipſa verſa-
ti ſunt.Cætera pro nihilo habuerunt:ſolam philoſophiam: in qua om-
nis & cognitionis & ſcientiæ ratio continetur:dignam exiſtimauerũt:
in qua exquirenda omnẽ ſtudium atqȝ operam collocarent. In ea viden
tur maximum ac præcipuum hominis bonum poſuiſſe.Siquidem ſtatue
runt rerum omnium quæ ad excolendam inſtituendamqȝ hominum vi
tam pertinerent:nihil philoſophia grauius eſſe:nihil vtilius:nihil dulci-
us:nihil igenuo hoĩe ac libero dignius Hãc cũ hodierna die ꝓvetere laus

dataqꝫ conſuetudine:exornatiſſimo hoc loco laudari oporteret: delatum ad me id munus eſt:cui ratio & ab ætate & ab imperitia ſuſcepta:ſilentium ſuadebat:quem frequens clariſſimorum hominum conſenſus: rectius mea ſententia audientem:ꝙ concionantem aſpexiſſet. Imbecillis homo graue onus ſubſtineo:quod neqꝫ pro magnitudine libenter ſum auſus ſuſcipere :neque pro imperantiū auctoritate aut debui:aut volui recuſare. Superbum erat iuſſa contemnere:capeſſere temerarium: Sed opinor arrogantia:odio maiore digna eſt:coacta vero temeritas veniā vltro implorat:præſertim apud eos:qui non minus humanitatis ꝙ doctrinæ.ac ſummæ eruditionis laude præſtant. Atqꝫ ne vos morer diutius:nihil eſt:quod animus ipſe velit:& cupiat magis : nihil quod noſtra imbecillitas minus poſſit:ꝙ ſummum philoſophiæ ſplendorem atque amplitudinem laudare. Verum enimuero tam fuſus eius: tamque latus campus eſt:vt in eo etiam indocti atque rudis hominis peruagari atque exultare poſſit oratio. ¶ Sæpenumero admirari ſoleo patres optimi:quid cauſæ fuerit:quam ob rem homines grauiſſimi: ac ſūma auctoritate viri multi noſtra tempeſtate: plures patrum memoria/ philoſophiæ gloriam tantopere concupierint:vt ad eam percipiendam omnem & conterī ætatem oportere:& conferri operam iudicarent. Sed excitauit eos(vt plane mihi videor animaduertiſſe)ſumma rei ampliſſimæ dignitas:incredibilis magnitudo:fructus vberrimus. admirabilis inquam rei præclariſſimæ ſplendor ſummorum hominum excitauit ingenia. Nō fallax gloria.non inanis oſtētatio:id quod multi falſo opinantur:ſed recta ratio potius ad inueſtigandam philoſophiam cognitionis cupiditate incenſos altiſſimos animos inflammauit.atqꝫ ita inflammauit vt incredibiliter eius amore ac ſtudio conflagrarent. Nouerant illi ſane quod vel nemo dubitat:in quo lumen aliquod extat ingenii:duobus hominem animo conſtare & corpore: & alterum quidē nobis cum ſuperis:alterum commune eſſe cum belluis:atqꝫ eos qui corpori ſeruientes proprium hominis ipſius bonum deſerunt ad naturam ꝓxime accedere belluarum.qui vero ſapientiam complexi virtute animū ac doctrina perficiunt:eos dignos eſſe quos & homines & ſapientes homines tum habere tum etiam appellare debeamus. Homo nanqꝫ natura prouidum eſt animal.ſagax.acutum.ſolers.memor rationis. conſilii.prudentiæ.cognitionis particeps.virtutis ac diſciplinæ capax.præclara quadam conditione a ſummo ac præpotente deo generatum. Phraſis hoīs

Hoc præcipuum eſt & peculiare conditoris opificium:quod & ad imaginem ſuam ac ſimilitudinem finxit.Creauit enim ſummus artifex hominem quaſi quempiam mortalem deum:quē minuit paulominus ab Angelis:quem gloria & honore decorauit: quem operibus ſuis præfecit: quem rerum oīm principem conſtituit:cuius poteſtati vniuerſum ſubiecit orbem:cui paret terra:cui cœlum ſeruit:ad cuius vſum procreata ſunt quæ in terris gignuntur:quæ peruagantur in cœlo:quæ in mari degunt omnia.huic vni deus ex tot animantium generibus:non mentem ſolum:ſed etiam immortalitatem tribuit. Quo munere haud ſcio/ an aliud eſſe poſſit aut maius aut præſtabilius. Liceat humano generi quodammodo gloriari:cuius cauſa mundus ipſe factus eſt. Ad cuius fru

ctum: q̄ in mundo conſtant parata omnia atque inuenta ſunt. Sed hæc tam multa tamque præcipua atque admirabilia & ornamenta & munera tantiſper naturæ hominis tribuantur: dum imaginem Dei retinet: dum ſimilitudinem conditoris ſeruat. Et imago quidem in cognitione veritatis: ſimilitudo vero in amore atque exercitatione virtutis ſita eſt. Quod ſi homo in tanto creationis honore cõſtitutus non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus: & ſimilis factus eſt illis: ſi virturem negligit: præſtantiam amittit hominis: & in immanitatem vertitur belluarum. Quocirca præclare tradiderunt qui hominem ad intelligendum atque ad agendum natum perhibent: qui & natura ipſa trahitur ac ducitur ad ſcientiæ cupiditatem & ſine opere atque actione virtutis nec bene poteſt nec beate viuere: vt plane liqueat: & ad cognitionis laudem: & ad virtutis gloriam naſci hominem: quem contẽplatorem mundi & quatenus imbecillitas noſtra progreditur cœleſtis vitæ atq; altiſſimæ diuinitatis imitatorem genitum fuiſſe non dubitamus. quibus in rebus qui excellunt eos admiramur: ſuſpicimus eos ſũma obſeruantia: ampliſſimis honoribus proſequimur. Sed nemo (mihi credite) præſtantiſſimi patres: aut nullam rerum ſcientiam conſequi aut nullum virtutis munus obire recte poſſit: cui a philoſophia diſceſſerit. Ad hanc nobis confugiendum eſt: in huius ſinum nos conferre debemus: ab hac opem atque auxilium petere. hanc optare nobis ducẽ vitæ. quandoquidem ſola poteſt recto calle ad ipſum nos beatitudinis calcem perducere. Ab amore ac ſtudio ſapientiæ philoſophia nomẽ inuenit. ❡ Eſt autem Philoſophia: diuinarum humanarumque rerum ſcientia cognitioque: quæ cuiuſque cauſa rei ſit bene beateque viuendi rationi coniuncta. Eſt inquam Philoſophia omnium viſibilium atque inuiſibilium: occultarum: admirabiliumque rerum ſagaciſſima indagatrix. eſt philoſophia magiſtra vitæ: bonorum omnium mater: parens q̄dam ac procreatrix omnium laudatarum artium. rationalis animæ lux ſine qua hominũ vita verſaretur in tenebris. Hæc nobis initio vrbes peperit: diſperſum genus hominum conciliauit ad vitæ ſocietatem: ad ciuilem vſum conuocauit ad leges: ad mores: ad diſciplinam compulit. Hæc nos ad pietatem ac Dei cultum inſtituit. ad iuſtitiam: atque ad omnem virtutis laudem erudiuit. Hæc ignorantiæ caliginem ſubſtulit: eripuit menti tenebras: clariſſimam veritatis lucem attulit. Hæc res ſummis obſtruſas difficultatibus atque abditiſſimas illuſtrauit. Hæc ſupera omnia atque infera docuit. Prima: vltima: media monſtrauit. Huius munere illa nobis patefacta eſt a ſummo Deo: ad vltimam vſque rerum ſordem mutuis ſe ligans vinculis: & nuſquam interrupta connexio: illa inquam Homeri præcipui vatis aurea cathena: quam & pendere de cœlo ad imas terras Deum iuſſiſſe prodit. ❡ Et enim præclaram molem atque admirabile opificium fabricata eſt diuina ſolertia: quod cœlum nomine ornamenti: quem mundum a perfecta abſolutaque elegantia: quem orbem a forma in ſpeciem orbis conglobata: veterũ auctoritas appellauit: Huius tam ingentis machinæ circunflexus cuncta quæ conſtant quæque mouentur: quæ in aſpectum cadunt oculorum: quæ ſola mentis acie perſpiciuntur immenſo circuitu coercet: & continet. Hic

Perſuaſio phiæ amplexandæ — *Philoſophia:* — *Cathena aurea* — *Cœlum. Mundus Orbis:*

ſe quattuor efferunt elementa: quorum terra in medio mundi poſita: atque æquis librata ponderibus: quo facilius circa eum volubilis rotet vniuerſitas: ſtabilem firmitatem obtinet. Huius & nonnulla pars emi-net e mari ad vitam animantium tuendam. atque eadem quinque redi-mita eſt & circundata cingulis: e quibus duo ſubnixi cœli verticibus: atque inter ſe e regione diuerſi ex vtraq; parte frigore ac pruina rigent Medius: qui & maximus eſt: calore vritur: Solis ardore torretur: duo re-liqui vtrinq; interiecti habitabiles oras præſtant: Auſtralem alteram ad meridiem poſitam: alteram quam & ipſi colimus Aquiloni ſubiectā In eadem ipſa prata ſuo tempore herbis ac floribus veſtiuntur: vireſcūt nemora: arbores frondeſcunt: ſcatent fontes: defluunt lucidi liquores amnium: multiplicis æris venæ reconduntur: altiſſimi impendent mō-tes: patent immenſi campi: fertiles exiſtunt agri: vnde fruges: vnde bac-chas: vnde variæ glandes: ac multiplices fructus efferri conſtat. Huic porro adiacet mare: terræ globum: aquæ circunfluunt: lōgæ aliæ ab his quæ tenuiſſimæ cœlo ſupereffe, runtur: ac ſerenis noctibus rorant. Maria inquam terram circunfundunt. nunc æquata tranquillitate: nunc ad-uerſis tempeſtatibus horreſcentia: quæ a Sole collucent: albeſcunt: vi-brant ipſa quoque in rotundam formam: atque orbem conglobata.

His aer finitimus eſt animalibus: ſpirabiliſque ſubſtantiæ: qui modo ex tenuatus ſublime fertur: modo concretus: in nubes cogitur: atque hu-morem colligens: auget terram in imbribus: diffluens vero ventorum ſpiritum efficit. Poſt hæc deinceps omnia cingit altiſſimus æther: ve-lut extrema ora mortalium omnium & corruptibilium corporum. Igni tum & ſummum elementum: quod & a terra longiſſime abeſt: & inferio ra omnia tenuitate præſtat: Intra hæc vero quaſi quædam commuta-bilium corporum ſepta: non ſolum animantia viuunt: ſed cætera quo-que omnia continentur. Quæcunque oriuntur: intereunt: augentur: conſeneſcunt: quæ varietati obnoxia ſunt: & in eodem ſtatu nunquam permanent. Hic varia ac pene innumerabilia gignuntur beſtiarum ge nera: alia quæ in terris ſerpunt: quæ humi gradiuntur. alia quæ fluitant atque innant aquis. alia quæ teſtis concluſa ſaxis affigūtur: alia quæ in littoribus reptant. alia quæ remigio alarum libero cœlo fruuntur.

Hiſdem in locis fulgent pretioſi lapilli: rutilant gemmæ. Sardia. Iaſpi-des. Smaragdi lucent. Sed & denſantur nubes: humores ſoluuntur ī im brem. concreſcunt in pruinas. coguntur in niues. glaciantur in grandi nes. in vapores extenuantur. conſpiſſantur craſſe & caliginoſæ nebulæ: ſtillantur rores. ab exortu atque occaſu a Septentrione & Meridie ven-ti perflant. In eiſdem oris ſtrident procellæ. turbo conflictatur: coru-ſcant fulgura. exaudiuntur tonitrua. iciunt fulmina. reſonat Echo. cæle ſtis arcus coloribus variatur. inflammantur Cometæ ſaua luce coruſcā et crinitum ſydus. Nihil perpetuum in his. nihil diuturnum eſt: ſed vi-ciſſim omnia ortui. interitui. commutationi parent. Iam vero cœlum ip ſum excelſum & ſublime ſuſpenditur: cuius ſpeciem. candorem. pulchri tudinē quæ vis eloquētiæ amplecti poſſit. Bñ diuinus vates cecinit. Cœli enarrant gloriam dei: & opera manuum eius annunciat firmamentū

b ii

Zone celi ǭnq;

Terra.

Mare

Aer:

Aether

Animalia:

Lapides.

Celi impſſiões

Hic imprimis incredibilis quidam ſplendeſcit ornatus: emicant ſtellæ: aſtra refulgent: ſcintillant ſydera: candet lacteus orbis: omnia clariſſima luce ac ſplendore complientur. Vagantium ſtellarum ſeptem globi atq3 orbes vertuntur qui omnes certa lege diuerſis tamen temporum ſpatiis regentium intelligentiarũ impulſu ac ductu certoſq3 conficiãt curſus. ℂ Ex his quaſi dux quidam ac princeps luminum omnium Sol principatum tenet: qui oriens atq3 occidens dierum & noctiũ viciſſitudines nunc ad meridiem curſum inflectens quadripartitas temporum efficit varietates: Luna infimũ cœli orbem poſſidet: ac terræ proximam obtinet regionem: quæ quãquam luminare minus appellata eſt: radiis tamen Solis accenditur: atq3 hæc duo præcipua luminaria quaſi alternis regnant: vt Sol diebus: luna noctibus præſit. Accedunt & aliæ quinq3 vagæ ſtellæ. Phenon. Pheton. Pyrois. Stilbon. Phoſphoros: quæ a noſtris produntur: infenſus Saturnus. ſalutaris Iupiter: horribilis Mars ſplendens Mercurius: alma Venus: quæ ſolẽ antegrediens Lucifer: ſubſequens Heſperus appellatur. Hæ vero ſtellæ: quæ planetæ ſuo nomine nũcupantur: nõ quidem ab errore: ſed quia contrario motu atq3 cœlũ verſantur: indefeſſis laboribus ſigniferum orbem luſtrant: & zodiacũ circum quem duodecim illa etiã vulgo nõ ignota ſigna diſtribuunt. Sequitur poſt ſeptem planetarũ zonas octauũ cœlum: in quo infixæ ſtellæ voluuntur: & ipſe quidẽ innumerabiles: quarum diſtinctio atq3 ornatus incredibile dictu eſt: quantam contemplantibus afferat voluptatem. Huic innumeræ cũ rerum aliarũ tum animalium imprimuntur effigies: variæ ac multiplices imagines præſcribũtur. In hoc cœlo ſeptentriones: phœnix atq3 Elice: Beotes: Arcturus fulgent: Toruus Draco ſerpit ſubter: ſupraq3 reuoluens ſeſe cõficienſq3 ſinus e corpore flexos: vt inqt Aratus In hoc ſplendent Hyades quæ & Succulæ: Pliades quæ & Vergiliæ nuncupantur. In hoc lucent Andromeda Perſeus Coruus Delphinus Argo Triangulus Hydra: & cum aliæ innumerabiles ſtellarũ figuræ ac ſigna tum etiam Nimboſus Orion. ℂ Poſt hæc rapidum cœlũ: quod & primũ mobile & nouum circum atq3 globũ appellare veteres conſuerũt: incredibili quadã velocitate conuertitur: quod duobus ipſius firmamenti cardinibus ac Polis Arctico & Antartico irrequieto motu circũ latũ reliquos orbes: vt immenſo complexu arcet: ita etiam celerrimo impetu rapit. Nec vero ſilent tanti motus ſed acutorum & grauium temperatione dulcis quidam conflatur ſonus: & incredibili ſuauitate concẽtus. Sed hæc pleraq3 omnia oculis peruia ſunt ac ſenſibus patent.

Empyreum cœlum ac beatorum domiciliũ reliquum iam eſt nobis: cuius ineffabilem gloriam nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec cuiuſq̃ vel acerrima mens ſatis intelligentia comprehendit. Hic locus eſt cæleſtium ſpirituum hoc auguſtiſſimum templũ: hæc inclyta ſedes altiſſimi ac ſemper viuentis Dei: hæc ſacroſancta domus æterni patris: in qua & manſiones multæ ſunt: cui nullæ fortunatæ inſulæ: nulli Eliſii campi: nullæ fœlices oræ valeant comparari. Hæc amœniſſima paradiſus eſt. in qua Beati æuo immortali: ac ſempiterno fruuntur: in qua ſacra beatiſſimorum ornatuũ concilia perennem vitam ad fœliciſſimam degunt. Angeli tuendis hominibus præfecti: qui ſemper vident faciem patris: & in creatorem proſpiciunt. Archangeli altiſſimorum myſteriorũ cõſcii

Sol dux luminum Tullius idem de rep.

Stelle vagæ. v.

Cœlũ aſtriferũ

Imagines cœli

Primũ mobile

Empyreũ cœlũ

Virtus quorum vel nutu vel opere ad cōmouenda mortalium corda: ſi-
gna ac prodigia in terris ſiunt. Poteſtates quibus adiuuantibus: pote-
ſtas tenebrarum comprimitur. aeris cohercetur improbitas. Principa-
tus quorum moderatione & ſapientia omnis: in terris Principatus om
nis regendi ratio conſtituitur: dirigitur: gubernatur: cōmutatur: tranſ-
fertur. His dominationum ordo ſupereminet: ac regnat: ad cuius (vt ita
dicam) imperium: principatuū regimen. Poteſtatum defenſio: virtutuꝫ
operatio: reuelatio Archangelorum: angelorum deniqꝫ cura ac proui-
dentia referuntur. Altiore ab his Throni euolant receſſu ſummæ quie-
tis ac tranquillitatis auctores. Cherubin ſubſequuntur multis oculis
ornati: qui ex ipſo inexhauſto ſapientiæ fonte fluenta quædam ſcientiæ
haurire non deſinunt. Poſtremo ſex aliis Seraphim attolluntur incre-
dibili quodam charitatis ardore conflagrantes. Cūqꝫ his & homines:
qui iuſte & pie in terris vixerint corporis ſolutos vinculis viuere bea-
tos: vt omittam alios: teſtis prodeat cæles inclytus Bernardinus Senen Bernardinus Senenſis.
ſis: quem ipſi vidimus: audiuimus: allocuti ſumus: nunc vero in cœlis il
lum regnare cum chriſto ambigere magnæ impietatis eſt. Nūc perhor-
reſcit animus: caligat mentis acies: lingua contremiſcit: ſtupeſcunt vi
res omnes: cum ad inenarrabilem Dei maieſtatem ſermo conuertitur:
de qua tamen quatū fas eſt: nobis timide & pauca dicamus. Præeſt nā-
qꝫ tantæ moli: qui eam principio perfecit e nihilo ſummus opifex: effe- Dei maieſtas.
ctor arbiter omnipotens rerum omniū creator: mundi totius princeps
cuncta gubernans dominus increatus: immenſus: æternus: ineffabilis
deus qui terram ſtabili firmitate ſuſpendit: qui cœlum ſtellis ornauit:
ſyderibus diſtinxit: qui ſolem clariſſimum ac ſingulare lumen rebus hu-
manis accēdit: qui terris maria circunfudit: flumina perenni lapſu flue Ouidius. i. me:
re præcepit: iuſſit & extendi campos: ſubſidere valles: fronde tegi ſiluas
lapidoſos ſurgere montes. Hic eſt bonorum omnium auctor: pater lu-
minum: a quo omne datum bonū: ac perfectum donum eſt: lux vera: quæ
illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum: ſuperexcellens
ſummum incōmutabile bonum: principium vnde omnia: finis ad quem
qui cum Aurelio Auguſtino intelligi debet: ſine qualitate bonus: ſine
quantitate magnus: ſine indigentia creator: ſine ſitu præſens: ſine habi
tu omnia continens: ſine loco vbiqꝫ totus: ſine tempore ſempiternus
ſine vlla ſui mutatione mutabilia faciens: nihil patiens : cuius ſolius
poteſtate ac virtute cæci vident. ſurdi audiunt: muti proloquūtur: clau-
di ambulant: leproſi mundātur: ſtulti ſapiunt: cōualeſcunt ægroti: mor
tui reuiuiſcunt. Hic eſt qui recte dicitur Trinitas vnus Deus ex quo om-
nia: in quo oīa. Pater & verbū & ſpiritus ſanctus: quorum ſingulus ꝗſ-
qꝫ Deus eſt: & ſimul omnes vnus Deus cuius celſitudini ac ſublimitati
conueniens nomen etiā ignorant Angeli. Poſtremo hæc & vera eſt &
ſola beatitudo ad quam adipiſcendam geniti ac nati ſumus. Creauit
enim deus hominē vt Deuꝫ ipſum intelligeret: poſſideret: frueretur: quē
qui non intelligit proculdubio ſtultus eſt: qui nō amat: improbus: ina-
nis qui non poſſidet: qui nō fruitur: infortunatus: infœlix ac perpetuo
miſer: cui fortaſſe ſatius erat: ſi hanc vitam nunꝙ ingreſſus eſſet. Quā-
tis igitur ꝙ multis ꝙ præcipuis philoſophia digna eſt laudibus quæ cuꝫ
primum nobis ante oculos poſuit tam ꝑclari operis machinā: tot tan-

tarumq; reiu; creationem:infinitam multitudinē ac varietatem:natu-
ræ ordinem:mundi ſplendorem:pulcritudinē cœli:ſulgorem ſtellarum
ſyderum ornatum:conſtantiam admirabilem:ſingularem prouidentiā
ſenſim nos ad ipſius conditoris contemplationem perducit:vt inuiſi-
bilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciamus. Tradunt philo-
ſophi appetere vnumquodq;:vt ſuo principio coniungatur: quod ea ex
re vniuſcuiuſq; etiam perfectio conſtet atq; integritas. Hominis autē
principium quidnam aliud eſt quæſo niſi Deus. Huic vero haud dubie ſo-
la nos iungit.atq; annectit contēplatio:in qua & vltima atq; extrema
hominis fœlicitas eſt. Hoc eſt enim propriū hominis ipſius bonū:hoc pe-
Plato: culiare munus:& naturæ hominis accōmodatiſſimum. Scite apud Pla-
tonem in philoſophos dictū eſt: quod in veri inueſtigatione verſen-
tur:quod pecuniam:quod gloriam:quod res omnis humanas contem-
nant:& pro nihilo putent:propterea iuſtos ac beatos eſſe:viuunt nāq;
aluntur:creſcunt etiam virgulta & plantæ:ſentiūt:progrediuntur:pro-
curant victum:ventrem explent & pecudes. Homo vero qui rationis eſt
particeps ſolus ex cunctis mortalibus intelligit:ſapit: res contempla-
tur:earum cauſas inueſtigat:cognoſcit:iudicat. Sed quis intelligere
abſq; philoſophia:quis ſapere:quis noſſe aliquid præclarū queat. Pro-
fecto hominis ratio nō in corpore:ſed in mente potius conſtituenda
eſt: At vero incorpoream mentē indiſſolubilem:immortalem : nō con-
cretæ:non fragiles:nō lubricæ res delectant: ſed incorruptibiliū : æter-
narum:& quæ vere ſunt contēplatio:quam nobis philoſophia ſola ſup-
peditat. Fit omnia fit totus mundus animus. nō abſurdum dictu ſi cu-
mulate:ſi perfecte philoſophia fuerit expolitus:quo quid poteſt eſſe præ-
ſtabilius. Audenter dicam nondū eſſe hominē:qui nullam philoſophiæ
partem aſſecutus eſt. Sed ea patet latius:cœleſtia contemplatur:naturæ
arcana inueſtigat:ſyderum vias radio dimetitur:diuina autem tranſſe-
rens ad nos:ac virtutem e cœlo deuocans hominū vitam ac mores:ad
cœleſtis ordinis exemplar inſtituit. Reſpublicas gubernat:ſancit leges
domos regit. Quid honeſtum:quid turpe.quid iuſtum:quid iniuſtum
quid æquum:quid iniquum:quid rectum:quid prauum ſit : quid deniq;
expetendum vt bonum:quid fugiendū vt malum:nō ambigue demon-
ſtrat. Hæc docet:vt honorem exhibeamus parentibus : magiſtratus ob-
ſeruemus:maiores natu vereamur:legibus obtemperemus:diligamus
amicos. charam vxorem:charos habeamus & liberos:nō ſæuiamus in
ſeruos : bene & iuſte viuamus : diuina & humana iura tueamur.
Omnibus deniq; in rebus modu; ſeruemus:quæ qui effecerit vel ſine vl-
la rerum ſcientia rite philoſophus appellādus ſit. Hanc igitur rem adeo
præclaram dū inquirunt veteres ſapientes contēptis rerum humanarū
delitiis:grauiſſimos etiā labores perpeſſi ſunt : duriſſimā vitam exege-
Phōrum ſectæ. runt. Ita Aegyptiorum ſacerdotes: Perſarum Magos. Indorū Gymno-
ſophiſtas:tum Bragmanas:tum Samaneos:Iudeorum Phariſæos:Sad-
duceos: Eſſenos autem imprimis tenuiſſimo victu cōtentos ferunt om-
Academici nem in philoſophiæ ſtudio ætatem:atq; operam conſumpſiſſe: Quid
referam Græcorum philoſophos. Academici etiā peſtilentem locum &
Stoici: paluſtre Gymnaſium delegerunt:vt videlicet caſtigato corpore facilius
ad contemplationem animus intenderetur. Stoicorum nota cōtinen-

tia & victus tenuitas eſt: e quibus Antiſthenes philoſophiæ emancipa- Antiſthenes
tus quæ poſſidebat vendidit omnia: ac publice diſtribuit. Diogenes Sy- Diogenes.
nopeus Sordido palliolo: pera & bacillo contentus in præſentem horā
poſcebat a quolibet vnde vitaꝫ tueretur. Multi vero nō paupertatem ſo
lum pertulerunt. ſed etiam voluntariis: non tam peregrinationibus ꝙ
exiliis ſuſceptis potius: etiam vltimas terras & pene vniuerſuꝫ peragra
uere orbem. Pythagoras Samius Pherecidem Syrium: Hermodamanta Pythagoræ pe
Creophili poſterum: Aegyptios & Caldæos ſacerdotes: Magos Perſa- grinatio
rum adiit patria poſthabuit: Italiam coluit: tenuit magnam græciam:
ex longinqua ac diuerſa peregrinatione magnā ſibi ſapientiæ & doctri-
næ laudem coparauit: ❡ Apollonius vero Philoſophus eadem allectus Apollonius.
cupiditate id quod ſcribente Hieronymo nobis compertum eſt: intra-
uit Perſas: pertrāſiuit Caucaſum: Albanos: Scytas. Maſſagetas: Indos
penetrauit: Phyſon amnē tranſmiſit: peruenit ad Bragmanas: adiit Ela
mitas Babylonios Caldæos Medos Aſſirios Parthos Syros Phœnices:
Arabas Paleſtinos: reuertit Alexandriam ad conueniendos Gymnoſo
phiſtas. Perrexit Ethiopiā: cunctas pene terrarum regiones pedibus o-
biit. Sed quanto nobis ſtudioſius elaborandum eſt quibus ad melioreꝫ
diſciplinam oblatus eſt aditus: quibus etiam vnigentus Dei filius & hu
mani generis ſaluator miſſus a patre viam & veritatis percipiendæ: &
conſequendæ īmortalitatis oſtendit: quā incorruptā doctrinā neqꝫ Py Phōrū Catha-
thagoras neqꝫ eius poſteri aſſeq̄ potuerūt. Telauges filius Xenophanes logus:
Parmenides Empedocles zeno Eleates Leucippus Democritus Nauſi-
phanes Naucides Epycurus. Nō ſūt adepti Ionici phi: Thales Anaximā
der Anaximenes Anaxagoras Archelaus: & quem terreſtre oraculum
vocabant. Socrates: Nō Socratici Plato Anthiſtenes: Ariſtippus: Non
Cyrenaci: Ariſtippus iunior cum Areta ſorore Theodorus Athenæ Epi
timedes Parabates Hegeſias Aucineris Libys. Non cynici quibus Anti
ſthenes præfuit Diogenes Synopeus Crates Thebanus zeno Cittiæus
Cleantes Caſſius Chryſippus. Nō Academiæ princeps Plato Speuſippus
Xenocrates Polemon Crantor Crates Athenienſis: Arceſilaus Lacydes
Euander Phœneus Damon Leontheus Moſchion Euander Athenien-
ſis Hegeſinus Carneades Clitomacus Armadas Nō Peripatetici Ariſto
teles Menedemus Theophraſtus Demetrius phaleræus. Sed neque illi
quidem: quos ſapientes cantauit Græcia: Solon: Chilon Pittacus Bi
as prienenſis: Cleobolus Lindius Periander Corinthius Myſo chene-
us Anacharſis Scyta Epimenides cretenſis: Piſiſtratus. Non tota ve-
terum philoſophorum cohors: quorum mancam ſapientiam Chriſtia
næ veritatis: vincit integritas. Itaque vos maxime decet ingenui viri:
ad acquirendam diſciplinam omnem induſtriam ac diligentiam ac-
commodare: quibus ingenia non deſunt: qui vrbem clariſſimam qua-
ſi alteras Athenas & florentiſſimum quoddam litterarum domicilium
nacti eſtis. ❡ Quod ſi præcellentiſſimam Theologiæ laudem: ſi pon-
tificia: ſi ciuilia iura: ſi moralem ſapientiam quæritis: ſi medendi ars
ſi phiſicæ obſcuritas, ſi differendi ſubtilitas: ſi certiſſimarum artium
diſciplina: ſi cuncta hæc illuſtrans eloquentia. magis cordi eſt præ-
ſto hic ſunt nobis in omni genere doctrinarum clariſſimi precepto-
res. Incumbite obſecro vos in hæc ſtudia diligenter.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

giſſimæ abſunt a natura ferarum:cum id re ipſa teneant.cuius cupidita
tem hominum mentibus natura ingenerauit:atq; benigne largita eſt
Quod afferens Peripateticorũ princeps Ariſtoteles. Oẽs homines in
quit natura ſcire deſiderant:ac pro magni oratoris ſententia : omnes
trahimur et ducimur ad cognitionis et ſcientiæ cupiditatẽ:in qua ex-
cellere pulchrum putamus.Cum igitur particeps rationis animus ho-
minem diſtiguat a bellua:& ſimillimũ cœleſtibus mentibus reddat: q̃d
eſt quod dubitare quiſꝗ poſſit:quin doctrina & rerum cognitio ſit ex-
cellentiſſima omniũ ac præclariſſima ad quam adipiſcẽdam natura ani
mus fertur atq; inducitur.Siq̃dem per hanc vnam ſapimus.cognoſci-
mus:intelligimus ſupera.infera cœleſtia atq; terreſtria cogitatione p-
tingimus:ſcientiaq; complectimur.vt id propheticum oraculum ſacra
tiſſimi vatis oſtendit:quod imminutum teſtatur hominẽ paulominus
ab Angelis:q̃ gloria & honore coronatus eſt.& per doctrinæ ac ſcien-
tiæ gloriam:cætera quæcunq; a natura ꝓcreata ſunt:lõgiſſime antecel
lit & præſtat.Cunq; alia quæ fragilitas humani generis poſſidet.cadu-
ca.tenera:ac momentanea ſint:& variis fortunæ caſibus ſubiacentia ſo
la virtus & ſapiẽtia in qua rerum cognitio ineſt res perpetua:ſempiter
na.atq; immortalis exiſtit.quæ neq; naufragio neq; incendio ãmitti-
tur:nec a latronibus eripi nec ſubripi a furibus poteſt.Quãobrem lau
datur Bias Priẽnenſis:vnus e ſeptem:cuius cum patriã hoſtis diriperet Bias Priennẽſis
ammonitus vt aliquid e ſuis rebus ſecum aſportaret:ſecũ ferre omnia
ſua prodidit:cum neq; aureũ poculũ neq; argenteũ ſcyphum. nec ebur
neum vaſculum:nec ſplendidam veſtẽ nec pretioſam quampiã ſuppel-
lectilem ſed ſapientiam:ſed virtutẽ:ſed doctrinã ſecum portaret:quam
intelligebat fortunæ varietati ac mutabilitati minime ſubiacere.Nam
reliqua plæriq; mortales ignorantia excecati tantopere expetunt:non
tam bonorũ numero recenſentur:ꝗ contrariã habent virtuti conditio
nem:quẽadmodum Cratetis Stoici ac Thebani philoſophi declarat ex
emplum:qui magnam vim auri abieciſſe fertur.cum Athenas philoſo- Cratetis exẽpł
phaturus accederet:ratus abſonã eſſe virtutis ac diuitiarũ ſocietatẽ:et
vtrãq; rem ſimul vni eidemq; homini difficile poſſideri.Sed nemo ſatis
huius tam præclari tamq; diuini muneris p̃ſtantiã referre poſſit:ꝓ quo
adipiſcendo magni & præſtantes viri cætera contẽnunt omnia:ac pro
nihilo putaut:Quid de eius vtilitate multa dicã.Pretioſiorẽ cũctis opi
bus:& omnia quæcũq; ab hominibus poſſidentur vni huic nequaꝗ va- Vtilitas doct.
leant cõparari:habet fructum vitæ quæ nunc eſt & futuræ:& omni ætati
omnibus temporibus oĩbus locis maxime cõuenit:nullũ a ſua poſſeſſio
ne excludit.nullius naturam reformidat:in aduerſa fortuna non defi-
cit:in rerum varietate non immutatur.in infirmitate perficitur.quæ q̃
dem res tum vniuerſa tũ in membra varia diſpartita magnã frugem et
ſingularẽ quandam ac mirificã vtilitatẽ præſtat hominibus:ſiue Gram Grãmatica.
matica ars fuerit:quæ congruã orõnem & rectam ſcriptionem edocet:
ſiue Dyalectica:q̃ totum diſtribuit in partes:ſpecies diffinitione patefa Dyalectica
cit:res obſcuras interpretando edifferit:ambiguas cognoſcit ac diſtin
guit:vera deniq; diſtinguit a falſis.Siue Eloquentia ac dicẽdi ars & ex- Eloquentia
ercitatio:quæ ad ſalutẽ hominũ inuenta:& ſummis ornata laudibus
accuſat improbos:bonos defendit:virtuteſ laudat:vitia execratur:ſua

Mathematica. det res ſalutares:noxias diſſuadet. Siue Mathematica fuerit diſciplina
quæ in primo certitudinis gradu conſtituta:vt philoſophi tradunt:aut
Geometria. conſiderat dimenſiones/formas/ac figuras:qđ Geometriæ ſuũ munus
Arithmetica. eſt:aut numeros contẽplatur:quod proprium Arithmeticæ eſt: aut ſy-
Aſtronomia: derum rationem ſpeculatur/atq3 aſtrorum motus : quod Aſtronomia
Muſica efficit:aut deniq3 vocum/neruorũq3 cantum prodit: quod Muſicæ mo-
Medicina dulationis oſtendit ratio. Siue Medicinæ ars:quæ aut bonam valitudi-
Phyſica nem tuetur/ac ſeruat.aut recuperat interpellatã: Siue Phyſica contem-
Ethica platio:q̃ generabilium & corruptibilium reru3 & corporum perueſtigat
rationem:& latentes cauſas meditatur. Siue Moralis ſapientia: quæ hu
manæ vitæ ſocietatẽ/& gubernationẽ conſtituit:de rebus bonis & ma
lis quærit:hominum mores confirmat:familiam recte diſpenſat: ciui-
tatem & rempublicam regit:ſiue legalis ſapientia:quæ honeſtas res iu
Iura põtificia bet:prohibet contrarias:bonis præmia:improbis pœnas conſtituit:ſi-
ue iura põtificia:quæ ſacrorũ ſcientiam/et ritus tradit:ac ſacrificiorũ
cerimonias/& diuini cultus religionẽ præcipit. ſiue deniq3 ſacratiſſima
Theologia: diuinarum rerũ ſapientia:quæ Dei maieſtatẽ/mũdi creationem/ſacræ
incarnationis myſteria prodit:ſacramento℞ ſaluberrimam inſtitutio
nem aperit/ac demonſtrat. Magna,hæc et præclara ſunt omnia:quæ vi
tam noſtrã vehementer exornant:et ad fœlicitatẽ:q̃ finis omnibus p-
Concluſio. poſitus eſt/facilem/atq3 expeditũ aditum præſtant. ¶ Hæc igitur cun-
ctis viribus amplexamini viri erudit iſſimi:his exercitationibus incũbi-
te:hæc vobis vera parate adiumenta/ac vitæ præſidia: quod ſi feceritis:
facillime fœlicitatis/ac beatitudinis(q̃ ptum a Deo datum eſt)nõ mo-
do poſt hunc vitæ curſum:ſed aliqua etia3 ex parte in hac mortali luce
participes efficiemini. Cætera poſthabenda ſunt:hæc dies/noctesq3 et
expetere & amplexari debemus. Si cupimus fructum/laudem/ac beati-
tudinem adipiſci. Vos autem magnifici ac potentes domini/& cæteri
viri Senenſes:pro mea erga patriam charitate & ingenti amore:quan q̃
intelligã ſponte incitatos:tñ cum ſint litterarũ ſtudia veſtræ inclytæ &
præclariſſimæ reipub.præcipuũ ac ſingulare decus:cum veſtri ampliſſimi
nominis vbiq3 gentiũ illuſtrent:atq3 augeant gloriã: cũ apud oẽs Ita-
los populos/atq3 longinquas & exteras nationes/Senenſis vrbis pro-
pagent ſplendorem:cũ apud omnes reges & principes gratiam & beni-
uolentiam pariant:cum omnis generis fructus vberrimos proferant:
oro/obſecro:& cunctis viribus deprecor veſtram auctoritatẽ:vt ad tuẽ
dam ſtudiorum celebritatem in omni litterarum genere ad amplifican
dam tam eximiam laudem/præſertim Senenſi vigente pontifice veſtræ
ammirabilis tum ſapientiæ:tum prouidentiæ adhibeatis induſtriam:q̃
omnium communis ſpes/atq3 expectatio eſt. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio quinta de laudibus Philoſophiæ

OPortebat eum : qui hunc tantæ dignitatis locum aſcenſu-
rus eſſet:ac in tanto litteratiſſimorum hominum conuen-
tu verba facturus:excellentiſſimi magiſtratus ac ſapientiſ
ſimi viri:habere magnum ac præclarum ingenium: ſummã
exquiſitam doctrinam:maximã dicendi copiã:atq3 vberta-

tem:quæ cũa me longe aliena ſint:vereor ne qſꝙ me confidentẽ aut te
merarium eſſe arbitretur. Quod tenuis homo: ac minime eruditus:et
velut Anſer inter Olores:orationem habere ſim auſus. Vertit ſe nanq; Anſer iter olo.
animus ad ſpectandã hinc veſtræ amplitudinis ac ſublimitatis præſtan
tiam:illinc huius rei de qua hodie agendũ eſt:præcipuã dignitatem: q̃
profecto omnia non infantis hoīs imperitiam:ſed viri diſertiſſimi co-
piam atq; eloquentiã poſtulare videbantur. Fuiſſet apud me merito ſi-
lentii locus:ſi non ſapientũ hoīm vox vna oīm atq; conſenſus cũ cæte
ris virtutibus:tũ etiam taciturnitati obedientiã prætuliſſet. Quãobrẽ
rudem me atq; imperitũ loq̃ oportet:non quia id melius:ſed ne impe-
rantiũ auctoritatem aſpernari videar:quorum non iuſſa capeſſere abſq;
iuſta repræhenſiõe ac ſummo ſine dedecore nequeo. Siquidẽ cuiuſq; pre
cepti contemptus præcipientis iniuria eſt:vt bene Cæles inclytus tra-
dit Hieronymus. Atq; illud nunc mihi video contigiſſe: vt idem & loq̃
neſciã:& ſilere non poſſim. Nam q̃d eſt:quod hoc loco ſatis dignũ mea
tenuis ac puſilla facultas poſſit afferre:cũ ſæpenumero ex hoc ipſo loco
ab eruditiſſimis ac ſapiẽtiſſimis viris hac de re dictũ ꝑtractatumq; ſit: In narratione;
poſt quos me tacere modeſtiſſimũ erat:ſi non ſolũ parẽdi neceſſitas me incidit ex abru
ad hoc dicẽdi munus etiam inuitum ac reluctantẽ cõpuliſſet. Verum nõ pto.
mediocri dicẽdi onere me leuatũ eſſe intelligo:cũ de ſtudiorũ laudibus
ac gloria tam multa ac tã ſæpe in hac eadem ipſa celebritate dicta & ꝓ
nunciata eſſe recordor: q̃ ſi repetere voluero:iuſtã ꝓculdubio repræhen
ſionẽ incurrerem:& non tã voluptate ꝙ tedio potius ac ſenio audiẽtes
afficerẽ. quos cũ benigne adeſſe perſpiciã: q̃ noſtro ꝓpoſito cõgruere ſũ
arbitratus:celeri & ꝙ breuiſſima licebit oratione ꝑcurrã. Video nãq; co
gitans ipſe mecũ duo gña eorum:quæ hominibus expetenda videãtur.
Et vnũ q̃dem genus eoꝝ:q̃ vel corpus attingũt:& in fortunæ poteſtate
ſunt ſita:vel animi inſtitutionẽ & cõfirmationẽ cõplectuntur. Quocir
ca i ſumma mortaliũ varietate:quos multipliciũ ſtudioꝝ labor exercet
vt ait Seuerinus:alii alia ꝓferunt:& in maxima erroꝝ ꝑuerſitate & opi
nionum varietate verſantur. Qui ſapiẽtes apđ maiores noſtros habi-
ti atq; appellati ſunt:q̃q; ad verã ſapientiã conſectandã in rerũ inueſti
gatione:& in ꝑſpicienda veritate:curã oẽm atq; operam poſuerũt:nũ
ꝙ illa q̃ vulgo tantoꝑe affectãt:de q̃bus etiam inter ſe digladiari ſunt
ſoliti in bonis rebus aut expetendis collocãda eſſe arbitrati ſunt. Ac ꝓ
inde neq; voluptates:q̃bus maxime humanũ genus aſtrigitur:neq; co
pias atq; diuitias:quaꝝ cupiditas mortaliũ mẽtes maxime labefacta-
re conſueuit:neq; honores: ꝓ q̃bus adipiſcendis plæriq; dies noctesq;
laborãt:neq; gloriã ac popularẽ aurã:nec opes ac ciuilẽ poteſtatẽ: nec
deniq; aut corpis formã aut vires aut ꝑnicitatẽ:& q̃ ſunt generis eiuſ
dem bona vel putare vel appellare ſũt auſi: cum tñ plæriq; oẽs eiſdẽ re-
bus cõparãdis:ſtruẽdis opibus:cumulãdis honoribus:poſſidẽdis facul-
tatibus inhiare videãtur:& explẽdæ lacunæ corpis vires oẽs ac neruos
itẽdere. ſ; ſi recte ac ſolertiſſime hæc oĩa & eoꝝ ſingula cõſiderare & ꝑ-
ſcrutari attẽtius voluerimᵉ cõſtabit (ni ſpe fallor) plãe cõtẽnẽda & ꝓrſus
hñda ꝓ nihilo q̃ neq; ꝓſidii ſatis hẽant ad bñ btẽq; viuẽdũ neq; momẽti
tm̃:vt ad fœlicitatẽ: q̃ cũctis mortalibus cõꝑãda ꝓpõitur valeat aſpirare

Voluptas. Naʒ vt a voluptatibus primū exordiamur: ſi de eis dicere inſtituerimus quæ ad corpus attinent: & iucunda ſenſuum titillatione mouentur: ille

Epicurei. certe contra ſtulta Epicureorum dogmata nō modo nō ſalutares & ad vitam bene degendā accōmodatæ: ſed peſtiferæ potius noxiæ ac pernitioſæ ſunt exiſtimandæ. Neqʒ enim in regno beatitudinis ponēda ſunt quæ non habent perfecti boni abſolutionē: nec per ſe ſufficere poſſunt: niſi aliunde accitis iis quæ nō modo cum voluptate ſunt iuncti. Sed ab ea abhorrent potius vehementer: ac longe diſſentiunt. Quocirca non

Peripatetici inſcite Peripatetici magni philoſophi imprimis & qui de rebus luculente eleganterqʒ diſſeruerunt fœlicitatē bonum eſſe ſecundū rationem: & ad intellectiuaʒ animi partem referri optimis argumentati ſunt ac perſpicuis documentis. Cūqʒ tria iidem præclari philoſoppi bonorum genera conſtituerint: quanquā eadē ipſa diſtributio multo ante a Platone fuerat explicata: certe nec corporis cōmoda nec fortunæ adiumenta talia ſunt: ex quibus vera poſſit fœlicitas ac beatitudo conflari. Quis igitur tā vecors qui adeo mentis & rationis inops: qui nō ipſe animaduertat: quanta ſit huius quā voluptatem appellamus: imbecillitas: quanta eiuſdem labes: quanta ſordes: deniqʒ turpitudo fœditas: vt non modo nō putari ſummum bonū debeat: ſed belluarum ac mutorū animantiū magiſqʒ propria iudicari. Senſum pene voluptas: diuinā animi partem aſpernatur: haurientem ſeſe ſatiare atqʒ explere nunꝙ poteſt: cum inſatiabilis ſit voluptatatis appetitus: & vbi ea ſit ibi locum virtus habere poteſt nullum. Quæ duo pugnant vtiqʒ inter ſeſe: ac longiſſime ſunt diſtincta. Quod ſi diuitias copias facultates atqʒ pecuniæ affluentiam

Cōtra diuitias ꝓſpicere voluerimus: quid obſecro habent in ſe certi: quid explorari: ꝗd quod nō totum in fortunæ mutabilitate ſit poſitū. Illud inprimis arguit humanaruʒ rerū labem ac noſtrorū temporū fœditatē: quod a poeta nō vere: ſed per ſtomachū atqʒ indignationem dicitur. Sanctiſſima diuitiarum maieſtas: & aliud rurſum. Quantū quiſqʒ ſua nūmorum ſeruat in arca: tantū habet & fidei. Neqʒ ſancti quicꝙ poſſunt habere diuitiæ: quæ illa quoqʒ ſancta ſunt labefactant ſæpe: atque corrūpunt: vt id

Attende: probandū multo certe vehementius videatur: quod a Vate ſapientiſſimo canitur. Quid nō mortalia pectora cogis: Auri ſacra fames. Nēpe diuitiæ tanꝙ miniſtræ ac pediſſequæ turpiſſimæ voluptatis: id qđ viſum Iſocrati eſt: ad magna plærumqʒ flagitia ac nefaria ſcelera inuitant: atqʒ ꝓpellūt. Quod quidē ex aīo dolēs elegātiſſimus Elegiaci carminis auctor inqt. Auro pulſa fides: auro venalia iura. Aurū lex ſeqtur: mos ſine lege pudor. Ac neqʒ ad rem aliaʒ magiſter gentiū ꝙ ad pecuniā & ad lubricam externarū rerū poſſeſſionem ꝓſpexit: cū caput malorū cupiditatem eſſe aſſeuerauit. Fides vero quā ſocietatē cū diuitiis: qđ cum pecunia poteſt habere cōmertiū. Fides (vt Stoici tradiderūt) iuſticiæ fundamētum eſſe dignoſcitur: per quā potiſſimū humana conciliatio ac ſocietas cōſeruatur: cū ecōtrario liqueat ab extetnarū rerū vel cupiditate vel poſſeſſione, bella, ſeditiōes, diſcordias, inimicitias, odia ac diſſenſiōes, cōflari. ꝗ īprimis hominū cœtus atqʒ cōcilia ad perniciē ſæpe iteritūqʒ perducūt: ac ꝑſpicuū cōſtabit ſi vetera perſcrutari ac memoria repetere inſtituerimus, multos ſæpenumero: ꝗ opibus & diuitiis reliquos āteirēt ꝓpter opes ipas ac diuitias iteriiſſe: nec ꝑuatos ſolū ſʒ reges iterdū opu

lentiſſimos.quorum regna ac florentiſſimam gloriam pecuniæ cupido ſubuertit:& ad extremum excidium vſq; redegit. Quid dicam de honoribus.quid de dignitatibus. Quam vtraq; fluxa ac lubrica res eſt. Neq; enim honores huiuſmodi ſunt:vt propter ſe expetendi eſſe videātur:quando ad aliud referuntur:aliunde pendent:& in alio potius ꝙ in eo:cui exhibentur poſiti & conſtituti eſſe cernuntur. Quocirca ſi contētio fiat & comparatio in deferente honorem: potius an in ſuſcipiente ſitum eſſe dicamus. Ocíſſime occurret non ſolum quæ ab Ariſtotele lata hac de re ſententia eſt:ſed id quoq; quod a.C. Plinio luculente traditur non minus præclarum & inſigne eſſe ſtatuā in foro populi Romani ponere ꝙ habere.Itaq; cum veros honores ſola gignat:ac ꝓferat virtus:confirmant tamen philoſophi & viri omnes ſapientes:virtutem nō propter honorem aut gloriam:ſed propter ſeipſam colendam atq; expetendam eſſe. Quæ certe eadem & de gloria ac populari fama pari ſūt examine ac ratione cenſenda.Gloriam plæriq; qui ſe magnos & claros haberi voluut omni ſtudio atq; labore conſectantur.exiſtimantes non ſolum magnum bonum:ſed vltimum bonorum omnium quo mortalium omnium intendit atq; aſpirat intentio.Sed ne illa quoq; id bonū complectitur:quod & veri boni continet rationem.& toto (vt aiūt) pectore cunctis viribus petere atq; inueſtigare debemus. Quid eſt enim quod vel glorioſum vel magnum atq; vere præclarum humana contineant.quæ nec diuturna ſunt:nec certi aut explorati quicꝗ ꝓrſus habēt Vbi nam gentium illa quam ſtulti plæriq; arbitrantur: famæ immortalitas comparabitur. Quanti tandem exiſtimandum eſt bonū illud qđ eſt populari fama glorioſum. Miror equidem Peripateticos hoc loco: qui cum cæteris de rebus ſubtiliter eleganterq; diſſerere conſueuerint: hac vna nimium de cauſa perperam ſenſiſſe non immerito iudicantur. Ac longe ſtoici luculentius ſplendidiuſq; eiuſcemodi auram: inaneſq; fallacis gloriæ rumores contempſerunt.Bene igitur ac ſcitiſſime Scipio ille Aphricanus maior.qui per quietem Corneliū Scipionem Aemilianum affatus eſt apud.M.Ciceronem.Tu inquit.quam celebritatem ſermonis hominum.aut quam expetendam conſequi gloriam potes. Breuia hæc & ad exiguum tempus duratura.nullam certe vim habent: quapropter aut expetenda aut optanda mortalibus tantopere videantur.

Honores

¶ Quid porro de corporis dicendum eſt aut ſentiendum commodis Bonum forma breue vt ait Lyricus Vates.pluribus excidio.ꝙ vel ſaluti vel vtilitati fuit. Quam de magnis viribus ac ingenti robore reportauit ſolidam ac veram laudem Milo Crotoniates.qui ea de re cæteris viſus eſt hominibus præſtitiſſe. Quid Dario Perſarum regi.quid Lydorum Creſo. Quid Romano Craſſo.vel ampliſſimæ facultates vel potentia vel opes profuerunt. Natura ipſa non artifex ſolum rerum omnium ſed veritatis ipſius acerrima inueſtigatrix.& iudex tacita ammonet.qđ ſentire.quid probare.quid optare quid reſpuere quid expetere.quid cōtemnere deniq; ac deſpicere debeamus. Ea nos ſurſum erectos genuit ad cælum ſuſpicientes procreauit:vt per corporis ipſius formam edocti:inferiora & terreſtria hæc deſpicere atq; aſpernari.ſuperiora & cæleſtia cupere.deſiderare atq; affectare debeamus. Eiuſmodi vero eſſe conſtat illa omnia quæ ſecreta a mortalitatis contagiis.& labe fragilita

corpis cōmoda

Milo Crotoniates.

Darius.

Creſus.

Craſſus.

tis omnis.nec interitui nec varietati nec mutatiõi obnoxia ſunt. quæ
ſemel parta dilabi.auferri.eripi nunꝗ̃ poſſunt.ſequuntur nos.comitã-
tur.amplectuntur.quocunq; nos duxerit voluntas.ſors tulerit.rapue-
rit neceſſitas.nunꝗ̃ nos deſerunt.nãꝗ̃ aut per cuiuſꝗ̃ inſidias: aut per
vim alienam auelluntur a nobis. Quæ in noſtra poteſtate ſita atq; ar-
bitrio conſtituta.non alienæ patent libidini ſed ꝑpetua in nobis ac ſta
bilia perſeuerant.quibus ne illa quidem q̃ humanis in rebus tã magnã
a Stoica diſciplina dicitur habere poteſtatem fortuna dominatur.quæ
qualeſcunq; verſat vices illa nec ledere poteſt:nec valet attingere. q̃ ve
Stilphon ro nomine appellamus bona.quæ ia Stilphon magnus ac pilluſtris phi
loſophus:etiam ſola non abſq; magnis rationibus appellauit bona:
Quamobrem ſi ſolerti indagine inueſtigare. & inuolutam magnis te
gminibus veritatẽ atq; explicare voluerimus.honeſtas vtiq; ſola & cũ
illa intellectiua virtutis occurret.quam capere:quam ſectari. amplecti:
quam tenere ac firmiter tueri oporteat eos qui ſapientes.qui boni.qui
Ariſtoteles beati eſſe cupiunt.Proinde Peripatetici & eorum princeps Ariſtoteles
qui ingenio & doctrina & diligẽtia philoſophiam oẽm patefecit: atq;
perſpicue illuſtrauit quum eſt de fœlicitate locutus. & duplicem illã cõ
ſtituiſſet.alteram ex prudentiæ actionibus.alterã ex contemplatiõe cõ-
Seuerinus. ficit.& proficiſci iudicauit.Hinc recte aiebat ad Patritium Seuerinus.
Cætera fere caduca.labantia imbecilla.& pene ſemper aliena. At vero
opulentiam litterarum:nec præſens imminuit ætas. & cuncta confici-
ens auget potius & confirmat vetuſtas. Et vere ille quidem atq; elegã
ter.nam ſiue diuina & altiſſima ſpeculemur.in quibus de rerum omniũ
creatore ac mundi conditore agitur.& quæ ad diuinæ naturæ ſublimi-
tatem ſubſtantiamq; referunt.quæ Theologia profitetur.ſiue ad tẽplo
rum cerimonias ac ſacros ritus.& ad componendã catholicæ religiõis
ſanctitatem.quibus in rebus pontificia iura verſãtur.ſiue ad confirmã
dos hominum mores & ad redigendam hominum ſocietatem ad bene
viuendi diſciplinam.vt vitia ac ſcelera repellantur propoſitis iuſtis ſup
Euagatio ꝑ ar tes pliciis.Colantur virtutes atq; expoſitis ꝑmiis exerceatur honeſtas.q̃d
ſuum legalis ſapientiæ ac iuris ciuilis proprium munus eſt.Siue ad per
ſcrutanda naturæ arcana:pernoſcendaſq; occultarum rerũ cauſas. q̃d
multifariam philoſophia pollicetur.Siue ad effugienda morborũ ſemi
na:& ad varias corporũ ægrotationes repellendas.q̃d medendi ars cer
ta ratione ſpondere videtur.cum & incolumes eſſe homines & viuere fa
ciat.Siue ad perſuadendam rectam viuendi rationem:atq; honeſtã vi-
uendi viam atq; laudem.quod eloquentia facit.quæ iuncta ſapiẽtiæ di-
ſperſos homines initio congregauit.& ad concilia cœtuſq; iure ſocia-
tos redegit.Siue ad verum falſumq; ſecernendum.ad congrui ſermõis
et incongrui diſcretionem comparãdã.in quibus Logicæ ſubtilitas:&
Grammaticæ artis ratio.tota conſiſtit.Proculdubio hæc illa ſunt:per q̃
maxime expolitur humanũ genus.humanæ naturæ ꝑſtantia a belluarũ
feritate diſtinguitur.Hominum vita præclara:laudabilis:elegans:& di
uinæ celſitudini ſimillima redditur.Hinc merito ſtudiorũ & litterarũ exe-
ercitatio plurimum laudatur.Hinc illæ imprimis floreſcunt ciuitates in
quibus hiſce artibus atq; ingenuis diſciplinis:hominum excoluntur i
genia.Hinc pacis tempora maxime appetuntur:ſtudioſeq; ſeruãtur: vt

aſcita ocii & quietis firmitate:bellorum ſeuitia atq; contẽtione remo-
ta:q̄ mirifice cõmendantur:varia ſtudiorum genera multo impenſius
ac longe accuratius celebrari poſſint. Quare magnifici atq; excellẽtiſ-
ſimi domini:tuemini:fauete:amplificate quæſo veſtræ florentiſſimæ vr-
bis & bene inſtitutæ ciuitatis præclara gymnaſia.amplexamini(vt faci-
tis)doctos ac ſapientiæ laudibus præſtantes viros:cumulate debitis p̄-
miis:qui cæteris poſthabitis rebus:virtutem:ſapientiã:doctrinam ca-
peſſunt. Iuuentutem ad amplectendã ſtudiorum gloriam:impellite:inſ-
tate:inflammate:vt veſtra glorioſa reſpub.maiorem indies vbiq; gen-
tiũ ſplendorem cumulatiſſimæ laudis adipiſcatur. Illo operãte ac beni-
gne tribuẽte:q vt ſolus immortalis:ita bonoꝝ oĩm largitur cumulum

Dixi.

ℂ Auguſtini Dathi Oratio Sexta:de laudibus Philoſophiæ.

MVlta me dehortabantur excelſi & illuſtres domini patres
ampliſſimi:atq; eruditi viri:& ab huius loci ſumma clari-
tudine repellebant. Nã res magnas atq; p̄claras tenue re-
formidant ingenium:& patere debet tam excelſi tãq; ſplẽdidi loci adi-
tus iis qui doctrina:q̄ eloquentia:qui ſumma auctoritate reliquos an-
tecellunt. Erant profecto multi(vt ipſe arbitror)quos decebat potius
tantæ rei maieſtas & huius grauiſſimi muneris amplitudo. At vero tan- Beniuolẽtiæ ca-
dem qđ obtrudi nemini poſſitur ad me. Vereor nimirũ & q̄dem pluri- ptatio
mum vereor:ne quis me vel arrogantem nimis:vel forſan ineptũ iudi-
cet:q̄ minime oĩm præſtans igenio & ab omni pene dicẽdi copia ac re-
rum doctrina ꝓrſus abhorrens tam breui t̄pis curriculo:terq; quaterq;
illuſtris loci huius auctoritatẽ fuerim repetere auſus. Illud mihi cõper-
tum erat patres ãpliſſimi:de igenio ac doctrina audaciã periculũ face-
re. Nõ me latebat exigui igenii imbecillitas:nouerã ipſe me:qđ & vox
ſapientis:& Delphicæ iubet litteræ. Veſtram dignitatẽ:& meã ſimul im- Delphicæ litte-
peritiã aĩo repetebã:nequaꝙ neſcius iuſtũ ac par eẽ:vt aliqñ & aliorum
ſe ꝓferrent igenia:& illi in aciẽ deſcenderẽt:q̄ & ſubſtinere graue onus
poſſint:& magnis viribus freti fortiter dimicare non dubitent. Verũtñ
coegerunt me et ad repetendã hanc dicẽdi ꝓuinciã iuitũ quodãmodo
ac diutius reluctantẽ cõpulerũt:quoꝝ q̄d fieri debeat explorare labor:
mihi iuſſa capeſſere fas ẽ. Quãobrẽ iparatũ me dicere oportet:nõ q̄a id
agere melius ſit:ſ; qm̄ recuſare difficile. Dicã igitur iuſſus vobis:& q̄ in
variis multaꝝ rerum tẽpeſtatibus repẽtina q̄dã ſuggeſſerit cõmẽtatio
maiora forſan expectãtibus vobis ipolita:nec ſatis exculta orõne pcur-
ram:breuius tñ atq; iuconcinius ꝙ res tãta dici debeat. Itaq; phiæ ipſi-
us qđ ẽ rei oĩu; p̄palariſſimæ:ꝓ vetere huiuſce ciuitatis cõſuetudine:ho-
die nobis inſtitur laudatio. Hac finire certũ ẽ.hanc ptiri decretũ:& nõ-
nullis ꝓſeq̄ laudibus:q̄bus ptibus abſolutis totius noſtræ orõnis ter-
minabitur modus. Eſt igitur phiæ imprimis ſacrũ atq; Auguſtũ nomẽ
res ipſa tũ grauis ac ſplẽdida:tũ frugifera maximæ & hoĩm gñi ſaluta-
ris. Quid ẽ.n.phia aliud ꝙ amor:ꝙ ſtudiũ ſapiẽtiæ. Quid deiñ ſapiẽ-
tia ꝙ eximia & excellẽs q̄dã atq; ãmirabilis virtus:q̄ virtutũ oĩu; comi-
tatũ ac ſocietatẽ cõplexa ẽ.qđ ſi rõe; ipa; q̄rimus p̄clare Græci tradide-
re:a q̄bus oẽ iitio ſtudioꝝ genus & igenuæ diſciplinæ fluxerũt. His nãq;

verbis huius p̄clari vel intuenti vel muneris ſplēdorē vimq; demōſtrat φιλοσοφια εστι γνωσισ θειων τε και ανθρωπινων πραγματων. Et iterū: φιλοσοφια αυθισ εστιν ωμοιωσισ θεω. Rurſum vero. φιλοσοφια εστι τεχνη τεχνων: και επιστημη επιστημων η γαρ φιλοσοφια αρχη εστι πασησ τεχνησ.

Diuiſio orōis: δια ταυτησ γαρ πασα τεχνη ευρηται: και πασα επιστημη. Tria pro Græcorum vera ſententia de philoſophia produntur. Quorum primum dictam vim eius patefacit: alte[rum] ſplendidiſſimum demonſtrat effectum.

Vis phiæ tertium philoſophiæ oſtendit præſtantia; ac decus illuſtrat. Omnia nā q; philoſophia & diuina & humana cōplectitur atq; eorum omnium inueſtigat altiſſimas rationes: & cauſas diligenter inquirit. Per hanc: veram illam Dei imaginem ac ſimilitudinē expreſſam: atq; inſignem redimus: & ad diuinam ſublimitatē philoſophia duce accedit ꝓprius humana conditio. Fons eſt autem vber[ri]mus quidā atq; inexhauſtus: ex quo varii ac pene innumerabiles multiplicium bonorū riuuli manant: omnium laudataru; mater artiū ac liberalium diſciplinarū procreatrix

Membra phiæ: a qua omnis & ſcientiæ perueſtigatio. & differendi profecta ratio eſt.

Quod ſi volumus tam ingentis corporis membra perſpicere. primum ſe offert nobis grāmaticæ artis eruditio: quæ in duas partes ſcinditur: recte loquendi ſcientiam cū qua ſcribendi ratio iungitur: & poetarum enarrationem quā præcedit emendata lectio: quæ & propter metrorum modulos & rit[h]morum conſonantiā: muſicam quoq; diſciplinam annectit ac multarum artium aſciſcit peritiam: Hæc neceſſaria pueris eſt: quod Fabius Quintilianus oſtendit: iucunda ſenibus: dulcis ſecretorum comes: & quæ vel ſola omni ſtudiorum genere plus habet operis ꝙ oſtentationis. Sequitur Dialectica quæ docet rem vniuerſam tribuere in partes: latentem explicare definiendo: obſcuram explanare interpretādo: ambiguam primū videre: deinde diſtinguere. poſtremo habere regulam: qua vera & falſa iudicantur: & quæ quibus propoſitis: queq; nō ſint conſequentia. Ars omniū artium p̄cipua qua ſi lux quædam eorum quæ ab aliis confuſe aut reſpondentur: aut aguntur. Sequitur poetica diſciplina quæ vel conciliat auribus voluptatem vel ad quandā virtutū ſpeciem mentem atq; animū legentis hortatur: cuius id maxime ꝓprium eſt: vt quæ vere geſta ſunt in alias ſpecies obliquis figurationibus: cum decore aliquo conuerſa traducat: & decora quadam (vt ita dixerim) actione ad virtutis amorē cupiditatēq; pelliciat. Sequuntur Mathematicæ: quibus nihil quondā fuit apud Græcos illuſtrius. Quaru; Arithmetrica quodāmodo reliquarū mater numeros contēplatur. Geometria dimenſiones. formas ac figuras. Aſtronomia ſyderū rationem atq; aſtrorum motus. Muſica neruorum vocūq; cantus: quæ primā mūdi concentum efficit. humanæ fabricæ armoniā cōponit: mox ad neruorum: & vocum tranſlata modulos: magnū cum ſapientia & diuinarum rerum cognitione videtur habere cōmertium: quam cū litteris gymnaſtica figuratione plæriq; olim apud græcos diſcebant iuuenes ſequitur domina rerum eloquentia res præclara atq; diuina: quæ vt Lucilius ſtoicus vere inquit: primum efficit vt ea quæ ignoramus diſcere & ea quæ ſcimus: alios docere poſſimus. ¶ Deinde hac cohortamur: hac perſuademus: hac conſolamur afflictos: hac deducimus perterritos a timore: hac geſtientes comprimimus hac cupiditates iracundiaſq; re-

ſtinguimus. ❡Hæc nos iuris legum vrbium ſocietate deuin
xit hæc a vita inmani & fera ſegregauit: cuius officiũ eſt tenere hominũ
cætus: mentes allicere: voluntates impellere quo velit abducere. Populi
motus: iudicium religiones Senatus grauitatẽ conuertere. Opem ferre
ſupplicibus: excitare afflictos dare ſalutem: liberare periculis retinere
homines in ciuitate. Itaq; bene ſummus philoſophus ad Alexandrum Ariſtoteles ad
ſcribit quẽadmodum imperator ſui eſt ſeruator exercitus: ita & eloquẽ Alexandrum.
tia quæ ſapientiæ cõiuncta ſit humanæ eſt vitæ gubernatrix. Sequitur
medendi ars ob præcipuam eius vtilitatem deorũ inuentioni: & mune
ri conſecrata quæ vt agricultura ſanis corporibus alimenta ſic ſanita
tem egris: & bonam valitudinẽ pollicetur cuius tanta vis eſt: vt nõ mo
do ſoſpitatem tueri: morbos pellere curare languores poſſe: ſed etiam
mortuos homines: nõnunq̃ ab extrema clade & ab interitu quodãmo
do reuocare videatur. Et illa in tres partes diuiſa eſt: vnã quæ victu: al
teram quæ medicamentis: tertiam q̃ manu medetur & opera: quã Græ
ci χειρουργίαν vocant. Sequitur phyſica contẽplatio quæ perueſtigat Chirurgia.
mobile corpus qua mouetur & quieſcit: naturalium compoſitorũ rima
tur elementa: cauſarum genera inquirit. tranſmutationis formam edo
cet: ortum rerum atq; interitum oſtendit. & eorũ varietatem quæ oriũ
tur & occidunt: ſimplicia vero corpora & mixta: perfecta atq; imperfe
cta: animata atq; inanimata differens ad nobiliſſimam vſq; intellecti
uam hominis formam ſpeculãdo ꝓgreditur. Sequitur Methaphyſica ſci
entia: quæ q̃q̃ verſatur circa ens inquantum eiuſmodi eiuſq; proprieta
tes: precipue tamen primã cauſam exquirit & illam habet vltimã inten
tionem: quod Auicenna prodidit vt cognoſcat gubernationẽ altiſſimi Auicenna.
Dei ſpirituales Angelos: atq; illorum ſacros ordines deniq; abſtrãctæ
intelligentiæ quo pacto habeãt ſeſe ad circos cæleſtes: & globos. Sequi
tur Ciuilis iuris ſanctio: & legum prudẽtia: quæ a philoſophiæ intimis
fontibus profecta. Iubet honeſta: prohibet cõtraria: cuius ſumma vi at
q; auctoritate (vt apud Ciceronẽ ait Craſſus) verus: iuſtus: honeſtus Craſſus.
labor honoribus: premiis: ſplendore decoratur: vitia hominũ atq; frau
des dãnis ignominiis vinclis verberibus exiliis morte mulctantur. Hæc
boni & æqui cognitionem profitetur: iuſticiam colit: æquum ſeparat ab
iniquo: licitum ab illicito diſcernit: ad probitatẽ vero homines tũ me
tu pœnaru; tum premiorũ quoq; exhortatione deducit: quod eſt Vlpia
no teſte veram nõ ſimulatã philoſophiã affectare. Sequitur Moralis ſapi
entia quã primus inuexit Socrates. Hanc enĩ ille vir magnus deuocauit Socrates mora
e cælo: & vrbibus collocauit & in domos itroduxit & coegit primus lis phiæ author.
de rebus bonis & malis querere. Hanc laudat magnus orator: & affatur Cicero.
his verbis. O vitæ phiæ dux: o virtutũ indagatrix expultrix vitiorũ: q&
nõ modo nos: ſed omnino hominũ vita ſine te eſſe potuiſſet. Tu vrbes
peperiſti: tu diſſipatos homines in ſocietatẽ vitæ cõuocaſti: tu eos inter
ſe primo domiciliis: deinde cõiugiis tu litterarũ & vocum cõmunione
coniunxiſti tu magiſtra morũ & diſciplinæ fuiſti. Eſt autẽ vnus dies be Vnus dies phi
ne & ex pceptis tuis actus peccanti imortalitati anteponẽdus. Seqtur loſophiæ.
Reipublicæ gubernatio: quã & ipſa phiæ laudatiſſima pars eſt. Itaq; lau
dat Plinius Euphratẽ ꝓphiloſophũ Syrium: qui affirmare cõſueuerit eam Euphrates Sy
eſſe philoſophiæ etiã pulcherrimã partem agere negotium publicum & rius.

quæ philoſophi docent:ad vſum atq; actionem accõmodare.M. Tullii
Lactantius — vero ſententia a Lactantio cõprobatur:qui ciuiles viros qui rempubli-
cam gubernent:qui vrbes aut nouas conſtituant:aut conſtitutas æqui
tate tueantur:philoſophiæ doctoribus ante poſuerit: Sequãtur ponti-
ficia iura:& canonica inſtituta:quæ ſacrorum ritũ conſtituũt:templorũ
cærimonias cõponunt:chriſtiane religionis pietatẽ erudiunt:ſacerdo-
tum mores cõformant vt ſobrie & iuſte & pie viuentes:nõ minus exem-
plo ꝙ verbo reliquos homines ad verum dei cultum cõpellant & ad re-
ctum dirigant probitatis iter. Quid tandẽ ſacratiſſimam referam di-
uini eloquii ſapientiã.Hæc ſublime tradit atq; ineffabile myſteriũ trini
tatis:ammirabilia dei opera cõmẽdat:diuinæ incarnationis prodit in
compræhẽſibile ſacramentũ:ſalutis viam mõſtrat:rectum beatitudinis
Dauid — iter oſtẽdit.Huius amore & guſtu ſuauiſſimo diuinus vates pellectus ait
Quã dulcia faucibus meis eloquia tua:ſuper mel ori meo.Hæc vna il-
la docet interris:quorum nobis ſcientia perſeueret in cælo. In hac ve-
Moyſes Euagatio — lut Dux quidam moiſes:cuius Geneſis mundi creaturam & humani ge-
neris primordia manifeſtat.Exodus decem plagas ac diuina præcepta.
Leuiticus ſacrorum varietatẽ.Numeri multarum rerũ ſacramẽta.Deu-
teronomium euangelicæ legis præfigurationẽ.Extant iudicium monu
menta.Regum hiſtoriæ.Machabeorũ geſta.ſanctarum rerũ ſcriptores.
Libri vtriuſq; teſtamenti. — Ioſue Eſras Neemias Tobias Iudith Heſter Iob Dauid inclytus Vates:
ſapientiſſimus Salomon. Accedit pclara prophetarũ cohors Eſaias Iere
mias Baruch Ezechie Dauid Oſee Ioel Amos Abdias Ionas Micheas:
Naum Abbacuch Sophonias Aggeus zacharias Malachias. Præterea
ſãcta quattuor animalia:quæ prophetarũ oracula multo ante prædixe-
rant.Mathæus Marcus Lucas Ioannes is qui gum ſupra pectus domini
in cœna recubuit:altum & cæleſtium arcanorũ factus eſt conſcius.Cũq;
his Simon Petrus Iacobus Iudas. Poſtremo præco veritatis & doctor
gentium Paulus apoſtolus qui cũ romanos Corinthios Galatas Ephe
ſios Philippenſes Coloſſenſes Theſſalonienſes Thimotheũ Titũ.Phi-
lemonẽ Hebreos inſtruxit totius mundi gẽtes ac nationes inſtituit ro
Doctores catholici. — manos rerum dominos:græcos humanæ ſapientiæ principes:Hebræos
diuinæ legis auctores.Hanc vero diuinã ſapientiã cum primis Hierony
mus prodidit:enucleauit Auguſtinus.Confirmauit Ambroſius.Grego-
rius illuſtrauit:nuper vero quaſi obſoleſcẽtẽ renouauit Bernardinus Se
nenſis noſtræ totius ſplendor ac decus ætatis.O præclarã atq; immen-
ſam philoſophiæ laudẽ quæ ſuo cõplexu tam multa:tanq; pſtabilia cõ-
tinet ornamenta:O ſingularẽ atq; inenarrabilem diuini muneris am-
plitudinem:per quam humana elucescit pſtantia.O fœlicẽ ac perbeataꝫ
hominum ſortem:q̃ tantæ lucis claritatẽ ac ſplendorem exceperit.Cõ-
ſyderate quæſo viri præſtantiſſimi:ac diligenter inſpicite ampliſſimam
philoſophiæ gloriam:ſummũ decus:multiplicẽ fructum:voluptatem in
credibilem.præcipuas atq; innumerabiles laudes.Hanc capeſſite iuue-
nes:hanc diligite ſenes:ſi iuuentutẽ agit:ſenectutẽ oblectat:omni æta
ti conuenit:vtrãq; fortunam iuuat.Vos autẽ potentes domini ac præ
cellentiſſimi magiſtratus:qui huic pẽſtis florentiſſimæ reipublicæ: con-
ſeruate hoc præcipuum bonũ:augete illud indies:exercete foris quideꝫ
fortitudinẽ qui ſumma prouidentia magnum ac munitiſſimum confla

ſtis exercitum ad ꝓpulſandas improborū hoſtium iniurias:& ſtultaȝ li•
bidinem cohercendam. Domi cuſtodite prudentiā quam copioſe& abū
de philoſophia ſuppeditat & beatas facit reſpublicas. Vos alloquitur
magnus Concionator:diligite ſapientiā:vt regnetis imperpetuū:dili•
gite lumen ſapiētiæ omnes qui pēſtis populis. Vos aflatur diuinus Va Dauid.
tes:intelligite erudimini qui iudicatis terrā & apprehendite diſciplinā
Melior eſt nāqȝ ſapientia: ꝙ vires. Foris arma. conſilium domi veſtræ
Reipublicæ ſempiternam:& immortalē gloriā comparabit:pace & trā•
quillitate fruemini perpetuæ firmitatis:quæ omnia ille fortunet clemē
tiſſimus cœlorum princeps:qui omnē mundum regit & mirabili ꝓuidē
tia cuncta gubernat:vt florentibus philoſophiæ ſtudiis ſit illa veſtra ci•
uitas:imperium occeano:famam quæ terminet aſtris. At decus illius:
& gloriam:qui trinus & vnus æternis ſæculis regnat. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi oratio ſeptima de laudibus philoſophiæ.

I Ampridem magnifici & excelſi domini:ac ſapientes viri a
veſtris ſtudiis factus alienior:ruſticabar plane libens: nō
ruſtico intentus operi:quod tamē ne magni quidē inter•
dum aſpernantur viri:ſed cogitationibus meis deditus & nō indignis
litterarum profeſſore oblectamentis. Repēte accerſitus parui & ad hāc
paleſtram vocatus:quam frequenter tyro primum mox veteranus luſi:
quotiens nemo (vt opinor) alius (nā octaua hæc mihi (nihil fallor)
de philoſophiæ laudibus habetur oratio) etiam nunc emeritus luctari
rurſum inuitus:quā volentibus vobis reluctari malui:quæ dicturus ſuȝ
ſtatuens:nō tam longa oratione. quæ vendicationis atqȝ oſtentatiōis
ſit & calentis ætatis: ꝙ compendiario quodam ſermone potius expli•
canda:qui ſenili exercitationi congruat:& iam ingraueſcentis ætatis
tranquillitati potius ꝙ deſidiæ. Veritas nobis ꝓpoſita eſt celebres ma Veritas.
giſtratus ac ſapientes viri:ad inueſtigandā atqȝ exquirendam veritatē
nati ſumus:ad rerum veritatē adipiſcendam:natura hominū capiūtur
ingenia. Hinc illud Ariſtotelis ſummi philoſophi ī diuinæ philoſophiæ Ariſtoteles.
libris. Omnes homines natura ſcire deſiderāt. Sed quidnā ſcientia ali•
ud ꝙ cognitionem atqȝ adeptionē veritatis ſpectat: Nā vt acutiſſimus
Peripateticus:& omniuȝ ſolertiſſimus tradit Auerroys cōprehenſio ve Auerroys.
ritatis:multis quidē in rebus nequaꝙ impoſſibilis eſt:quod nihil ocio•
in natura exiſtimari conueniat:cōſtat nos autē ad percipiendam veri•
tatem naturali quodam ferri deſiderio. Mentibus noſtris ingenita eſt
ac naturalis videndi veri inſerta cupiditas. Quāobrem M. Tullio quē
ſummum oratorem quem veteris iuris pontificii ac ciuilis conſultum:
quem præclarum atqȝ illuſtrem philoſophū fuiſſe conſtat:& omnis diſci Cicero.i.offic.
plinæ participem:teſte vtimur nō inuiti. Eius eſt enim illa ſententia:ho
minis naturæ & rationis propriā eſſe veri inueſtigationē atqȝ noticiaȝ
vt cū ſimus neceſſariis negotiis curiſqȝ vacui. tuȝ auæamus aliquid vide
re. audire: diſcere: qđ acerrimam ſenſuum omniū ſint oculorum: atqȝ va
rium: & ad ſcientiam ſuppeditandam cæteris accōmodatiores. Hinc di
ſciplina eſt:& rerū tum occultarū:tum ammirabiliuȝ cognitio ad bene
beateque viuendum (vt ſapientes arbitrantur) maxime neceſſaria. Be•
ne ille ipe ꝓbatiſſimus auctor:oēs inquit trahimur ingenio videlicet &

natura:omnes ducimur voluntate.ac ſtudio:ad cognitionis:& ſciētiæ
cupiditate:in qua excellere pulchrum putamus:vt ſit cognitio principi
orum/cauſarum/elementorum:ſcientia vero potius:que per cauſas:ac
demonſtrationem innoteſcunt. Ac ſcite porro ſubiicitur: Labi:errare:
neſcire:decipi:& malum:& turpe ducimus. Labuntur.n.qui a recto veri
ritatis:& virtutis calle deflectunt:qui plerūq3 per inſcitiam feruntur ī
preceps. Errant:qui regiæ ignari viæ incerti animi:nullo propoſito fine
Regia via
vagantur. Neſciunt:quos ipſa ſimpliciter veritas latet:& rudes ſunt:at
q3 ignari rerum omnium. Decipiuntur vero:qui temere falſa pro veris
amplectuntur O āmirabilem:ac preclaram ſapientiam:que indagatrix
veritatis:ſola medetur his malis. Eſt.n.ſapientiæ munus omnibus in re
bus inueſtigare veritatem. Eſt autem veritas:ſi finire uolumus.atq3 An
Veritatis definitio
ſelmo credimus.rectitudo quedam que ſola mente percipitur. Si cum
Anſelmus
Boetius
Seuerino Boetio ſentimus rerum ad intellectum adequatio:vt Philoſo
phi omnes vna voce fatentur ſuum intellectiue partis obiectum: huma
narum certe lux mentium dulce animorum pabulum:beatitudinis au-
ctor veræ fœlicitatis effectrix. Que depulſis ignorantie tenebris om-
nia ſplendidiſſima luce.ac fulgore complet. Iure igitur philoſophiam
Ariſtoteles laudauit quod eam ſcientiam veritatis eſſe arbitraretur. Iu
re contemplatiuam antepoſuit:cuius finem veritatē eſſe putaret. Bene.
& eleganter pleraq3 omnia. Lactantius Firmianus. Nullus ſuauior ani
Lactantius
mo cibus eſt ꝙ cognitō veritatis huius tanta:tāq3 āmiranda vis eſt:vt
omnipotens rerum omnium princeps:& idem creator generis humani
atq3 redemptor.ad hoc natus ſit atq3 in mundum venerit quo perhibe
ret teſtimonium veritati. Ac proinde omnes qui ex veritate ſunt audi-
unt vocem eius. Merito igitur ac iure omēs laudande ſunt ingenuæ di
ſcipline que ſiue a Græcis ſiue a Chaldeis Phœnicibus Thebæis ſeu de-
niq3 quibuſuis gentibus profectæ nos optimæ comites vel duces poti
us ad veritatis fontem vſq3 deducunt. Ad veritatem ducit prima ac di
uina philoſophia quam θεολογιαν:vocant Græci. que deum trinum &
Theologia primas. Veritatis
vnum quid eſt vnitatem perſonarum ſubſtantiam vnam beatificum:ob
iectum.diuinam eſſentiam diuinas emanatiōes diuina attributa.mun
di creationem.incarnationis myſteria.ſacramentorum inſtitutionem
contemplatur:& docet. Ad veritatem ducunt ſacra.& Pontificia iura.
Euagatio
que ſacros ritus ſolemnes cerimonias cultum pietatis inſtituunt. Ad
veritatem ducit Phiſica & naturalis ſcientia que circa ſenſibilia.corpo-
ralia mobilia entia & rerum ortum interitūq3 uerſatur. Ad veritatem
ducit Mathematica in primo gradu certitudinis collocata.que nume-
ros ſpeculatur quemagnitudinem dimetitur que vocis & cantus inter
ualla diſtinguit que ſyderum rationem & aſtrorum motus obſeruat.
Ad veritarem du ıt Logica que diſſerendi via eſt:que difiniendo.diui
dendo.componendo.argumentando uerum falſumq3 diiudicat. Adve
ritatem ducit Ethica que mores & vite inſtituta complectitur. Oeco-
nomica que familias regit. Politica que populis moderatur. Ad verita
tem ducit Homothetica uue leges ponit bonis premia ſupplicia impro
bis ſtatuit. Adveritatem ducit rerum domina. Eloquentia que legibus
conſtituta ſplēdore orationis hominum conciliis perſua det Ad verita
tem ducit Hiſtoria que preclara geſta immortalitati cōmēdat ac multa

docet exemplo: Ad veritatem ducit medicine ratio ad tuendam ſalutē ad perniciem vitandā diuinitus conceſſa mortalibus. Ad veritatem ducit: vel Poetica quæ vera in alias ſpecies obliquis figurationibus cū decore aliquo conuerſa traducit. Omnes demum liberales artes: atq̃ in genuæ diſciplinæ ad calcem veritatis incendunt. Cætera lubrica fluxa. momentanea ſunt externa & corporis: quæ putantur bona. Donum: forma breue eſt & quod recte Tragicus noſter ait. Raris forma viris ſecula proſpice impunita fuit: Bona valitudo facile morbo deletur: ætate labefactatur & ſenio vires robuſta quidē indicāt corpora: at plerūq̃ rudes atq̃ imperitos animos: Sed & his Tauri: & Elephātes hominibus antecællunt. Quid: quod ſæpe cladē inferunt. Extat Milo Crotoniata teſtis qui miſerabiliter colliſus ac vinctus iterit. Velocitas & ipſa parui momenti eſt. Ac perniciores ſūt nobis Cuniculi & Capreæ timidū fugax abiectū animal. Voluptas ſordida & obſcæna res eſt ac belluarum maxime propria vel ipſa potius ſeua & immanis bellua (& vt Diogenes Synopeus ait) in expugnabilis bellua: hominū eos tangens quorum deus: uenter eſt quos ſanna Lucilii mordet: dicentis. Viuite lurcones comedones viuite ventri. Diuitiæ an non bonum ſint neſcio miniſtræ certe ſunt voluptatis vt dicit Iſocrates fomenta malorum: radix ſceleris.

Bona externa.

Milo crotoniata.

Voluptas

Diogenes.

Lucilii Sanna. .i. irriſio.

Diuitiæ.

Quid nō mortalia pectora cogit. Auri ſacra fames: auro pulſa fides: auro venalia iura. Aurum lex ſequitur mos ſine lege pudor. Indoluit recte Propertius. Quin etiam multi ob diuitias perierunt. Nobilitas generis: cur tanti penditur. Qui genus iactat ſuum aliena laudat ac certe miſerum eſt alioru incumbere famæ. Quanquā ſi altius repetere voluerimus: vere dicitur omne hominū genus in terris: ſimili ſurgit abortu. Fallax res gloria eſt ac prorſus inanis: & quaſi ventus quidam: & vmbra leuis. Opes: honores. imperia: dignitates: q̃ plurimos fallunt: leui ictu fortunæ pereunt. Facile modo huc: modo iſtuc transferuntur & qđ turpe dictu eſt: in imperitos ſæpe inglorios abiectiſſimos homines cadunt. Conuertamus nos igitur ad animi bona: quæ vera bona ſunt: atq̃ expetenda: q̄ & nos quoq̃ bonos faciunt. Qualia ſunt bonarum artium ſtudia: & laudata hæc animorū curricula. Hæc firma & ſtabilia ſunt hæc perpetuo durant: hæc hominē ſeparant a natura ferarum: hæc perficiunt animos. hec nos beatos reddūt. hæc omni ætati cōueniunt. hæc vtrāq̃ fortunam iuuant: hæc mores conformant. hæc monſtrant bona quæ ſequi mala quæ cōtra vitare debeamus. Hæc domos regunt & familias gubernant. hæc reſpublicas: hæc principatus: hæc regna tuentur: vt benedixerit Plato beatas reſpublicas in quibus aut philoſophi regnāt aut reges philaſophantur. Amplexamini igitur hæc ſtudia: & in ea incūbite cunctis viribus. ſi ſapientes: ſi beati eſſe vultis: & cōpotes veritatis. Verſetur in pectore græcorum ꝓuerbium illud αμθρωπος αγραμματος εσιως τοξυλομ ακαξπου. Homo illiteratus lignū infructuoſum eſt infelix arbos. Indoctus homo: vix homo eſt: trūco potius ſimillimus Hermæ. Amplexamini inquā bonarū artium ſtudia atq̃ ingenuas diſciplinas: dum molliora ingenia ſunt. & animi ad formandū faciles. Mementote græcorū item ꝓuerbiū κολοπευσ ογεξωμ γξαμματα ωυμαθανει Ethiops ſenex litteras nō adiſcit. De præceptis de inſtitutis vitæ de moribus: de litteris de doctrina verum eſt. Vos autem excellentiſſimi ma-

Artiū ſtudia

Plato:

giſtratus ſauete quæſo doctis viris: fouete ſtudiorũ gymnaſia: habete
in prætio eos: qui ſimul eruditi: & boni ſunt viri. Præſto ſit vobis eorũ
conſiliũ qui vere ſapiunt. Quod ſi feceritis queadmodũ ſemper cõſue-
uiſtis pacatã, tranquillam, glorioſam, beatam habebitis hãc rem pu-
blicã: nec bene fundatũ imperiũ malus hoſtis audebit inuadere: quod
Carolus Montonarius: ſi inuaſerit: iuſtas pœnas luet. Teſtis ſit nobis Carolus mõtonarius: cõ-
munis hoſtis: & temerator pacis. Dixi

Augustini Dathi inuectiua oratio ordine .viii. in ciuem Vrbi-
natem delirũ: & nebulonem ſenem: ad Antonium Comitem.

CVm nuper vir clariſſime: inter cõfabulandũ idq; in magna
etiam eruditorũ hominũ corona: in regiæ dignitatis quæ-
q; principis foret, ſermonẽ incidiſſemus: tum bonus vir qſ-
Bonus ironice piam credo explicaturus principis laudes: dedecet tandẽ
inquit: ſiue regem, ſiue principẽ: in rerũ ſtudio & cõtẽpla
tione verſari. Nã agere oportet ſemper virũ eiuſmodi. Quod ſi quan-
do a rerũ gubernatione ceſſauerit: præter ſuã fecerit dignitatem. Atq;
eiuſmodi portenta verborũ multa in eam ſententiã effudit potius q̃ di
xit: vt cum antehac virũ ſapientem exiſtimarim imprimis: mox ſtatue-
rim illum cũ cæterarũ laudũ rudem quendã atq; ignarũ: tum ſapientiæ
omnis atq; humanitatis expertẽ. Quiſnã obſecro adeo demens: quis
tam excors: quis tam rõnis ac mentis inops: cui tam ſtulta, tam inanis
tanq; etiã pernitioſa ſententia in mente inuenerit. Vbinam didicit il-
la vir bonus. In philoſophorũ ne ſchola, an ĩ Socraticorũ ludo: Platoni
corumue Gymnaſiis, tam fabuloſa, vel ꝓdigioſa potius oſtenta vel au
diuit vel nouit. Quodnã eſt id ſententiæ decus. Sententiæne: an amen
tiæ dixerim. Nequeo quin doleam: quin iraſcar: cũ in tam celebri vrbe:
tam florenti ciuitate: quæq; ab eo principe gubernatur: & regit: qui &
humanitatis: & iuſticiæ laudibus multos antecellat: ſint qui taz temere
tam cõfidenter: in tam vanis: tanq; manifeſtis verſentur erroribus: qui
q; ea ſentire ac ꝓferre nõ dubitent: quæ dictu quidẽ turpia: fœdiſſima ꝓ
batu ſunt. Miror, & quidẽ miror plurimũ: qui ea non modo dicere: ſed
vel cogitare potueritis: quẽ & virum eſſe & ſenẽ conſtat. O ſenen delirũ
quiſquis es. Quid referã: quanta ſiccum iecur ardeat ira: cum ii in tan-
tã errorum labẽ: inq; ſordidam ac luculentã quandã ſententiæ prauita
tem inciderint: qui leuare cæteros erroribus: qui grauia, qui vtilia, qui
vera: qui honeſta tradere cæteris hominibus, ac p̃cipere debeãt. Quis
tam patiẽs q̃s tã ferreus, quin iraſcatur, q̃n excãdeſcat, quin mærore p̃
matur. Quã eſt ætati grauiſſimæ: q̃ aptũ ſenis auctoritati: minores na
tu ab eruditionis laude .i. ab hũanitate, ac virtute deterrere. O hominẽ
Atheniensiũ & Lacedemoniorum reſp. dignũ. qui in Athenienſiũ, Lacedemoniorũue republica naſceretur. O q̃
præclarã: quãq; egregiã ꝓtulit ſententiã, delirus ſenex: nõ decet: inqui
ens: principis dignitatẽ litterarũ ſtudiũ. At nos decere putamus: q̃ nõ
minus fortaſſe ſapimus. An nõ decet principis dignitatẽ litterarũ ſtu-
dium. Stomachari equidẽ tum ego: & dolere plurimũ cœpi: nec tamẽ in
tanta vel virorum frequẽtia vel loci auctoritate verborũ vllũ facere au-
ſus ſum: ne quid cõtumelioſe: ne q̃d ĩpudenter dicerẽ: magna, & indi-
gnatione: & ira percitus. Nũc vero ſi dixerim quicq̃ fortaſſe moleſti: incõ
ſulto tamẽ effundã nihil. Neq; em̃ ex lenonũ aut baiulorũ ſenſu: ſed ex

eruditorum:atq; ſapientū hominū mente.noſtra deprometur oratio:
At dixerit quiſpiā:quid eos obiurgas:q̄d iis maledicis: qui te ꝑfecto
ætate ſuperāt:ſed & ingenio fortaſſis ac ſapientia p̄ſtant. Abſit vt eos
arguam:qui vt ſenes ſunt:ita etiā conſilio & ſapientia p̄diti. Verum in
eiuſmodi nebulones:qui nō tam ætate ꝙ mente cōfecti ſunt: q̄ inanes,
ac pueriles effuderūt nugas:ſenū & auctoritatē, & officiū vendicauerim
Nō decet:inquit.principē delirus ſenex litteras noſſe: ſed earū labori-
bus phis, atq; ociosis derelictis hoibus: in rerū amminiſtratiōe verſari — Iouinian i cra-pula
Credo heſternā (vt de Iouiniano ait Hieronymus) crapulā ructans taz
ſpurcam nō dico ſententiā:ſed ſentinā vomuit. Nā quid primū intereſt
a liberaliſſimarū artiū principē ſtudio deterrere: & ad nequitiā atq; im
probitatē impellere: Tā em̄ eſt:dicere nō eſſe principi in rerū ſtudio la-
borandū:ꝙ aſpernandā ſapientiā:fugiendā iuſticiā:animi magnitudi
nem negligendā:contēnendā moderationē:virtutē deniq; omnē, ac
laudem deſpiciendā eſſe:& habendā pro nihilo. Quæ vtiq; oīa, aut nū
ꝙ habemus:aut ab eruditis viris ac ſapiētibus mutuamur. Quorū pla
ne ſententia hac vna in re, paucis explicāda eſt ſiquis antea nouerit nō
de inchoata, ac vulgari quadā:ſed perfecta potius abſolutaq; virtute:
qualis principē decet:eſſe differendū. Oēs etem̄ homines:qua hoies ſūt
vt princeps phōrum teſtatur Ariſtoteles:ſuopte ingenio ſcire deſiderāt — Ariſtoteles.
ad ſcientiā adipſcendā trahimur:ac ducimur omnes. Ex omni aūt rez
omniū numero.nihil eſt:quod tā deceat hominē ꝙ inueſtigatio ueri cu
ius exquirēdi, ſingularis quidā, atq; inexplebilis ineſt noſtris mētibus
appetitus:qui ſi in aliquo minus apparuerit:liceat eū ſane oblitū huma
nitatis:turpiū atq; obſcœnarū voluptatū blandimenta ſectari:quarum
quiſquis titillatione:& dulci quodā calore ꝑfunditur:is ſeſe in cœnum
abiicit, in lutū ꝓſternit:infra pecora ducit:quē initio (ſi memoria tene
mus) haud multo dæmone inferiorē natura finxerat. Quod quidem:
& in ꝓmptu eſt oibus:& nos alio in loco patefaciemus vberius. Iis igi
tur:ne digrediamur lōgius:qui nō ſolū hoies ſunt:verūetiā reliq̄s præ-
ſunt hoibus maxime laborandū eſt, vt rerū doctrina & cognitione ex-
celleant. Ita.n.ſupra hoiem erūt & principes iudicandi: ſi qua homines
feris ac belluis p̄ſtant, antecellent ipſi cæteris hoibus. Quod ſi fuerint
huius muneris laudiſq; exortes:nō modo nō ſuperiores exiſtimandi:
ſed & inferiores potius:atq; abiectiores ducendi ſint. Verū vt iā acuti-
us hæc:& ſubtilius ꝑſequamur oīs hoies:qui populis:qui gētibus:q̄ na
tionibus p̄futuri ſunt:ab iis quos in ſuam fidē ac ditionē, quis iure re-
ceperint vlla in re vinci ſapientibus viris, etiā turpiſſimū videri ſolet.
At vero qui ignorantiæ tenebris cæcati errant:labūtur neſciunt:ii nō
ſolū principes hominū nō ſunt:ſed ne hoies quidē: Nā vt a nobis etiā
ipſis:ſæpe diſputatū eſt:indoctus homo.i.ſapientiæ inops, incōpletus
quidā eſt atq; impfectus:& vt etiā recte dicam:interpellatus homo. De — Simulacrū Praxitelis Copæ āt Phidiæ
mum atq; homo eſt atq; Praxitelis:Copæ ve:aut phidiæ ſimulacrū:non
tam re homo:ꝙ verbo ſolo:ac nomine. Recte itaq; ſubtilis Auerroys: — Auerroys.
qui nō eſt:inquit:ſcientiæ inſtitutus laudibus tā homo eſt: quā quem
artificis manus finxerit:nullo quippe alio (vt ait poeta) vincit diſcrimi
ne:quam quod illi marmoreum caput eſt:ſua viuit ymago:ſed hæc igno
rat delirus ſenex:qui tam abiectā ſortem cōſtituit & regis & principis

Triplex vitæ genus.

Triplex nanq; eſt(vt Ariſtoteli placet)vitæ genus:ac primum quidē ferè actiuum ϐυ καιΧοισ πρακτικον appellat:ociosum & contemplatiuū: alterum quod dicit θεωρητικον.tertium voluptuoſum:quod quia infimorum eſt hominum vel belluarum potius:libēter omittimus.Reliquorum autem tanta coniunctio ac ſocietas eſt:vt ſine alterius commertio alterum.aut nullius aut parui certe momenti ſit.Siquidē actiuū(vt etiam Plutarchus aiebat)philoſophiæ expers:ineptum ſane eſt:& delictis maximis plurimiſq; inuoluitur:vt tolerabilius ſit:nihil agere ꝙ perperam præter rationem:præter philoſophorum iura agere. Atqui & contemplatiuum quoq; ſi ab actione ſeiungitur:ſit prorſus inutile.Itaque danda opera eſt:vt habita ratione temporum:partim in rerū ſtudia noſtram operam:partim in rerum amminiſtrationem cōferamus. Quod cum facere cæteros homines:æquum eſt:tum reges ac principes omittere ſine dedecore & ignominia non poſſunt.Eo nāq; ſolum pacto doctrina inſtructi:atq; a philoſophis inſtituti:pericula quæq; cauere facile queant.Et nos pariter ita gerendis ſi verſemur in rebus: non ſolum nobis profuerimus ipſis:ſed etiam cæteris.Siquidem in ocio a philoſophis percipiēda prius & tenenda ſunt:quæ vel rerum publicarum rectores:vel ciuitatum ac populorum principes:ad ſua tandem negocia conferant.

Euphrates. Iſocrates

Ea vero(vt Euphrates Syrius affirmabat)philoſophiæ pars pulcherrima:vt ab eruditis edocti negocium publicum agamus: Nam vt probe Iſocrates Nicoclem Cypri regem ammonere viſus eſt:ſola philoſophia regendi principatus aditum præbet:viam demonſtrat:ciuitatē aut reuocat a pernicie & ad ſalutem dignitatemq; reducit. Ita prohibentur incommoda:calamitates propulſantur:pax diuturna:demū fœlicitas quædam ciuitatibus ac principatui cōparatur. Ex paruis ne plura dicam res magnæ fiunt. Quod ſi qui rudes:& ignari rerū ad gubernationem vllam regimenq; acceſſerint: ii aridi quidem tenues ac ieiuni virtutis ac ſapientiæ deſiderio:aut ſe & populum perdant:aut principatum amittant neceſſe eſt. Nam ſi quis ſtabilem firmū durauturumq; gerere principatū ac regnum velit:is ſibi philoſophiā vendicet ad mortale e cælo deuocatam genus:is e philoſophorum fontibus pleniſſimis faucibus hauriat:is ſapientum præceptis monumentiſq; lætetur. Sed hæc fortaſſe moleſta ſint deliro ſeni.qui obloqui: qui gannire non deſinit.Verum redeo ad propoſitum.Qui enim rerum cognitioni ammiſtrandarum quoq; rerum laudem adhibuerint: ii profecto non poterūt non magni quidem:atq; ammirabiles tum videri tum iudicari.

Pericles
Diony. Syracu.

Hinc apud Athenienſes Pericles(ſi Plutarcho credimus)hunc in modum ciuilia obiens munera incredbilem quandam adeptus eſt gloriam. Hinc Syracuſii Dionyſii principatus plurimum ſemper habuit:& firmitatis & roboris.

Epaminundas

Taceo Epaminundam:qui quoniam negocium ſemper: cum ocio iunxit:omnium habitus eſt ſuæ ciuitatis & virtute & gloria præſtātiſſimus. Plena exemplorum ſunt omnia. Sed reſpondeat mihi obſecro delirus ſenex:quænam res tam amplum: tam clarum: tam glorioſum: tam magnificum:tam ſublime:ac toto etiam pene orbe diffuſum Romanorum & conſtituit et ſeruauit imperium. Stultorum credo:reſpondebit nebulo hominum inſcitia:atq; imperitia gubernandi. Quis nā is eſt furor. Quæ tanta inſania. Quis in hominis mentem tam prauæ

opinionis iniecit errorem proh immanis bellua:nonne ſiue Romano rum:ſeu quoduis aliud præclarum imperium:ſapientia iuſtitiaq; muni tum radices egit altiſſimas:propagatum eſt. Atque vbi conſilium & p̄ ſidium defuit ſapientum virorum:eorumq; qui plurimum ſemper in re rum cognitione:opere.ac temporis poſuiſſent:cõtinuo res periere om nes. Hæc oportebat dicere hominem ſenem:potius q̄ principem a ſtu diorum rerum id eſt ſapientia deterrere pernitioſiſſimis verbis. Q uid item ad vltimos terrarum terminos:& ad altiſſimos pene totiusorbis fines:victorem peruexit Alexandrum. Nonne ſtipatus philoſophorum munimentis:ſummum nactus eſt regni ac gloriæ culmen. Hæc dicere: hæc ſentire vir bonus debet & ſapiens. Sed blacterans nebulo olētia vi num verba profudit. Verumad noſcat capularis ſenex:vt ſapiēter e no bis diſcat:& bene viuere. Huic quidnam hoc eſt rei. Nonne monſtri. at que oſtenti ſimile. Iam enim ſenectutis inſania iuuenum moderāda:ac regenda ſapientia eſt. Sed delirus ſenex obiiciet ſcio. Nam Dionyſius Iunior:cui munitiſſimus a patre relictus eſt dominatus. nec Platonis iſtitutis:nec ſophiſtarum:quosmultosalebat doctrina reflantem:potu ſit vim fortunæ repellere:quin a Dione eiectus dominatum omnē amit teret & gloriam. Hoc quoq; (vt coniectari licet) docendus eſt ignarus: et delirus ſenex pulſus nanq; qui modo nominatus eſt tyrannide Dio nyſius:cum a iocabundo quopiam rogaretur:quid tibi philoſophia pro uit. Q uid ſapiens docuit Plato. Scite ille:ac præclare:huiuſcemodi in quit fortunæ varietatem moderate. & æquo animo ferre Nunquid nam parum id erat:quod ex Platone didicerat. Nonne & ipſi quoq; deliro ſe ni maximnm videatur. Sed ſi ſingula velim ſæcula percurrere inueniam profecto quibuſq; in regnis plurimum ſemper litterarum ponderis ha buiſſe. Q uid noſtræ referam tempeſtatis:& memoriæ clariſſimos Prin cipes. Q uid Eſtenſem Leonellum commemorem. Montis Feretreum noſtrum Oddantonium:quid eius fratrem Federicum:quid numerē ge neroſum Alphonſum regem:quid magnmnimum Cæſarem quendam Philippum Mariam Anglum:quid alios item multos:qui ſtudio ac do ctrina rerum ſemper delectati noſſe indies:ſapere ſcire laborant. Didice re vtiq; Heſiodum illud.

Capularis ſe nex.

Diony: iunior

ουτοσ μεν παναριςοσ οσ αυτοσ παντα νοησει:
φρασαμεν τα κεπειτα κει εις τελοσ ησιναμεινω
εσθλοσ δαυκακει νοσ οσ ευ ειποντι πιθιται
οσ δεκαι μη ταυτοσ νοεη: σκοιταλλου ακουων
εν θυμω βαληται ο λαυτα χρηιοσ.

Q uod latine interpretatur.
Optimus ille quidem:qui per ſeſe omnia noſcens:
Præceptor ſuus ipſe ſibi meliora peregit.
Ille bonus rurſum monitus qui recta ſequetur
Q ui non ipſe videt:neq; credit recta monenti
Hic nulla in parte vtilis.

Heſiodus

¶ Imprimis autem mōtis Feretreus princeps Federicus:& illud totius

Italiæ decus Philippus Maria Anglus magnos præter cæteros meretur
honores:quorum alter litterarum ſtudium ab initio complexus ætatis
nequaquam in maxima principatus cura:inq; turbulentiſſimis occupa
tionum tempeſtatibus:audire e nobis aliquid intermittit:ſed ne remit
tit quidem. Alter vero non contentus his vſitatioribus litteris res quo
que altiores:ac cæleſtes contemplatur. Nam vt ſcribit Philelphus no-
Philelphus ſter in eo quod nuper Simpoſio edidit:princeps idem præſtantiſſimus /
diuini illius motus omnis /vim naturamque obſeruat: ſyderumque et
aſtrorum rationes diligenti quadam inueſtigatione perſequitur:quod
vel ad bene beateque viuendū pertinere arbitramur ſi(vt Philippus Ma
ria facit)modum adhibeant. Sed horum neutrum probet forſitan deli-
rus ſenex: verum clamitet potius contemnendam philoſophiam eſſe:
Arabarches pellendos vrbibus ſapientes. Sed non tam vrbinas is eſt ſenex. vel Ara-
barches potius.
Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerit albis.
Nimirum ſit veruʒ illud:quod ex graui teſte nuper accepi: Vrbini illum
Nurſias Braccius. vtiq; eſſe genitum:attamen altum:atque educatum Nurſiæ: quæ quon-
dam ſapientiæ expultrix:fortiſſimo & clariſſimo imperatore vidice Brac-
cio neglectæ virtutis graues.& perdignas luit pœnas: deſpectæq; do-
ctrinæ:iuſta exegit piacula. Non decet:delirus ſenex inquit: regiam: ac
principis dignitatem:ſtudium litterarum. Huic ꝙ magnifica vox:& ma
gno atque ingenio digna viro. Iam mentiatur Plato: qui beatas dice-
re ſolebat fore reſpublicas:quæ ſapientiæ gubernaculis tenerentur.
Nolite principes diſciplinam apprehendere:deſinite erudiri qui iudica
tis terram. Delirus dehortatur ſenex:prohibet ignarus nebulo. Iam nō
ad ſcientiam capeſſendam: non ad ſtudium lectionis Timotheum: Ti-
tumve cohortetur magiſter gentium Paulus. Sed reclamante deliro ſe-
ne:pergant rudes ignari eſſe:& rerum omnium integri:quaſi quicquam
fœdius ſit. pernicioſius /tetrius: ignorantiæ ac cæcitatis tenebris: quem
læthiferum conſtat eſſe animorum morbum. O peſtilentem nefariamq;
ſententiam: o inauditam hominis inſaniam. Qui quod eſt regiæ ma-
ieſtati & principis dignitati aptiſſimum: id proh dolor negligendum
turpiter contemnendumq; ſuadeat. Neque enim preeſſe hominibus poſ
ſunt: qui non ipſi imperare didicerint. Quod ſi ſecus fit: fas ac ius om
Hieronymus ne peruertitur. Regna inſuper ac principatus corruunt. ¶ Recte igitur
hoc Hieronymus noſter: qui præclare omnia: ſancta quippe ruſticitas in
quit: ſolum ſibi prodeſt. At doctos viros cæteros longe præſtare nō in-
Auguſtus Daniel iuria arbitratus eſt: quos vates Auguſtus Daniel: & diuini ſpiritus ple-
nus: poſt ſacrum viſum fulgentibus ſtellis: & cælo comparauit aſtris
omnibus ſyderibuſq; diſtincto. Quamquam nec homo quiſquam eſſe
abſque doctrina: nec princeps beatus poteſt. Sapientia nanque ipſa eti
am incertis ac fallacibus rebus teneriſque vel corporis /vel formæ abeū
tibus commodis: inſeparabilis comes: ad veram beatitudinem ſola p-
ducit. qua ſine non modo populus ac ciuitas nulla regi: ſed ne tenuiſq̄
dem caſa conſtare queat: quæ ita principem decet: vt ea relicta dignita-
tem omnem /ac decus amiſerit: ſed nondum hæc ignarus didicerat ſe-
nex: qui ætatem omnem flagitio maxime: & voluptatum ſordibus con
ſumpſit. Cum igitur noſtra optimis argumentis ac firmiſſimis nixa ra

tionibus liqueat ſentētia:qua᷒ſo deliri:& inſani hominis errore ,ac pra ua opinione contempta:acriter incumbamus in ſtudia reges ,ac princi pes:vt idem faciant obſecremus:vt quæ illi doctrina inſtructi , recta atq; honeſta imperauerint:nos quoq; ſapientiæ fontibus prolutis labiis non coacti ,non inuiti ,arripiamus:vt conciliata virtute:parta ſapientia:bene:honeſte:laudabiliter:& demum tranquille:iucunde: beate vi uendum ſit.qui eſt philoſophiæ fructus vberrimus.Intendamus ergo ve ritati:& dum ſpiritus membra hæc ſubſtinet:virtutis nos ac ſapientiæ muniamus præſidio:vt earum ope adiuti:vitæ huius ſcopulis tranſuadatis:tutiſſimis gubernaculis freti:quem adeo optamus portum tandē valeamus attingere.Atq; ne omnino videar deliro ſeni indixiſſe bellū: mecum ſi ſtolidam ſententiam commutauerit.redibit in gratiam. Tibi autem vir clariſſime ſuperioris noctis lucubratiunculam dederim: quē litterarum ac laudum omnium acerrimum eſſe defenſorem conſtat. Q uod ſi noſtram ſententiam comprobaueris:neſcio quo pacto plus ē habitura grauitatis:tu etiam atq; etiā oro:& qui amare nos ſoles ama re nunquam deſinas. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi oratio.VIII.cum librum.M.Tullii de natura Deorum publice legere incæpiſſet:quā orationem miſit deinde ad Dominicum Biliottum Canonicum Senenſem adoleſcentem eru ditiſſimum.

Dominicus Biliottus.

AVguſtinus Dathus ,Dominico Biliotto. P. S.D. Solebant veteres ,Orationes ,quas forte habuiſſent: mandare litteris:& amicorum nomini dedicare. Nos pulſi foro:a ſenatu repulſi:non habemus quæ ad amicos pro ueterum more:mittere poſſimus niſi exhortatiões noſtras quibus publice legentes vti cōſueuimus. Nuper:cum librum.M.Ciceronis de natura Deorum legere incepiſſem:animaduerti delectari te plurimum proluſionibus noſtris:quas ne deſideres uæhementius perſcriptas accipe:& quum ocium datur diligentius lege:quæ probanda ſunt lauda:quæ corrigenda pro tuo arbitrio cenſe.Vtrunq; mihi ſcias gratiſſimum fore.

¶ Altiſſimus creator Priceps:optimus:maximus:& ſemper viuēs Rex omnipotens:& metuendus nimis:ſedens ſuper Thronum & dominās Deus:qui & initio condidit:& perpetua mundum ratione gubernat:pa ter ,filius ,& ſpiritus ſanctus:indiuiſa trinitas vnus Deus: qui cuncta ī effabili prouidentia moderatur:ille inceptis noſtris:ac votis aſpiret: vt ab eo inſtitutio noſtra auſpicata ,exordium per eum proficiat : atq; ad eum tandem fœliciter referatur.

COnſtat hominem præſtare cæteris animantibus ,doctiſſimi viri ,ac ſtudioſi adoleſcentes:ſi ea fuerit aſſecutus : quæ ad veram rectam perfectāq; hominis rationem pertinere creduntur. Atqui id tradunt Philoſophi maxime habendū eſſe hominis propriū quod & maxime hominem diſtinguit a bellua : Q uod ſi ita eſt:nun ꝙ ſatis laudari philoſophia poterit ī qua maxīa ꝵ rerū cognitio:atq; ſcia cōtinetur quæ ſi vna ihoīe exiſtat ſplēdeſcit illius pſtātia:& hūani gēris āplitudo ac dignitas illuſtratur

Natus eſt homo veri adipiſcendi cupientiſſimus. Quod quidē præcla
Scientia
rum in nobis exiſtimare debemus. Magna eſt enim ſcientiæ dignitas:
quæ cunctis pene hominibus: quaſi vltimū & finis expetitur. In cogni-
tione nāq3 rerum hominis eluceſcit præſtantia. Reru3 cognitionem ſo
lus homo cunctorū animaliū ſibi vendicauit. Per hanc ipſam iungitur
intellectus noſter ſuperioribus mentibus: quas tum cæleſtes intelligē-
tias: tum ſubſtantias ſeparatas. tum motores orbiū philoſophi appel-
lant in quibus etiam contemplandis: vt ſapientes viri tradiderunt: ſita
eſt hominis extrema fœlicitas. Bene vſurpant Græci vetus prouerbium
ꝓuerbiū vetus.
αμθρωπος αγραμματος εσι ωστοξυλομ ακαςπομ homo illiteratus:
Auerroys
infructuoſa eſt arbor. Auerroys magno vir ingenio & ſumma ſcientiæ
copia: indoctū homine3, tam hominē cenſuit ꝙ qui manu: & arte fictus
Ariſtoteles.
eſſet. Siquidem gent'is quidē in figura hominis imanitatē belluæ. Ita-
q3 Ariſtoteles aliquādo interrogatus: quo docti ab indoctis differrēt:
quo inquit: viuentes a mortuis. Eſt enim ſine diſciplina, nec dū comple
tus ac perfectus homo. Quo circa nō iniuria Peripateticorū princeps
aſpectus quidem inquit: a continente aere lumen accipit: animus vero
a liberalibus diſciplinis: quando rationalis animæ lumē cognitio eſt:
Attende
ſine qua hominum vita cæcutit in tenebris. Sola hæc res eſt: quæ (vt idē
philoſophus ait) & ſecundis in rebus ornamentū: & in aduerſis perfugi
um præſtat: ad ſenectutem autē atq3 ingraueſcentem ætatem, optimu3
viaticum eſt. Præcipue animi vires ſunt intellectus ac voluntas: vt per
illum quidem veritatem ſemper inueſtigare debeamus: per hanc vero &
velle: & operari quod bonum eſt: ita & ad actionē: & ad cognitione3: na
tum eſſe hominem conſtat. Sunt qui diuitias & facultates perquirunt:
ſunt qui dignitates, honores, faſces, imperia cōſectantur: ſunt qui po-
tentiæ atq3 opibus inhiant: Sunt qui pecudū more voluptatibus ſerui-
unt. Sed fallacia hæc caduca & incerta ſunt omnia. Sapientia optanda
nobis: rerum ſcientia inueſtiganda eſt: quæ ſola immortalis: & perpetui
temporis poſſeſſio eſt: cuius quide3 radices (ſi Ariſtoteli credimus) ama
ræ ſunt: ſed per ꝙ dulces, ac multo ſuauiſſimi fructus eius: quos ſi degu-
ſtare volueritis: ſummam fueritis iucundiſſimi pabuli voluptatem aſſe-
cuti. Hæc hereditas noſtra eſt: hæc certa poſſeſſio: quæ nec eripi cui ꝙ: nec
transferri ad alterum poteſt. Sed vera ſapientia illa eſt: quæ imprimis de
um agnoſcit: & virtutem iuſticiāq3 ſectatur. Qua mente ductus. M. Ci
M. Cicero.
cero: nō ſolum mores hominū ratione & virtute confirmauit: vitamq3
optimis præceptis erudiuit: ſed etia3 quantū illi fas eſſe videbatur: qua
tum philoſophia duce datū eſt: de ꝓuidentia diuini numinis: & guber-
natione rerū diſſeruit iis ꝑclariſſimis libris: qui de natura deorū inſcri-
pti ſunt: quoſq3 nos hoc tempore: vt morē vobis poſtulantibus gerere-
mus: explanandos ſuſcepimus. In his varias refert philoſophorū ſentē-
tias & de natura deorum. Quid Epicurei: quid Stoici iis de rebus: &
ſenſerint: & locuti ſint: perſpicue manifeſtat. Sed Academicorū more, q̄
in vtramq3 partem diſſerere: nihil certo conſtituere: nihil penitus affir-
mare ſolerent: exiſtimantes ſi ex vtraq3 parte eſſet facta contentio elu-
ceſcere quid in quaq3 re veriſſimum eſſet: quæ eadem vetus fuit Socratis
Epitome de natura deoru3
conſuetudo. ¶ Quærit autem de Diis primum: an ſint: deinde quales
ſint: tertio loco an mundū condiderint: & conditum ꝓuidentia regant

poſtremo vtrum rerum humanarū procuratione͂ habeant: atqȝ ob id & flectantur gratia: & ira cōmoueātur. Ille error e medio tollitur: quo im plicari multi arbitrati ſunt Deos eſſe ocioſos: nec piorū atqȝ impiorum habere rationem: ſed eſſe permiſta & cōfuſa omnia: ita vt neqȝ boni af ficiantur p̄miis: nec improbi ſuppliciis torqueantur. Is igitur liber ea ȝ nobis vtilitate͂ præſtat: vt adducti philoſophorū rationibus credamus Deum eſſe: mundum aute͂ & quæ in mundo ſunt/omnia diuina ꝓuiden tia & numine gubernari: vt ita exiſtimantes maiore ſtudio iuſticiaȝ co lamus & pietate͂/quæ via in cœlum eſt & ad beatorū concilia. ¶ Quo niam vero triplex philoſophia eſt: vt Platonicis videtur: moralis / quæ docet morum inſtituta: naturalis q̄ de diuinis corporibus diſputat: ra tionalis quæ de rebus incorporeis diſſerit: quas ratio & mens ſola com plectitur. Moralem parte͂ Cicero multis in locis bene & copioſe pertra ctauit. his vero libris reliquas partes cumulate perſequitur. Nā ſphæra rum ordo: ſyderum & ſtellarum ratio: planetarū motus & ꝓgreſſus ſecū dum Platonicorum ſententiam ad naturalē pertinent philoſophiam. Deorum natura & ꝓuidentia & gubernatio rerum ad rationalē potius referuntur. ¶ Conſtat aute͂ opus vniuerſum in tres libros diſtribui: & in primo quidem referri Epicureorū opinionem de Diis immortalibus explicante Velleio eius diſciplinæ ſectatore improbari eandem: ac re felli a .C. Cotta Academico: qui loquens inducitur. In altero explicari a. Q. Lucilio Balbo Stoicorū ſententiam. In tertio multa a Cotta diſ putari contra Stoicos. vt Academicorū inſtituta nihil affirmātium ſer uarentur. ¶ Quanq̄ bene Lactantius Firmianus de his libris. M. Tul lius inquit: quāuis Academicæ diſciplinæ defenſor eſſet de prouidētia & gubernatione rerū & multa & ſæpe diſſeruit. Stoicorum argumenta confirmans: & noua ipſe afferens plurima: quod facit: cum in omnibus philoſophiæ ſuæ libris: tum in iis qui ſunt de natura Deorū. Ex his ver bis tria maxime percipienda ſunt: ſubiici his libris de natura deorum prouidentiam & gubernationem rerū: Academicorū ſeruari conſuetu dinem: qui nullam rem certo iudicarent: & Stoicorū argumenta proba ri: qui contra Epicureorum opinione͂ / prouidentiā & curam rerū huma narum tribuerent Diis immortalibus: Itaqȝ tum diuidendo & diffinien do / tum probando & amplificādo de natura Deorū diſputationem ag greditur. ¶ Naturam multifariaȝ intelligere cōſueuerunt. Alio modo cū dicit Ariſtoteles principiuȝ motus & quietis in eo: in quo eſt primo & per ſe: & nō ſecundum accidens: vel vt alii Phyſici tradunt: vim inſitā rebus ex ſimilibus ſimilia procreantem. Aliomodo cū Deus ipſe natu ræ nomine appellatur: quod feciſſe veteres etiam oſtendit Varro. Alio modo cum rei cuiuſpiam vis & proprietas ita dicitur: vt cū aliam eſſe Deorum: aliam hominū naturam affeueramus: quæ etiā his libris expli canda eſt: atqȝ idcirco de natura Deorū inſcribuntur. Deus auteȝ vel ita appellatus eſt: quod illi deeſt nihil: quando bonorū noſtrorum diuino Vate teſtante nō indiget: vel a dando: quod ab eius fontibus manant omnia & bona & cōmoda hominibus/vel quod metui eſſe debeat. Id eſt Δεος apud Græcos: aut parua immutatione facta a Græcis ſermo ſum ptus eſt: qui Deum θεον vocāt: quod eius ꝓuidentia cūcta gubernet: mo ueat ac moderetur. Qui & ſi in cognitione͂ noſtrā ꝓpter eius immenſā

Epicureorum ſententia

Phīa triplex

Diuiſio libri de natura deorū.

Lactantius.

Natura

Dauid: Deus.

excelſitatem cadere nō poſſit:tamen perſpectis iis quæ & multa & ãmi rabilia efficere ac pſtare nō ceſſat:diffiniri a quibuſdã conſueuit. Illa vul gatior deſcriptio eſt:deum eſſe ſummū bonum:quo cogitari melius ni chil poſſit. Rurſum. M. Cicero deū diffinit mentem ſolutã & liberam/ſe cretam ab omni cōcreatione mortali/omnia ſcientē ac mouentem. Se cundus vero philoſophus nō ignobilis deū eſſe tradit immortalem mē tem/incontēplabilem celſitudinem:formam multiformē: incogitabilē inquiſitionem:inſopitum oculum:omnia continenteʒ:lucem/bonum. Deorum igitur natura cōmunis in his libris futura diſputatio eſt:quo rum eiuſmodi exoritur initium. Cum multæ res in philoſophia. &c.

Cicero:

Plinius ſecūd.

¶ Auguſtini dathi oratio.x. Cum in Georgica Maronis Virgilii publice legere incæpiſſet.

QVemadmodū multiplex eſt ac variū mortaliū genus:ita eorū dem ſtudia diuerſa ac multiformia eſſe conſtat. Alii litterarū decus appetūt:& ſapientiæ laude delectantur: quod maxime rarum genus eſt. Alii gloriæ amore ducuntur:ac populari au ra demulcentur:pleroſqʒ tangit diuitiarum ſæua cupiditas. Quæ res multiplices multarum artiū varietates excogitauit:nec earū ſolum qui bus expolitur humanū genus:ſed aliarum quoqʒ pene innumerabilium quibus opes ac diuitiæ cumulātur Atqʒ ob eã cauſam:alii ſe ad rem mi litarem cōtulerunt:qua vt ſapientes viri tradunt:nihil cui ꝙ ſine alicuius ſanguine & cladibus affert. Alii ampla negotia exercent:& ex alto mul ta importantes variã tractant mercimonia:qui primū (vt recte dicitur) naturæ perrūpunt fœdera:quæ hominem terreſtre nō aquatile finxit ani mal:dende exiguo atqʒ infido ligno ſtulti animam credūt neſcii:nihil prodeſſe hominum:ſi vniuerſum mundū cōparet:animæ vero ſuæ iactu ram patiatur. Quã enim cōmutationē dare quiſquam poteſt pro tam prætioſa mercede. Alii fænerationem quæſtus auiditate execrati/nequa ꝙ turpē putant:quæ tamē teterrima lues eſt:& latens q̄dam ac nefan da hominum lubes: iis ipſis inuiſa quibus ſuccurrere videtur: vt bene exclamet magnus vates. Quid enim mortalia pectora cogis Auri ſa cra fames. Sunt quibus caninū ſtudiū magis cordi eſt:atqʒ illud nō no uum amplius ſed iampridē inueteratum aucupium locupletiſſimū quē qʒ allatrandi. Quod multi Gnatones noſtris tēporibus apud reges at qʒ locupletiſſimos principes cōſectantur. vt iam omnia Palatinis cani bus reddundent. Taceo viles opifices:Cætarios:Lanios:Coquos: Far tores:Piſtores:Vnguētarios ſordidū genus:ac deniqʒ Cupedenarios omnes:qui nihil ſine dolo:nihil ſine fraude:nihil ſine ſumma cōtrahūt iniuria:qui nullã rem vendūt:niſi plus milies mentiantur: q̄bus corra dendo argento deditis:præter prætium nihil dulce eſt. Quod ſi doloſi ſpes refulſerit/nūmi audeant vel patriã prodere parentibus manus in ferre nihil vereãtur. Hos redarguit vir ſapienſiſſimus:atqʒ his verbis no tat. Exiſtimauerunt luxum eſſe vitam noſtram:& cōuerſationem vitæ cō poſitam ad lucrum. & oportere vndecunqʒ etiã ex malo acquirere. Vnū itaqʒ ſupereſt nobis ingenium liberale & præclarum genus rei familia

Lignū infiduʒ nauis.

Cicero.i.offi.

ris augendæ:quid ex agrorũ cultura contingit:cuius explicare ſum mul tas laudes:tum maximas difficillimum ſit. Nã niſi eius ſpectetur digni tas:quid poteſt eſſe omnino præſtabilius. Habet inſtitutorem deũ:ſi ſan ctis eloquiis habenda fides eſt. Ita enĩ Moiſes ad eũ qui primus forma tus eſt dominũ loquentẽ facit. In laboribus comedes terrã cunctis die bus vitæ tuæ: ſpinas & tribulos germinabit tibi:& comedes herbas ter ræ. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Ea profecto colendi agri ex ercitatio eſt:quæ ſe auctorẽ habere Deum gloriari poſſit:ſi ſapienti Cõ cionatori credimus:qui ait. Ne oderis laborioſa opera:& ruſticationẽ ab altiſſimo creatam. Atq; idẽ vir ſapientiſſimus rem paſtoralem com probat: uæ cũ agricolatione ipſa maxima quadam affinitate coniun gitur itaq; ſubnectitur. Pecora tibi ſunt:attende illis:& ſi vtilia ſunt p ſeuerẽt apud te. Sed redeat vnde profecta oratio eſt. ℂ Quippe res ru ſtica vetuſtate excellit:ſiquidem ille ipſe:vnde primũ propagatum eſt, hominũ genus iuſſus a domino ſuccidens vepres ſpinas ac tribulos reſecans:vt victum quæreret in colendi agri labore verſatus fuiſſe cerni tur. Qui mox cum duos primũ liberos procreaſſet confeſtim alter pa ſtor ouium:alter agricola factus eſt. Hinc pfecto multa maximarum re rum in ſanctis ac diuinis litteris ſacramenta produntur;adeo:vt etiã redemptor noſter clementiſſimus ſe vitem veram eſſe dicat:& patrẽ ſuũ agricolam:cuius & nos teſte Paulo apoſtolo cultura ſumus:in quã op timum ſemen iacitur verbum dei. Nempe ruſtica ars ſummis laudibus præſtat:de qua præclare magnus Orator. Omniũ rerũ inquit:ex quibus aliquid acquiritur:nihil eſt aggricultura melius: nihil vberius: nihil dulcius:nihil homine libero dignius. Nã ſiue honeſtatem quærimus:a gricultura nihil eſt melius Siue vtilitatem:nihil vberius. Seu voluptatẽ nihil dulcius. Seu deniq; præcipuam dignitatẽ:nihil homine libero di gnius. Laudat agriculturam Ariſtoteles:quoniam potiſſimũ ſecundum naturam eſt:& a iuſticia nõ deſciſcit:quippe quæ neq; inhumaniter:ne q; ab inuitis quærit:quẽadmodũ bellicæ artes. Itaq; pacis aſtipulatrix eſt:quod maximum putamus bonũ:inimica bellorũ:quibus plerũq; ci uitates labefactari ſolent. Moderatus Columella vir multarũ diſcipli narum laude inſtructiſſimus. Res ruſtica inquit:ſine dubitatione proxi ma & quaſi conſanguinea ſapientiæ eſt. Nec inmerito:vt enim cũ ter ra rationem habet:ita etiam naturaliũ rerum atq; cauſarum cognitio nem ſcientiamq; cõiectat. Huius profecto artis induſtria corpus alit: vitam ſuſtinet animantiũ. Itaq; Cornelius celſus duas artis imprimis laudare plurimum cõſueuit:agriculturam ac medicinam:quod medici na ægris bonam valitudinem repromittit:agricultura ſanis miniſtrat alimenta. ℂ Quo circa ſapienter Archidamus tria hominũ genera ci uitatibus neceſſaria duxit:per quæ omniũ prope rerum ſuppeditaretur copia:agricolas imprimis quiquidẽ victum parant. Artifices qui reli quum ſufficiunt cultum. Milites qui & hæc omnia tueantur: & aduerſa propulſent. Quid quod eadem hæc ars exercet animum:ac meliorem facit. Hieronymus doctrinarum quoddam:cũ perfectam vitam inſtitue re:hanc quoq; exercitationem adhibuit atq; ita præcipit. Satiatus hu mus areolæ: æquo limite diiudicantur: in quibus cum olerum iacta fuerint ſemina:& plantæ per ordinem poſitæ aquæ ducantur irriguæ:

Geneſ. tertio.

rei ruſticæ laus

Tria hoĩ; gña

vt pulcherrimorum verſuum ſpectator aſſiſtas. Ecce ſupcilio cliuoſi tramitis vndam Elicit illa cadens raucum per leuia murmur Saxa ciet:ſcatebriſq; atentia temperat arua. Ac deinde Inſerantur infructuoſæ arbores: vel gemmis: vel ſurculis: vt paruo poſt tempore laboris tui dulcia poma decerpas Apium fabricare aluearia. Quibus omnibus Agriculturæ laus eluceſcit: cum illam etiam perfectiſſimum vitæ genus aſciſcat. Sed prodeſt ea quoq; ad fortitudinem plurimum: id quid ariſtoteles rectiſſime ait. Non enim quemadmodum plerequæ artes corpora eneruat: ſed potius talia reddit: vt & ſub diuo eſſe & tolerare laborē poſſint pericula: atq; inſidias propulſare. Proinde. M. Cato magnam agricolationis laudem attulit cum illa dicit. Ex agricolis & viri fortiſſimi: & milites ſtrenuiſſimi gignuntur: mexieq; pius quæſtus ſtabiliſſimuſq; conſequitur: minimeq; inuidioſus: minimeq; male cogitantes ſunt: qui in eo ſtudio occupati ſunt. Quam eandem laudem in Naturali hiſtoria Plinius confirmauit Maxime igitur Agricultura laudanda eſt: quæ cum fortitudini plurimum conducit tum humanæ vitæ labem tollit ignauiam. Atq; idcirco pater ipſe colendi haud facilem eſſe viam voluit: primuſq; per artem mouit agros curis acuens mortalia corda: Nec paſſus corpore graui ſua regna ueterno. ſed ne iam multa dicam: eorum qui hanc colendi agri artem exercent: & laudatiſſima & iucūdiſſima vita eſt. qualis priſcorum fertur: quam ſane luculentis verbis laudat ſeuerinus Boetius concinens hiſce modulis. Fœlix nimium prior ætas Contenta fidelibus aruis Hac inerti perdita luxu.

Ver. in geor.

Horatius

¶ Laudat & Flaccus in Epodo: ac lyra perſonans ait.

Beatus ille qui procul negociis
Paterna rura bobus exercet ſuis
Neq; excitatur claſſico miles truci
Forumq; vitat: & ſuperba ciuium
Ergo vt ad vita vitium propagine
Aut in reducta valle mugientium
Inutileſq; falce ramos amputans
Aut preſſa puris mella condit amphoris
Vt priſca gens mortalium
Solutus omni fœnore
Neq; horret iratum mare
Potentiorum limina
Altas maritat populos:
Proſpectat errantes greges.
Fœliciores inſerit.
Aut tondet infirmas oues.

Atq; hæc quidem Flaccus. Qui igitur ruſticam artem exercent: ii ſunt qui rem ſuam gerunt ocioſi: ac ſpreto honorum faſtu: tranquillam degunt vitam. quibus & idem propoſitum eſt: quod regibus vt ne qua re egeant: nemini pareant: libertate vtantur: qro qua adipiſcenda tuendaq; magnis viris omnis debet eſſe contentio. Quamobrem multi apud veteres noſtros homines præſtantiſſimi: rei ruſticæ rationem: ac præcepta litteris prodiderunt. Sed hi potiſſimum celebrantur: quos & Moderatus Columella commemorat: omnium princeps celeberrimus Vates

Laudatores rei ruſticæ

Heſiodus:Boetius:Philoſophi autem multi.Democritus Abderites: Xenophon Socraticus: Architas Tarentinus: Ariſtoteles Stagerites:Teophraſtus Ereſius·Siculi Hierō:Epicharmus:Philometor: Attalus: Athenienſes Chæreas: Ariſtrandras: Amphilocus.Euphronius.Creſtus:Eaphrontis:Creſtus etiam Amphipolites.Tum Epigenes Rhodius: Agathocles Chius:Euagon & Anaſipolis Thaſii:Menāder & Diodorus Eiantis populares.Mileſii Bachius & Manaſſeus atq; Antigonus: Egeſias:Maratghnites.Diophanes Bithinius:Mago Carthaginenſis: huius interpres Vticenſis Dionyſius:& quorū patriæ non ſatis liquido compertæ ſunt: Androtion.Eſchirion: Ariſtomenes: Athemagoras:Dadis Dionyſius.Euphorion:Euphonō:Lyſimacus:Eubolus: Meneſtratus: Plentiphanes:Perſis:Theophilus. Apud Romanos vero.M.Cato Cenſorinus primus de agricolatione diſſeruit.Deide duo Saſernæ:pater & filius.Poſt Scropha Remellius.M.Terētius Varro:Iulius Higinus:Cornelius Celſus:Iulius Atticus:Iulius Grecinus:& qui oēs eloquētia ſuperauit.L.Iunius Moderatus Columella.Recentiores vero quidā.& hi non ignobiles de agricolatione libros ediderūt.Palladius:Corneolus Petrus Creſcentius:& ſi qui nondū in noſtras manus inciderunt. Sed omnium maxime.P.Virgi.carmine agriculturam illuſtrauit:qđ explanandā nobis a tali quodā pricipio ducitur. Quid faciat lætas ſe. &c.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XI: Cum diui Hieronymi in Iouinianum Hæreticum inuectiuos libros publice legere incepiſſet.

SApientiſſimus magne molis opifex Deus trinus & vnus ineffabilis rerum creator omnium:atq; altiſſimus cælorū priceps:qui ineffabili prouidentia & mundum omnē & humanos actus moderatur:& regit:ille adſit fœlix nobis et propitius foueat:vt eo rectore & duce illa effari poſſimus:quæ et ad ſuæ maieſtatis ſint gloriam:et nobis conferant ad ſalutem ſupplices igitur deprecemur:vt ſit auxilium noſtrum a domino:qui fecit cælum et terram:glorioſiſſime matris eius intercedentibus meritis: et pcurſoris Ioannis:ac beatiſſimi Hieronymi:et ſanctorum omnium adiuuantibus præcibus.

INter omnes liberalium ſtudiorum diſciplinas:quibus hominū vita inſtituitur optimi patres:ac præſtantes viri ſummum atq; eminentiſſimum locum ſacrarum litterarum cognitio & diuīa obtinet ſapientia.quippe quæ vera dux eſt hominibus ad rectum beatitudinis finem adipiſcendum præcipua aut magiſtra vitæ rectam & ſalutarem beneviuendi rationem oſtendit:virtutum omnium ſuppeditat copiam vitiorum delet labem:ſordem peccatorum repellit:mentes noſtras a terreſtrium atq; humanarum rerum cupiditate abducit ad ſummi boni et æterne fœlicitatis deſiderium et amorem conuertit. Naȝ ſi

Laus ſacrarum litterarum.

omnes homines natura ſcire deſiderãt: id quod ſummus Philoſophus
in Methaphiſicis ait: ſi omnes trahimur et ducimur ad cognitionis et
ſcientie cupiditatem: in qua excellere pulchrum exiſtimant: quod dicit
magnus Orator: ſi naturam homĩs Deus veri adipiſcendi cupiẽtiſſimã
fecit: quod Lactantius Firmianus oſtendit: quid eſt quod poſſimus aut
quærere melius: aut fructuoſius inueſtigare. aut ſcire omnino præſtabi
lius quam quæ diuinis percipiuntur litteris: ſacris produntur oraculis
ſanctorum denique monumentis traduntur. Hæc enim ſtudia illa ſũt:
quæ Platonis doctrinam: Demoſthenis eloquentiam ſuperant. Quæ
Ariſtotelis acumen: Iſocratis ſuauitatem præſtant. Hæc certe illa ſunt
quæ ſæcularium litteratorum flores: blandas poetarum illecebras: ſplẽ
dida Rhetorum ornamenta: inuenta philoſophorum, atque inſtituta,
Attende longiſſime antecellunt. Hæc vtique illa eſt pia, veraque diuina ſapientia
in qua Firmiano teſte: omnia dictu prona ſunt: auditu ſuauia: facilia
intellectu: honeſta ſuſceptu. In hac vitæ humanæ firmiſſimum præſi-
dium conſtitutum eſt: aduerſus mundi labem: carnis pruriginem: dya-
boli inſidias. In hac ſecurum cũctis profugium eſt. & tutiſſimus qui-
dam ac tranquillus portus: quem ſi petamus, turbulentas magni hu-
ius: ac ſpatioſi maris procellas: & grauiſſimas fluctuantis pelagi tem-
peſtates effugimus. His ſepti armis, viriliter in agone mortalis vite
contendimus bonum certamen certantes curſum vitæ huius in virtu-
Paulus. tis operibus conſummantes: vt demum cum Paulo apoſtolo coronam
iuſticie conſequamur. Scite ac præclare noſter Hieronymus. Ad Iulia
num ſcribens ait. In ſanctarum ſcripturarum grauitate, vulnerum ve-
ra medicina eſt: & dolorum certa remedia. Hoc iucundiſſimum eſt men-
tium atque animorum pabulum: de quo præclare diuinus propheta.
Dauid. Quam dulcia, inquit faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo
Vt non iniuria doctor ſuauiſſimus ac ſacri eloquii lectionem conuo-
cans: his verbis, cupidos ſalutis homines inuitauerit: Veniant qui
eſuriunt: vt cœleſti cibo ſatiati. ſempiternam famem ponant. Veni-
ant qui ſitiunt: vt aquam ſalutarem de perenni fonte pleniſſimis fau-
cibus haurient. Hoc cibatu ac potu Dei & cæci videbunt: & ſurdi audi-
ent: & muti loquentur: & claudi ambulabunt: & ſtulti ſapient: & ægroti
thomas agnas valebunt: & mortui etiam reuiuiſſent. Laudat ſanctus Thomas Aqui
nas doctor inſignis, opere precloriſſimo aduerſum gentes: & magni-
fice predicat ſapientie ſtudium: quo nullum neque perfectius ſit: neque
ſublimius: ſed neque vtilius vllum: aut omnino iucundius. Perfecti-
us quidem: quod quatenus homo ſapientiæ operam impendat: aliquã
etiam in his corporum vinculis: veræ beatitudinis partem obtinet.
Hinc recte dicitur Eccleſiaſtici decimo quarto. Beatus vir qui in ſapi-
Salomon entia morabitur. Sublimis autem: quoniam per ſapientiæ ſtudium ho
mo imprimis ad diuinam ſimilitudinem proxime accedit: qui omnia
in ſapientia fecit: vt propheta teſtatur. Cum vero ſimilitudo dilectio-
nis ſit: atque amoris cauſa: ſapientiæ ſtudium nos præcipue Deo per
amicitiam iungit. Hinc ſapientiæ ſeptimo vere dicitur. Sapientia infi
nitus theſaurus eſt hominibus: quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt

amicitiæ Dei: Vtilius: quoniam per ſapientiam ipſam facillime ad im
mortalitatis gloriam peruenire poteſt. Sapientiæ ſexto dicitur. Con
cupiſcentia ſapientiæ deducet ad regnum perpetuum. Poſtremo nul-
lum ſtudium ſtudio ſapientiæ poteſt eſſe iucundius. Quoniam non
habet amaritudinem conuerſatio illius: nec tedium conuictus eius: ſed
lætitiam potius & gaudium: quemadmodum octauo ſapientiæ demō
ſtratur. Huius ego maximo ſtudio atque amore ductus iampridem nō
erudiendi: ſed plane ediſcendi gratia, ex ſacris libris quempiam le-
gendum ſuſcepiſſem, in eo ipſo ſtudio ab initio verſatus ætatis: ſed me
partim ingenii fragilitas: partim rei magnitudo deterruit. Nunc ve-
ro diuina (vt arbitror) inſpirante gratia, peropportūe mihi cecidit. vt
qui huic reipublicæ præeſſent: ſumma & auctoritate, & præſtantia viri:
mei autem longe amantiſſimi: quibus cum magnos propter aduerſa
hæc bellorum tempora, in publico, ac ciuili munere labores perpeſſus
eram. Solemni conſulto decreuerint, quaſi recreandi ac reficiendi a-
nimi mei cauſa: vt me ad hanc exercitationem compellerent: & a belli-
cis moleſtiis ad ſtudium ſapientiæ reuocarent. ¶ Eorum igitur vt ob
temperemus volūtati: quorum dicto parere neceſſe eſt: ex infinita qua-
dam librorum & ſacrorum voluminum multitudine, opus ſancti Hiero
nymi contra Iouinianum vobiſcum communicandum ne dicam expla
nandum, aggredimur: in quo vera cumulatæ ſapientiæ ratio continе-
tur. ¶ Duplex eſt enim ſapientiæ gradus. vt primo libro diuinarum in- Duplex ſapien-
ſtitutionum oſtendit Lactantius, capitulo vltimo. ¶ Primus gradus tiæ gradus
eſt: falſa intelligere: vt detecta fugiamus. Secundus, vera cognoſcere: Lactantius.
vt ea ſequamur: & amplexemur. Huic ſententiæ concors Salomon eſt,
prouerbiorum octauo inquiens. Veritatem meditabitur guttur me-
um: & labia mea deteſtabuntur impium. In quibus ſane verbis: vt re-
cte ſanctus Thomas aduertit: ex ore ſapientiæ, duplex ſapientis offici-
um demonſtratur. Primum quidem officium eſt, intendere veritatem
idcirco ait. Veritatem meditabitur guttur meum. Alterum vero er
rorem: qui circa veritatem eſt oppugnare. ideo ſubiicitur. Et labia mea
deteſtabuntur impium. Veritas nanque in recta diuini cultus noticia
obſeruationeque verſatur: ad quam etiam illuſtrandam Saluator miſ-
ſus eſt Chriſtus: qui Ioannis decimo octauo de ſeipſo dicit. Ego in hoc
natus ſum: & ad hoc veni in mundum: vt teſtimonium perhibeam veri-
tati. Vnde eius ex ortu, habitantibus in regione vmbræ mortis: lux
orta eſt eis. Iſaiæ capitulo nono. Quæ illa lux fuit: niſi perſpicuæ ac
manifeſtiſſimæ veritatis: lux vera: quæ illuminat omnem hominem ve-
nientem in hunc mundum: vt dicitur Ioannis primo. Impius uere di
citur: qui Chriſtianæ fidei integritatem falſo errore: ac vana ſuperſti-
tione confundit: Pietas nanque latine dicitur: quæ Græce θεοσέβεια: Theoſebia:
vel alio nomine εὐσέβεια: quorum illud ſignificat Dei cultum: hoc Euſebia
bonum cultum. Vnde & Auguſtinus libro Enchiridion primo, ca
pitulo primo: exponens illud Iob. Ecce pietas eſt ſapientia: inquit
Si vero quæras: quā dixerit eo loco pietatem: diſtinctius in græco repe
ries, Theoſebiam: quod eſt Dei cultus: dicitur eñ Græce pietas: & alter

Euſebia.

id eſt ẽuſebia:quo nomine ſignatur bonus cultus.Licet & hoc p̃cipue
referatur ad colendum deũ.Hæc Auguſtinus. Atq3 eadem pene de pieta
te dicit libro de Ciuitate dei decimo ,cap.primo.Lactantius quoq3 li-
bro ſecundo diuinarum inſtitutionũ.ca.xv. diffinit ευσεβειαν ſecundũ
Hermetis Triſmegiſti ſententiã his verbis. Η γαρ ευσεβεια εστι γνωσισ
του θεου. Euſebia inquit:quod eſt pietas:eſt cognitio Dei.Hinc labia ſa
pientis deteſtantur impium:per quod teſte ſancto Thoma libro primo
contra gentiles ,cap.i.Falſitas circa diuina3 veritatem deſignatur: q̃ re
ligioni contraria eſt.quæ etiã pietas nominatur : Vnde & falſitas con-
traria ei ,impietatis ſibi nomen aſſumit.Nã quod in noſmetipſos pecca
tur:flagitium vocant:quod aduerſus proximũ facinus:quod contra de
um.Impietas nominatur.Igitur ſapiens Hieronymus. Qui nõ abiit in

Flagitium:
Facinus.
Impietas

conſilio impiorum:ſed ſemper recta ſenſit:& in via peccatorũ nõ ſtetit:
ſed ambulauit ſemper in lege domini & fidei ſinceritate:& in cathedra
peſtilentiæ non ſedit:ſed ſanam doctrinã atq3 incorruptam docuit:ve-
ritatis amator:inſectator hæreticæ prauitatis:quatruplicẽ his libris ve
ritatem cõprobat:& circa illam quatruplicẽ falſitatem oppugnat.Cu3
enim triplex cõſtituatur vitæ humanæ ſtatus:Virginalis:Vidualis:Cõ
iugalis.Coniugium bonũ eſt:Viduitas melior:optima Virginitas. Et
hic eſt in Euangelio ,centeſimus ,ſexageſimus ,ac triceſimus fructus.

Triplex vitæ ſtatus.

Quorum primus Virginitatem:alter Vidualem continentia3:tertius
Coniugalem vitã exprimit.Hanc triũ rerum collationẽ probat Hierony
mus Virginitatis:integritatem duabus reliquis præferendo. Atq3 hãc
primã veritatem defendit inclytus doctor:& Iouiniani falſum cõfutat
errorem.Deinde cũ ſit vita hominis ,ſancti Iob teſtimonio ,tentatio ſu
per terrã:etiam poſt receptũ ſacrum Baptiſma a diabolo ſubuerti poteſt
hũana fragilitas. Quo circa princeps apoſtolorũ Petrus in prima eius
epiſtola cap.v.ſalubriter nos admonet dicens.Sobrii eſtote & vigilate:
quia aduerſarius veſter diabolus tanq̃ leo rugiens circuit querens quẽ
deuoret.cui reſiſtite fortes in fide.Sed ſi quis peccauerit:vt teſtis eſt Io-
annes apoſtolus epiſtola prima.ca.ii.aduocatũ habemus apud patrem
Ieſum Chriſtũ iuſtum:& ipſe eſt ꝓpitiatio pro peccatis noſtris.Hanc ve
ritatem ꝓbat Hieronymus:& contrariã Iouiniani ,& peruerſam redar-
guit ſententiam Qui diceret plena fide baptizatos a diabolo nõ poſſe
tentari:aut ſi qui tentarẽtur ,eos aqua & nõ ſpiritu baptizatos. Tertio
loco:cum ieiunium & ciborũ abſtinentia præclara ſit atq3 excellens vir-
tus ,cæterarũq3 virtutum fundamentũ:laudat eam Hieronymus : atq3
oſtendit longe eam eſſe cuiuis ſaturitati præferendam. Nã ieiunio vitia
comprimuntur:mens eleuatur:virtus paratur:& præmium.Vnde & ec-
cleſia mater:quæ nunquam in ſuis aberrat operibus : ſolemnem ieiu-
niorum quotannis obſeruationem inſtituit ,ac multiplicem per varias
anni tempeſtates ciborum abſtinentiam: ipſe quoq3 ſaluator Chriſtus
Ieſus quadraginta diebus ieiunauit ,& noctibus totidem : cuius actio
omnis noſtra inſtructio eſt. Nã defendit doctor inclytus veritatẽ:Ioui
nianum reiicit:qui gulæ laxabat habenas:& hoĩs.i.diuini ac p̃ſtantiſſi-
mi animalis vitã pecoribus æquabat:quæ natura prona ac ventri obe-

dientia finxit. Poſtremo cum varia ſint credẽtium merita: in cœlo quo
qꝫ non eadem beatorum remuneratio eſt. Quod etiam Saluatore tra
dente didicimus: qui ait in Euangello Iohannis capitulo .xiiii. In do-
mo patris mei manſiones multæ ſunt. Hanc veritatem tuetui Hierony-
mus: explodit falſam. Iouiniani ſententiam: qui vnam & eandem aſſere
ret mercedem eſſe in cœlo omnium: qui ſuum baptiſma ſeruauerint.
Quid igitur obſtat: cur non perfecto Hieronymus noſter ſapientis ſũ
gatur officio: qui & veritatem illuſtrat his verbis: & improbat falſitatẽ
Quare vt iam propius ad rem ipſam veniamus beatiſſimi doctoris hiſ Epithōe libri
libris intentio eſt. in quatuor propoſitionibus tuari veritatem: & circa legendi
illam improbare falſos errores. Vtilitas eſt in iis quæ proponuntur co
gnitio veritatis: qua nulla eſt homini voluptas iucundior. Ordo eſt pri
mum diſputare primam propoſitionem: deinde ſecundam: & reliquas
deinceps: quemadmodum propoſitæ ſunt. Diuiſio principalis fit in du-
os libros. In primo differitur queſtio prima. In ſecundo ibi. Secunda au
tem propoſitio .&c. Tres reliquæ pertractantur. Via doctrinæ eſt proce
dere per firmiſſimas rationes: & per teſtimonia diuinæ ſcripturæ: ac ſa-
cri eloquii: & interdum quoque ſecularium litterarum. Nomen libri cõ
tra quattuor propoſitiones Iouiniani heretici. ¶ Propoſitio ſecundũ Propoſitio.
philoſophos dicitur oratio verum falſumve ſignificãs. Quaſi ſui cau-
ſa tantum dicitur: vt ait Boetius: enunciatio nuncupatur. ſi ad aliquid
affertur probandum: propoſitio: ſi de ipſa enunciatione quæritur: & in
ambiguitatem ducitur: queſtio: ſi argumentis approbata eſt: concluſio
Quattuor vero propoſitiones quænam ſint: patefactum eſt ſupra.
¶ Iouinianus a quo Iouinianiſtæ: monachus fuit: qui vna cum Auxen-
tio Romanæ hanc peruerſitatis ſuæ: nouam inſeruit doctrinam: dicens
nullã nuptarum & virginũ eſſe diſtantiã: nullũqꝫ inter abſtinẽtes & ſim
pliciter epulãtes eſſe diſcrimẽ. Quod oſtẽdit Iſidorus Ethimologiarũ
li.vii.ca.v. & idẽ.xxiiii.q.iii.c. Quidã aũt. Cũqꝫ heretici definitio ĩ Io- Hereticus:
uinianum cadat merito hæreticus eſt appellandus. Nam hæreticus eſt:
vt Auguſtinus oſtendit: qui alicuius temporalis commodi & maximæ
gloriæ principatuſqꝫ ſui gratia falſas ac nouas opiniões vel gignit vel
ſequitur. Quod idem confirmatur libro quarto ſententiarum diſtin-
ctione .xiii. capitulo vltimo: & idem: xxiiii. queſtione. tercio capitulo.
Hæreſis. Hæreticus vnde ſit dicta declarat Hieronymus ĩ epiſtola ad Ga
latas his verbis Hæreſis autem Græce ab electione dicitur: quid ſcilicet
eam ſibi vnuſquiſqꝫ eligat diſciplinam quam putat eſſe meliorẽ. Idem
ſentit Iſidorus Ethimologiarum libro octauo capitulo tertio. & grati
anus confirmat .xxiiii.q.iii. capitulo. Hæreſis Reſtat auctoris nomen
Hieronymus videlicet ex Stridonis oppido: quod a Gotis euerſum. Dal
matiæ quondam Pãnoniæqꝫ confinium fuit. Quod ipſe teſtatur hiero
nymus libro ed Viris illuſtribus: huius doctrina: ſãctitas: & mira quæ
dam multarum rerum laus omnibus debet eſſe notiſſima. Hic præclarus
fuit. Eccleſiæ atqꝫ inclitus doctor: qui & diuinas litteras ſua diligentia
& ſtudio plurimum illuſtrauit: ob eamqꝫ cauſam magno apud omẽs ha
bendus in pretio vtpote Chriſtianæ religionis ſplendidũ ſydus: ac ful-
gentiſſimum lumen. hic igitur ſcripturus contra Iouiniani errores pri-
mum præmittit proluſionem quandam: deinde diſputationem ipſã ag-

Proluſio
greditur:ibi.Proponam igitur aduerſarii ſententias. In proluſiōe duo facit doctor inclytus:primum oſtendit vnde nouerit huius heretici falſam ſententiam: deīde falſam ſententiā oſtendit q̄n ā fuerit:ibi. Quæ res mihi aliquam ſuſpitionē.Rurſum in prima parte duo efficit:primuꝫ quod dictū eſt:deinde oſtendit errorem Iouiniani in ꝓcedendo:ibi.Verum ſcriptoꝝ.Primum ergo dicit:quod trāſmiſſos huius heretici legit cōmentariolos:& reuoluit crebrius:vt boni iudicis more primo cauſā cognoſceret:deinde ſententiam ferret.Epicurum vocat Chriſtianoruꝫ

Epicurus Chriſtianorum.
Iouinianū:quia ſicut ille ad corporis voluptatē & ſenſuum delectationem cuncta referebat:exploſus ob id ab omnibus philoſophis magnis ita hic arrecta euangelicæ veritatis doctrina aberrauit: malens corporis lacunā:ꝙ animæ explere theſauros. Euangelii veritate &Pauli Apoſtoli documentis confutādus Iouinianus eſt:& eo ancipite gladio conterendus.Vere poterat Hieronymus & probare quæ recta ſunt:& redarguere quæ praua.Habebat.n.et ingenii bonitatē:& fidei rectitudinem et diuinæ legis cognitionem.& iudicādi auctoritatē:cuius ſcripta omnia in catholica recipiuntur eccleſia:diſtinctione.xv.cap.Sancta Romana eccleſia.Verum ſcriptorum.Oſtendit quomodo in procedendo errauit:& id quidē dupliciter.Primo conſiderās ſermonis barbariē:deinde arguendi obſcuritatē.Et ideo inquit.Eorum quæ a Iouiniano ſcripta ſunt,tanta confuſio eſt:vt ꝓpter primū non poſſit intelligi quid loquatur:propter ſecundum:vt neq̄ etiam quibus ad probandū argumē

Argumentum
tis vtatur dignoſci valeat. Eſt enim argumentū ratio rei dubiæ faciēs fidem:vt Logici tradūt.Totus enim tumet.Declarat Iouiniani ineptā rationem:qui modo in ſublimē dicendi figurā videtur aſſurgere.Idcirco ait.Totus tumet.Modo in infimam deprimi:ideo ſubdit.Totus iacet. Quæ tranſlatio a mari ſumpta ē:quod modo tumeſcit fluctibus: modo tranquillitate quieſcit.ac proinde iacet:& colubri more nunc ſe in altum erigit:nunc contra debilitatus repente demergitur.Quod vitium in oratione maxime fugiendū eſt:nam reddit illam horridā,atq̄ aſperiorē:cum lenitatem,& veluti æqualitatē quādam habere debeat: qualia verba ſcribit Homerus niuibus ſimilia hybernis.Non eſt contentus noſtro &c.Ironice dicit,non eſſe contentū linguis hominū:ſed altius quiddam aggredi quaſi Angelorum eloquiū. Sed illud ſibi cōuenire quod ex poetria Horatii Flacci ſumptū eſt:vt.Parturiāt montes: na-

Horatius
ſcatur ridiculus mus.Magna parat Iouinianus ſcribens:finis ipſe leuiſſimus eſt:viliſſimus fructus.Pariunt montes:vt dicitur:qui tantæ molis ſunt:naſcitur puſillum animal:ac fere oīm abiectiſſimū. Quæ parabola frequenter in ꝓuerbiū vertitur.Sed magna moliri: parua efficere, ipſe non ſani eſſe hominis:non ſanus iuret Oreſtes.Hoc ex Perſii Saty-

Perſius
ris.&c:

¶ Auguſtini Dathi Oratio.XII.cū Marci Tullii Ciceronis Tuſculanas queſtiones publice legere incepiſſet.

G Ræci a quibus igenuæ artes,ac diſciplinæ fluxerūt:phiaꝫ quā noſtri ſtudium ſapiētiæ interp̄tantur:in duas primū partis diſtribuere conſueuerūt: quarum alterā contēplatiuam:alterā actiuā putant.Hæ vero inter ſe finibus diſtinguūtur. Et cōtemplatiuæ quidē cognitio ac veritas finis eſt. Actiuæ autē actio,atq̄

opus. De priore manifeſta ſentētia ē: de altera vero ita ſecūdo Ethicoꝝ inquit Ariſtoteles. Præſens negociū non contēplationis gratia eſt: quē admodū alia. non. n. vt ſciamus quid eſt virtus ſcribimus: ſꝫ vt boni efficiamur: Hinc & in libris officioꝝ dicitur. Virtutis laus oīs in actione conſiſtit. At primā quidem phiæ partem rurſum in tres alias ſecāt, Phiſicam. Mathematicam: Methaphiſicam: quam alio nomine Theologicā uocant: quas nos, Naturalem: Diſciplinalem: Supernaturalem vel diuinam interpretamur. Prima ſenſibilia corpora, motum, quietem, naturalium rerum ortum, interitum varietatem contemplatur. Altera potiſſimum quantitatem conſiderat: tum continuam tum etiā diſcretam Atqꝫ eadem in alias diſciplinas diſtribuitur. Arithmeticam: quæ verſatur in numeris: Geometricāꝫ, quæ figuras ſpeculatur: Aſtrologiā, quæ in aſtroꝝ ratione conſiſtit: Muſicam, quæ cantum ſonumqꝫ complectitur Tertia autem contemplatiuæ Philoſophiæ pars Ens ipſū, atqꝫ eius communem rationem continet. Subſtantias ſeparatas: intelligentias abſtractas. Motores orbium: ipſum deniqꝫ omnium finem cauſam cauſarum: ac principium principiorum Deum excelſum: atqꝫ omnipotētēꝫ contemplatur quatenus progreditur hominum imbecilla cognitio Igitur his partibus tota Contemplatiua Philoſophia conficitur. Sed illa quoqꝫ pars in tres rurſum diuiditur. quam Actiuam diximus appellari Ethicam quæ nos circa mores inſtruit. & vniuſcuiuſqꝫ hominis vitam inſtituit Oeconomicam: quæ in rei domeſticæ ac familiaris regimine & gubernatione verſatur: politicā: q̄ ciuitatis & reipublicæ inſtitutionem cōplectitur. Hæc a Socrate initiū atqꝫ originē ſumpſit: quam Diogenes Laertius in decem ſectas ac diſciplinas ſcindit: Academicā: Cirenaicam: Eliacā: Megaricā: Cynicā: Eretricā: Dialecticā: Peripateticā: Stoicam: Epicureā: Academica triplex perhibetur. Vetus cuius pricipē Platonē ferunt. Media: cuius Arceſilaus princeps traditur. Noua: cui Lacides præfuit. Cirenaicæ auctor fuit Ariſtippus Cireneus: Eliacæ Phædon Elienſis: Megaricæ Euclides Megarenſis: Cynicæ Antiſthenes Atheniēſis: Eretricæ Menedemus Eretrienſis: Dialecticæ Clitomachus Calcedonenſis: Peripateticæ Ariſtoteles Stagerites: Stoicæ ʒenō Cittieus: Epicureæ: is qui et diſciplinæ ipſi nomen ſuum indidit. Omnis autem philoſophiæ partes graues, vtiles, & cognitione dignas eſſe conſtat: ſed illa iure optimo anteponenda ſit cæteris: quæ mores atqꝫ inſtituta vitæ complexa eſt: quæ hominum vitā inſtruit: & oēm humanæ vitæ rationē ac diſciplinā cōtinet. hæc frugifera pars: hæc ſplendida & ſalutaris hominū generi putanda eſt: hic locus vberrimus: qui & latiſſie pꝫ: & ad bn̄ viuēdū maxīe neceſſarius iudicatur. Hūc locū cū ſæpe alias. M. Cicero tū maxīe Tuſcalanaꝝ diſputationū libro accuratiſſie illuſtrauit, ī quo tāta eſt Moralis ſapiētiæ diſcipliā vt neſciā an xpiana īſtitutiōe excepta q̄c q̄ poſſit vel ſcribi vtilius vel ſplēdidius cogitari. Hic ſane liber ſi recte fuerit itellectus magnū oībus qui bn̄, & cū uirtute volūt viuere: adiumētū affert. Quamobrem eum nos explanandum ſuſcepimus vt noſtra explanatione & obſcuriora clareſcerent: & Ciceronis ipſius eruditio ac doctrina illuſtraretur Pleriqꝫ enim qui Philoſophiæ rudes atqꝫ integri ſunt ita legunt. Ciceronē vt maximā tanto viro īferre iniuriam videā

Phiæ diſtributio

Euagatio

Diogenes La.

Sectæ phicæ

Tuſc. q. cōmendatio.

Prouerbium

tur. Illotis pedibus id quod dicebat Fauorinus philoſophus: ad res grauiſſimas atq; pulcherrimas nō tam cognoſcendas / ꝙ irridendas accedunt. vos vero ſi nō exactam expoſitionē fuerimus perſecuti: certe ſublatis difficultatum ſcrupulis / ad inueſtigandā præclari operis cognitionem / manifeſtum aditum patefecerimus: cōmentatoris officium ꝑ virili noſtra conſectabimur: & ipſius auctoris mentē liquido (quantū in nobis erit) aperiemus. Cōmentatoris nāq; officium eſt: vt ad Pammachiū delitiæ meæ ſcribit Hieronymus: nō quod ipſe velit: ſed quod ſentiat ille: quem interpretatur exponere. Id ipſum & nos faciemus / hac tamen lege: vt ſi quid aduerſus catholicæ fidei veritatem vſpiam ſenſerit: id nobis ꝑ noſtro arbitrio liceat improbare. Sed iam ea q̄ præcognoſcenda ſunt afferri debent: vt ad rem ipſam facilius noſtra feſtinet oratio.

Inſcriptio.q.t

Marcus pronomen.

Tullius ꝓpriū nomen.

Cicero cognomen.

Vita Cicerōis

¶ Inſcriptio operis imprimis eiuſmodi eſt. M. T. Ciceronis Tuſculanarum diſputationum. ad. M. Brutū liber fœliciter incipit. M. T. Cicero / Anonima ſunt: & eundem ſignificant virū huiuſce operis auctorem. Sed Marcus prænomē eſt ſecundum Romanorum conſuetudinē: qui cuiuſdam differentiæ gratia ꝓpriis nominibus alia preponebant. Tullius ꝓprium nomen eſt: Cicero vero cognomen: cū omni Ciceronum familia cōmune: quæ & Tulliorū cognominabatur: quæ (vt Silius Italicus teſtis eſt) inde vſq; a Tullio Volſcorum rege repetitur. Nunc tamen Arpinatem ferunt: quod nos ſuo loco differemus vberius. Parentibus nō ignobilibus natus eſt Tullio: atq; olbia equeſtris loci: atq; ordinis homo: qui velut medius apud romanos inter patres & plebem cenſebatur. Hic fuit nō ſolū clariſſimus orator: ſed etiā magnus philoſophus: teſtimonium perhibent multa: quæ in philoſophia grauiter accurateq; conſcripſit: teſtimoniū perhibeat Firmianus Lactantius primo ſacrarū inſtitutionum libro: & inclytus Hieronymus. in Naum ꝓphetam: quorū vterq; Ciceronem oratorem pariter philoſophūq; appellant. Hic Oratores ſæculorum omniū eloquentia ſuperauit: apud philoſophos ſemper clarus habitus eſt apud iuriſcōſultos magna ſemꝑ auctoritate ac gloria hunc & Chriſtianiſſimi theologi ac ſanctiſſimi viri magno honore ꝓſecuti ſunt: vt pleraq; quæ ab eo tradita eſſent / cōprobare videantur Sed de auctore operis ſatis. Librum / Tuſculanas diſputationes inſcripſit: teſtis ipſe idem Cicero eſt in ſecūdo libro de diuinatione / ita inquiens Libri Tuſculanarū diſputationū res ad beate viuendum maxime neceſſarias aperuerunt. Atq; & in hoc item prefatione ita in calce dicit. Sed quo cōmodius diſputationes noſtræ explicentur. Eſt enim confirmatio is ſermo: qui & veritatem dilucidat: & improbat quod falſum videatur quorum vtrūq; his libri copioſe agitur. Nec inficior tamen & Tuſculanas poſſe quæſtiones inſcribi: ſiquidem quæſtio hoc loco inquiſitionem quandam atq; inueſtigationē ſignificat: inueſtigantur autē / inquiruntur: tractantur hoc libro res ad beate viuendū maxime neceſſariæ. Itaq; & ipſe Cicero nōnunꝙ quæſtiones appellat. Tuſculanæ idcirco dictæ ſunt: quoniam in Tuſculano habitæ erant. Brutus / cuius nomini liber inſcribitur. Bruti & Seruiliæ fuit filius: & ita Catonē Vticenſem habuit auunculum: cuius ſeruiliam fuiſſe ſororem cōſtat: fuit autē Brutus non modo cū Cicerone ſumma familiaritate iunctus: ſed etiā ſingulari doctrina præditus: qui & ipſe philoſophiā latinis litteris illuſtrauit: & ad

Tuſc.q. vnde dictæ

Brutus.

Ciceronem ipſum de virtute librum nō inelegantem ſcripſit:ad quē ex‑
tant pleraq; & in philoſophia,& in Oratoria arteCiceronis ſcripta vo
lumina:in quis & Tuſculanæ diſputationes:quæ in manibus ſunt. Pri‑
mus liber idcirco prænotatur:quoniā quattuor deinde alii ſubſequun‑
tur. ¶Subiectum autē operis huius mea ſententia nō iniuria dicetur Subiectū libri.
eſſe,vel optima viuendi ratio:vel perfecta hominis inſtitutio.Nam & in
libro deDiuinatione ſecundo,aſſerit his libris.M. Tullius optimarum
artiū vias ſuis ciuibus tradidiſſe.Optima autē vitæ ratio,ſiue quis ma
lit perfecta hominis inſtitutio his duabus rebus conſtat:vt & mala re‑
pellamus:& aſciſcamus quæ bona ſunt.quare& primi quattuor libri de
aſpernandis perturbationibus:quintus de virtutis perfectione quadā
ac p̄ſtantia pertractare cernitur. Quem autem intellexerimus inuictū
animum aduerſum perturbationes gerere:& tn̄ ꝙ ſolū bonū in huma‑
nis rebus ſolum cōplecti atq; amare virtutem:eū nos & optime viuere,
& recte ac perfecte inſtitutum:negare nō poſſumus.Itaq; iam ſatis libri
materies imprōptu eſt.Ex his vero quæ hactenus explicata ſunt,& ſum
ma operis ipſius vtilitas eluceſcit. Nā cognitis perturbationibus,co‑
gnita itē virtute:qđ in libris agitur:excitatur optimo quiſq; ingenio
præditus:atq; accenditur:tum ad cohercendas animi perturbationes:
tum etiā ad cōplectendam virtutē:quæ profecto vtilitas late patet:&cū
omnibus hominibus debet eſſe cōmunis.Magna ꝑfecto vel maxima po
tius vtilitas eſt,fugatis vitiis,ac repulſis indignis ſapiēte homine per
turbationibus cunctis (vt aiunt) viribus virtutē amplexari. Sequitur
autem hoc opere Cicero:quoad diſputandi rōnem Academicos: ꝓbat
autem plerunq; Stoicorū ſententias:eorūq; vtitur diffinitionibus. Nā
Ciceronis inſtitutū eſt:vt nullis vnius ſectæ legibus aſtringatur: q̄bus Cicero.inſtitu
ipſe neceſſario ſemper pareat:ſed ꝓ ſuo more,quid in quaq; re maxime tum.
probabile:ac ſimillimum veri ſit,ſemꝑ requirit. Itaq; eodē tempore &
Academicus eſt & Stoicus Cicero.Academicus quidē:quia id quod in
quaq; re maxime ꝓbabile eluceſcit libero iudicio ſeq̄tur:ac probat Stoi
cus autem.quia quæ maxime ꝓbabilia iudicat,pleraq; omnia Stoico‑
rum ſunt. Quocirca &virtutē viſus eſt ſolum bonū conſtituere.Modus
agendi idē hoc libro ſeruatur:quo viri omnes doctiſſimi vti ſolent.Nā
& diuidit:quæ diuiſione ſoluenda ſunt:vt cū dicit. Quattuor eſſe ꝑtur
bationū ſpecies.Diffinit,q̄ diffinitione terminanda ſunt:vt cū oſtendit
quid ſingulare animi ꝑturbationes ſunt:atq; earū omniū explicat diffi
nitionem. Quæ vero ꝓponit ea optimis argumētis ac firmis rōnibus
cōprobat:quam triplicē differendi rōnem philoſophi omnes atq; eru‑
ditiſſimi viri ſeruare ſunt ſoliti.Liber autē ipſe Dialogi ſunt:in quibus
inductæ perſonæ colloquuntur,Marcus & Atticus:quorū alter proponit Dialogi.
quid ſentiat:alter contra diſputans ex rebus conceſſis elicit veritatem
atq; cōcludit.Solet ī Academia is qui audire vult ꝓponere quid ſibi vi
deatur:qui autē differit perpetua cōtra oratione diſputare.Cicero aūt
quem proponentē introducit:eundē iubet ſuæ quoq; ſententiæ afferre
rationem.Nā Atticus verbi cauſa nō ſolum mortem dicit ſibi malū vi‑
deri:ſed etiam addit rationem:cur ita ſentiat. Atq; hūc moremCicero
in pleriſq; libris ſeruare,ac tenere conſueuit. ¶Dialogorū autem con‑ Plato dialogo
ſuetudo potiſſimū dePlatone ſumpta eſt:cuius&.M.Tullius atteſtante rum author.

Lactantio ſolus extitit imitator. Liber omnis in pfationem diuiditur & diſputationē: diſputatio autem quintuplex eſt: & in totidem libros confertur: quorū primus eſt de contēnenda morte. ſecūdus de tolerando dolore: de ægritudine lenienda tertius: quartus de reliquis animi perturbationibus: quintus eum locū cōplexus eſt: qui totā philoſophiā maxime illuſtrat: docet enim ad beate viuendū virtutem ſeipſa eſſe contentam. Hæc nāq3 ipſius Ciceronis diuiſio eſt: quā & in ſecundo de Diuinatione libro pſequitur. Verū quia bimembrem oportet eſſe optimā diſtribuendi rationē: diuidimus Tuſculanas diſputatiōes in duas partes. In prima agitur de perturbationibus animi. q ipa primis quattuor libris abſoluitur: in altera de pfectione virtutis: quæ ſeipſa ad beate viuendum contenta ſit. quod in quinto libro fieri & pertractari conſtat. Sed iam ad explanationē pergamus: cū defenſionum laboribus. Hinc incipit præfationis initiū: in qua prius ꝙ diſputationē ipſam aggrediatur: auditores beniuolos, dociles, atq3 attentos facit. Na3 tum illuſtraturum ſe Philoſophiam profitetur, attentum auditorem facit: rem nāq3 grauem & pclaram pollicetur Philoſophiā: in qua laus vitæ conſiſtit vnde bene viuendi ratio emanat. Cūq3 ſe cōſiderare & ſplendide ſcripturum oſtendit: queadmodū ad legendu3 lectores attentos: ita & ad intelligendū dociles facit. Captat autem beniuolentiā: cū ſe ciuibus ſuis & profuiſſe occupatum, & nunc pdeſſe ocioſum declarat. Et em̄ tunc dicimus prodeſſe quēpiam occupatū: cū in actiua & negotioſa vita omnem impendit vel amicis, vel reipublicæ operā ¶ Quoniam (vt ſcribit Plato ad Architam Tarentinū) nō ſolū nobis nati ſumus: ortuſq3 noſtri partem vendicat patria: partē amici: ocioſos nos autē prodeſſe tu3 iudicamus: cum quieti & laboribus, ac negotiis liberi: nec nos dedimus voluptatibus: nec deſidia & torpore languefcimus: ſed vel ad docēdi munus: vel ad aliquid ſcribendū, operam ſtudiūq3 cōuertimus. Itaq3 & noſter Cicero cū Cæſaris dominatu omnia tenerentur: cū a iudiciis & foro cum a republica remotus eſſet: ſeſe ad Philoſophia3 retulit: in qua adoleſcens plurimū verſatus erat: & ita retulit: vt multa etiā litteris cōmendaret: quo tempore & de natura Deorū, & de officiis, & Tuſculanas diſputationes & alios pleroſq3 libros in philoſophia cōſcripſit. Principio igitur libri huius ne iam pluribus immoremur: oſtendit ſe M. Tullius ad philoſophiam animū retuliſſe. Hæc enim ſunt ea ſtudia: in quibus ab initio fuerat verſatus ætatis. Itaq3 circūſtantiis oſtendit Philoſophiam: quā animo & habitu retinuerat: exercitatione remiſerat. qa pro temporibus remiſſius fuerat philoſophatus: ac lentius longo interuallo & curriculo intermiſerat: quonia3 turbulentiſſima conſulatus ſui tempeſtate, & aduerſis Reipublicæ temporibus, nullā poterat in philoſophiam operam conferre: ſed nō ommiſerat. Nam liberatus omnino Senatoriis muneribus. id eſt ambitionis occupatione, & reipublicæ cura, liberatus ex magna parte defenſionum laboribus. id eſt Forenſibus cauſis: quorum illud pertinet ad genus conſultatiuum: hoc ad iudiciale: ad philoſophandum animum applicuit: & vetera ſtudia reuocauit. Et cum omnium artium. Declarat ad quam partem philoſophiæ animū reuocauerit: & quā philoſophiæ partem illuſtrandam ſuſceperit: Ac dicit illuſtraturum ſe & litteris traditurum rationem: & diſciplinam om

Diuiſio tuſc.q.

Plato idē Cic.

nium artium:quæ ad rectam viuendi viam pertinent. ❡Recta viuendi ratio ſignificat eam partem philoſophiæ:quæ moralis ſapientiæ diſciplinam & vitæ inſtitutionem continet. Nam diuiditur moralis ſapientia in duas partes. Vnam quæ in præceptis: alteram quæ in inſtitutis poſita eſt. Præceptū eſt em̄ quod quid faciendū aut nō faciendū ſit: docet. Inſtitutū autē: quod tam in legibus ꝙ in moribus ad honeſtatē ducit. Præcepta nunc his libris & diſciplinam ac ſcientiā quandam bene viuēdi docet. M. Cicero. Libris autem de officiis ad honeſtatem ducit. Naꝫ & rhetoris alia ſunt præcepta dicendi: aliud cū declamando ad exercitationeꝫ inſtituit. ſtudio ſapientiæ. Philoſophiæ nomen interpretatur φιλια eſt apud Græcos ſtudium vel amor / vel affectio (vt ait Seneca) ſapientiæ. Non quia philoſophia Græcis. Præoccupatione vtitur: & tacite his reſpondet: qui forte obiiciant græcis tum legendis: tum præceptoribus philoſophandū eſſe. Doctrina duplex eſt. Vna quæ per inuentioneꝫ paratur: altera quæ ab alio accipitur. Cicero iudicat & inueniſſe multa latinos ſapientius & quæ a Græcis mutuati ſunt / etiam perfectiora reddidiſſe. Sed quæ a græcis ſumpta ſunt / partim ſtatuerunt digna eſſe in quibus verſarentur: partim vero nō ſatis digna. Dignam ſtatuerunt omnem actiuam philoſophiam: Ethicam: quæ mores & inſtituta: Oeconomicam quæ res domeſticas & familiares. Politicam quæ rempublicā complexa eſt. Sed Reſpublica in res vrbanas partitur & bellicas. In vrbanis rebus ſunt inſtituta: quæ mores & municipalia iura deſignant: & leges quæ & communiores ſunt: & latius patēt In re militari ſpectatur diſciplina / & ſcientia bellicarum rerum: & virtus quæ exercitationem / ac diſciplinæ vſum ſignificat. Atqꝫ his omnibus laudibus dicit. M. Tullius præſtitiſſe Romanos: quas plerumqꝫ litteris & inſtitutione aſſequimur. Sunt & aliæ laudes: que natura ingenitæ ſunt non quidem perfectæ / & ad ſummum perductæ: ſed a natura potius inchoate: quarum latinis promptiorem natura ingenerauit poteſtatem. Sunt enim quædaꝫ ad quæ percipienda maiorem Romanis tribuit natura facultatem:

Recta viuendi ratio.

Attende

❡Græci natura leues perhibentur: contra Romanis grauitatis & conſtantiæ innate ſunt ſemina. Græci natura vani iudicantur. Romani vero ad magnitudinem animi / ad probitatem / & ad fidem nati videntur. Quo loco & omnia fortaſſis virtutum genera complexus eſt: ſi grauitatem ad Prudentiam: ſi conſtantiam ad moderationem: magnitudinem animi ad fortitudinem. probitatem ad bonitatem & iuſticiam. fidem deniqꝫ ad fundamentum humanæ ſocietatis referre voluerimus: Doctrina Græcia nos. Doctrinam nouimus pertinere ad Philoſophiam & ad Mathematicos: quorum exploratiſſima ſcientia eſt: litterarum autem genus atqꝫ eruditionem credimus potiſſimum hoc loco ad oratores / ac poetas referri: qui proximi grammaticis ſunt: a quibus etiam pertractantur. Sed poeticam Romani ſero arripuerunt. Mathematicam vero non ſatis dignam putauerunt: in qua vehementer elaborarent. Itaqꝫ facile erat vincere nō repugnātes: ſed romanis iam litterarum & doctrinæ ſtudia capeſſentibus: tā de eloquentia ꝙ poſt de Phīa tam de doctina ꝙ de clariſſimo litterarū genere cæperunt, Latini dubio ꝓcul certare cū Græcis. Noſtris vero tēporibus latini & theologi & phi

Græci.

Romani:

loſophi Græcos ipſos longiſſime antecellunt:a quibus tamen eloquen
tia & dicendi copia ſuperantur. Nam cum apud Græcos oſtendit poeti
cam primum & ſero cognitam: & ſerius receptam a Romanis:cum ta-
men apud Græcos antiquiſſimum e doctis ſit genus Poetarum/exẽplo
Homeri:qui Meliſigenis proprio nomine appellatus eſt: & eius fratue-
lis Heſiodi:qui eadem tempeſtate apud Græcos claruerunt: ꝙꝙ ferunt
Homerum aliquanto natu fuiſſe grandiorem:ſed certe fuerunt ante Ro
mam conditam:Siluiis Albæ regnantibus annis poſt bellum Troianũ
circiter.c.&.lx. Archilocus autem claruit regnante Romulo:vel vt Cor
nelius nepos tradit. Tullio hoſtilio rege pene iter ipſa incunabula Ro-
mani imperii:primus apud Romanos.L.Liuius fabulam primus docu
it annis.XVX.poſt vrbem conditam:vel vt in Bruto ait ãno.xiiii. &.d.
Eſt inter ſcriptores de numero annorum cõtrouerſia:ſed certe.C.Clau
dio Appii Cæci filio.M.Sempronio Tuditano Coſſ. Quo tempore et
cum Pœnis pax facta eſt.Claudium & Tuditanum conſules ſecuti ſunt
Q.Ennius — Q.Valerius:&.C.Mallius:quibus conſulibus natum eſſe.Q.Ennium
poetam Tarentinum ſcribit.M.Varro in primo de poetis libro. Anno
C.Neuius. — deinde poſt Romam conditam.D.vnde vigeſimo.C.Neuius poeta na-
tione campanus fabulas apud populum dedit:qui & primo Punico bel
lo ſtipendia fecit. Itaq; & id bellum carmine proſecutus eſt. Qui dein
Plautus. — de pulſus Roma factione nobilium præcipue Metelli Vticæ diem ſuũ
obiit. Poſtea vero ãnis paulo amplius.xv.floruit in ſcæna Plautus.quo
tempore in ciuitate.M.Cato orator dominari videbatur. Plautus autẽ
Sarſinas fuit genere ex Vmbria:qui ita ãnonæ difficultate premebatur
vt ad molas manuarias piſtori ſe locauerit:vbi cum ab opere vacaret/
ſcribere fabulas ac vendere ſolicitus conſueuerat. Neuium aũt & Plau
tum Comicos fuiſſe poetas conſtat. Sed ſunt qui non Liuium:vt ait Ci
Primus Romæ ꝗs poeticã co lere cæpit — cero:ſed Portium Licinium poeticam Romæ cæpiſſe opinentur. Sed vt
vt res ſe habeat:ſero vel cogniti poetæ apud Romanos vel recepti ſũt.
Nec ſi apud maiores mos fuit epularum:vt deinceps qui accubarent ca
nerent ad tibiam clarorum hominum laudes ac virtutes. Honos tamẽ
habebatur poetis:quando vituperatus eſt a Catone ipſo. M.nobilior:i
cuius exercitu in Etolia.Q.Ennius poeta militaſſet. Q.Ennium Ta-
rentinum Cato Quæſtor Romam tranſtulit.M.nobilior in Etoliam
conſul duxit.Quintus vero nobilior Marci filius ſtudioſiſſimus litte-
rarum ciuitate donauit.Veterum Romanorũ epulis fides ac tibias ad-
hibere moris fuit:id oſtendit.F.Quintilianus libro oratoriæ inſtitu-
tionis. Idem.M.Cicero in hac libri præfatione:& poſt in ꝓlogo quar-
Libri originũ Cat.epithomæ — tæ diſputationis:ſed ante alios.M.Cato ſenex ĩ eo libro quas iſcripſit
origines:quem librum ſcripſit ſenex:& in ſeptem libros diuiſit:quorũ
primus continet res geſtas populi Romani:ſecundus & tertius vnde ꝗ
q; Italica ciuitas orta ſit:quæ fuit totius operis inſcribendi ratio:quar
tus continet primum bellum Punicum:quintus autem ſecundum:reli-
qui reliqua bella perſequuntur vſq; ad præturam Seruii Galbæ:qui Lu-
ſitanos diripuit:in quibus duces bellorum non nominauit. ſed ſolum
res notauit. Iiſdem duobus libris exponuntur quæ in Italia:quæque in
Hiſpania admiranda viderentur. Et hæc de originibus Catonis quæ ab
eodem in libro Ciceronis de ſenectute commemorantur. Quominus

igitur honoris:in omnibus & diſciplinis cõtingit & artibus:vt quibus
maior laus tribuatur:& plus habeatur honoris:ad eas ſe homines po-
tiſſimũ conferant.Itaq; par ratio eſt:& ſtudii/atq; exercitationis &: p̃-
mii:qui eſt honor:quantus honos eſt:tantũ erit & ſtudii:Sublata autẽ
impellente cauſa:& effectus deſinit:tamẽ & aliqui qui magnis ingeniis
in eo genere poetandi extiterunt:fuerunt Græcis nequaꝙ inferiores

Vergilii et Cice. cõmẽdatio

Quod ſi Maronis æneidem.M.Tullius inſpicere potuiſſet/etiaʒ in eo
genere latinos anteposuiſſet.Vere dictuma Cicerone de Virgilio.Ma-
gnæ ſpes altera Romæ duplex latinorũ decus Tullius & Virgilius.Et il
le teſtimonio Apollonii Molonis Græcos eloquẽtia ſuperauit.Hic om

Apollonius Molonis.

nium eruditorũ hominũ confeſſione ac iudicio vel Homerum carmine
antecelluit.Nã & Gemiſtos doctiſſimus memoriæ noſtræ Platonicus/
apud Ioannem Palæologũ Græcorũ:Virgilium Homero præferre auſus
eſt.Deniq; artium alimentũ honos eſt:gloria ſtudiorum exercitationeʒ
parit:illa reiiciuntur:quæ in nullo apud homines pretio ſunt.Ac ſi lau
datus eſſet Fabius Pictor quod pingeret:& nos habuiſſemus multos Po
licreti ac Parraſii ſimiles.fuiſſentq; excitati cõplures & ad pingendi &
ad fingendi artem.Hic Fabius etiã pictor cognominatus eſt:fuitq;(vt
ait in Bruto Cicero) & iuris & litterarũ & antiquitatis bene peritus.

Fabius pictor
Policretus.
Parrhaſius.

Policretus Statuarius in arte fingendi apud Græcos decoris palmam
meruit.Parrhaſius pictor plurimum pingendi artẽ illuſtrauit.Cum hoc
& Socratis ſermo apud Xenophontem reperitur.Floruit autẽ circa Pe-
loponeſia tempora:quẽadmodum & ʒeuſis priſcis ſæculis Græci omni
laude excellere merito putabantur.Sed multarum poſtmodũ rerum glo

ʒeuſis.

ria in latium tranſlata eſt:in quis & pingendi ars:qua Etruſci in miruʒ
modum præſtiterunt:& Sena inclyta Etruriæ ciuitas : omniũ conſenſu
principatum obtinuit.Summã eruditioneʒ Græci.Ponit ea quibus græ
ci multum operæ.Latini nihil pene tẽporis tribuebant.Muſicam Græci

Muſica Græco.

colebant:quod eam etiã cũ beneviuendi ratione coniunctã exiſtimarẽt
Itaq;& mos fuit apud illos(vt ait Quintilianus)vt i cõuiuiis poſt cæ-
nam lyra circunferretur:Quare & Socrates iam ſenex inſtitui lyra nõ

Lyra poſt conuiuia.

erubuit.Epaminundas quoq; & ſi magnus eſſet & philoſophus & impe
rator:tamen in neruorũ pulſu & vocũ modulatione verſatus eſt:quorũ
& vtrunq; cantus ſeu concentus appellatur.Et laudatus eſt Epaminun
das Thebanorũ Dux:quod fidibus p̃clare cecinit:vituperatus eſt Themi
ſtocles Athenienſiũ princeps:quod in conuiuio lyrã recuſauit.Phĩa cul
tura animorum eſt:nã excolitur animus virtute ac doctrina. Qui igi

Attende.

tur omnes phiæ partes adeptus:is omnino doctrina excultus putari de
bet:qui vel Muſica vel quauis phiæ parte defecerit:is nõ ſatis excultus
doctrina exiſtimatur.Ex hac fortaſſe cauſa Græci omnes diſcebant fidi
bus.In ſummo apud illos honore.Quæ fuit apud Græcos Muſicæ : ea-
dem fuit & Geometriæ ratio:vt in magno atq; illuſtri honore habetur.
In hiſce Mathematicis diſciplinis Græci ab initio ætatis verſabantur:
quod his inſtituti adoleſcentes aptiores facilioreſq; ad altiores doctri
nas percipiendas redderentur.Nã & Pythagoras quos erudiendos ſu-
ſcepiſſet:prius Mathematicis inſtruebat:tũ Phyſicis.Mathematicas ve
ro potiſſimum Geometriam:Gnomonicaʒ Muſicam:cæteraſq;eiuſmo-
di diſciplinas veteres Græci appellabãt:quas & in primo gradu certitu-

dinis atq; exploratæ cognitionis collocauit Auerroys. Et Quintilianus quoq; non ſine cauſa ſummos etiam viros impenſam Geometricæ ſcientiæ operā dediſſe confirmat. Sed Geometria innumeros: quos Græci Arithmos vocant: & formas quæ hoc loco Ioānes Damaſcenus Schemata appellat: a Græcis ipſis diuiſa eſt. Itaq; & Cicero metiri ad alterā partem: ratiocinari ad numeros retulit. At nos metiēdi artificioſe hoc loco Cicero Græcos redarguit atq; accuſat inſipientiæ. Quid enī tā contra ſapientiam eſt: temeritate excepta: ꝙ nimis multam operam in res obſcuras ac minime neceſſarias conferre. Ariſtoteles etiā .vii. libro Politicorū diſciplinam liberalē: atq; honeſtam conſtituit muſicam: ſed non vtilem: neq; neceſſariā ſicut contra litteræ (vt idē ipſe ait) ad lucrū & ad rē familiarē: & ad ſtudia & ad ciuiles actiōes ꝙplurimas conferūt. Figurandi autem peritia vtilis Ariſtoteli videtur ad iudicandu; ſolertius artificum opera: queadmodu; & Gymnaſtica ad ſanitatem ac robur. Sed de his alio loco plura. Latini ex his ſapienter tantum accipere voluerunt: ꝙtum vel ad dimetiendū vel ad ratiocinandū ſatis eſſet. At cōtra Oratorem. Nunc eas diſciplinas proſequitur explicare: quas Romani & acceperunt a Græcis: & ſuo dignas labore cenſerunt: eloquentiam & ſapientiæ ſtudium: quæ philoſophia dicitur. Dicit autem primū Romanos cōplexos oratorē aptum quod naturæ eſt: atq; ingenii: deinde ſtudioſum tamē artis expertem: qualis fuit Cato ſenex: qui adoleſcēs orationes confecit (vt ait Cornelius Nepos) ſenex hiſtorias ſcripſit: in quibus omnibus multa induſtria & diligentia cōparet .s. ex ingenti ſtudio nulla doctrina .s. ex arte. Poſt Romani complexi ſunt Oratorem etiam eruditum: & artis præceptis inſtructū. vt Sergius Galba princeps ex latinis: qui illa oratorū propria & quaſi legitima opera tractauit: vt Scipio Aphricanus .s. Pauli filius: qui dicitur in libro de officiis: eloquentia cumulauit bellicā gloriam qui etiā orationes habuit contra .M. Neuium. Tr. pl. a quo fuerat accuſatus: quod a Rege Antiocho pecuniā acce pi ſſet: vt C. Lælius: quē doctum fuiſſe: atq; eloquentē proditu; memoriæ eſt: qui & filiam habuit eleganti: ac paterna eloquentia præclarā. De tribus his & in Bruto ita Cicero inquit. Sed inter hos Lælium: & Aphricanum paululū his antecedens ſine controuerſia Ser. Galba eloquentia præſtitit. Sed poſtmodum habuerūt Romani Oratores ita magnos: atq; ita claros: vt nec etiā Græcis inferiores eſſe viderētur. Teſtes ſunt Lepidus Cato Vticenſis: gracci quoru; eloquentia (vt ait Quintilianus) multum contulit Cornelia mater: quæ & filium in petitione Tribunatus: grauiter ac ſplendide allocuta eſt / & filii: qui omnes nemini græcorum ceſſerunt: philoſophia iacuit vſq;. Hactenus de ipſa eloquentia explicatum eſt: quam celeriter Romani cōplexi eſſent: nunc ad philoſophiā ſermo conuertitur. quæ & ipſa reipublicæ plurimū videtur vtilitatis afferre. Quæ cum nullū ad id tempus lumen habuiſſet litterarum latinarum: quoniam aut philoſophiam contēnebant: aut græce philoſophabantur. nunc & illuſtrāda eſt: quod fit Ciceronis de philoſophia libris & excitanda: vt alii quoq; Ciceronis exemplo / ad eiuſdem ſtudii cupiditatem et exercitationem cōmoueantur. Ita enim cum M. Tullius occupatus profuerit ciuibus ſuis vel ſingulis: amicos defendens / vel vniuerſis: rempublicam gubernans ocioſus nunc proſit ea illuſtrans ſcri-

Diſciplīæ quas Ro. a grecis acceperunt. Orator.

Scipio Aphri.

Phia Ro.

ptis ſuis:quæ non parum ad beneuiuendum afferant adiumenti. In quo
magis eſt. Oſtendit hoc loco longe eſſe melius iacere ac negligi philo-
ſophiā:ꝙ perperã tradi. Quod faciunt illi:qui cū ignari ſint:& rudes
eloquentiæ.quæ ſola lucem rebus ſolet afferre:ſuas ſententias & philo-
ſophiæ ipſius frugem:ita inconſiderate:ita præter ratione̅ atq; ordine̅
ſcribunt:vt pro lumine tenebras rebus effundant : & eas non tam illu-
ſtrare:ꝙ confundere videantur. Nam id in promptu eſt:verā ac perfectā
philoſophiam duobus cōſtare:recta ſententia:& luce verborum. Illuſtre̅ Philo. duobus conſtat.
autem ſententiā abſq; orationis lumine:nullā omnino reperiri. Quod
ſi quis alterum horū aſſecutus ſit:altero careat:erat fortaſſe vir bonus:
ſed certe non ſatis eruditus. Sed mandare quē ꝙ litteris. Qui tempe-
ranter & cum recta ratione ocio quod philoſophiæ ſtudiis impendi ſo-
let,& litterarū eruditione vti voluerit:eum neceſſe eſt ita cogitationes
ſuas ſcriptis mandare & litteris:quod ad inuentionem pertinet:vt eas
& recte diſponere:quod diſpoſitiones:atq; ordinis propriū eſt:& copio
ſe illuſtrare poſſit:quod ad elocutionem ſpectat:quæ res lectorem alli-
cit:ac delectat plurimum. Qui autem ſecus fecerit:intemperanter abu
tetur:quod & præter rationem & ocio:& litteris. Eritq; eorū labor pau
cis quos illi inſtituunt:frugifer nec ad cōmunem vtilitatem quicꝙ con
feret. Legent fortaſſe nōnulli:qui cum & ipſi indiſerti ſint,ac parum elo
quentes:eādem ſcribendi licentiam inconſideratā:nec ſatis eruditam
ſibi permitti volunt. Permitti enim poſſunt quæ nō ſatis laude digna
ſunt:ſed tamen tolerari poſſunt. qualis ſapientia eſt ſine eloquentia Ex
vtraq; perfectum donum cōſtat:vt Victorinus ait:quare ſi aliquid. Duo
cōmemorat:quæ ad laudem:atq; vtilitatem hominum : & ad ciuitatis
ſalutem ac decus pertinent: Eloquentiam ac philoſophiam:& illam di
cit ſua induſtria ſatis expolitam:hanc ſe in preſentiarum illuſtraturum
pollicetur. Fontis. Cōparat philoſophiam:atq; eloquentiam:cum phi-
loſophiam fontis quoſdam appellat:eloquētiam inde manare ac flue
re:quaſi a fonte perhenni riuum. Nam philoſophia parens eſt:& procrea
trix:omnem reliq; artes:ac laudatæ diſciplinæ inde ortum habent:qua
ſi liberi ac filiæ. Bene igitur de eloquentia Fabius Quintilianus libro
xii. Oratoriæ inſtitutionis. Cicero inquit pluribus libris,& epiſtolis te
ſtatur dicendi facultatem. ex intimis ſapientiæ fontibus fluere.
¶Manare aut aquarum proprium eſt,vnde & manalem fontem dici- Manare
mus : ex eo quod aqua inde ſemper manet,ac fluat:aut ad ſolem refer- Manalis fons.
tur. Siquidem priſci illi manare ſolem dicebant:cum ſolis orientis ra-
dii ſplendorem iacere cœpiſſent. Sed vtrumq; huic loco conueniat:&
quidem primo modo manant omnes ingenuæ diſciplinæ: quoniam ex
philoſophia:quaſi ex manali fonte defluunt:altero vero philoſophia ip
ſa manat:quæ ſolis fulgentis inſtar obtinet:atque ex ſe cæteras diſcipli
nas tanꝙ radios quoſdam emittit. Quocirca & a Daniele ſanctiſſimo
vate. docti viri fulgere perhibentur:quaſi ſplendor firmamenti:in q̄bus
.s. lux philoſophiæ refulget Sed vt Ariſtoteles. Cōparat ſe. M. Tullius &
Ariſtotelem qui vir magno ingenio fuit:quod eſt naturæ & ſcientiæ co
pia:quod eſt induſtriæ. Ponit autem in quo conuenerint:& ſimul in quo
differant. In hoc itaq; conueniunt quod vterq; priſtinum ſtudium alia Cicero Ariſto. ſimi.

exercitatione cumulauit. In hoc autem differunt: quoniam Ariſtoteles cæpit cum prudentia & ſapientia: quæ in rebus verſatur: iūgere eloquē-tiam: quæ maxime in verbis conſiſtit. Cicero contra: cū eloquentia philoſophiam copulauit: id eſt: nec eloquentiam deſeruit: & ad philoſophiam animum contulit: ꝙ ꝙ in eadem adoleſcens diutius verſatus eſſet.

Iſocra. rhetor. Commotum dicit Ariſtotelem Iſocratis rhetoris gloria: ad quem docētem Athenienſium vulgus confluebat. Cuius magnam in docendo ſuauitatem fuiſſe tradunt. Recte autem rhetor appellatus eſt: quod rhetoricam artem: & dicendi præcepta inſtitueret: ſed nō orator: quoniam vt dicit in Bruto Cicero: forenſi luce caruit. Ariſtoteles teſte etiam Fabio Quintiliano: non modo rhetoricam docuit: ſed prima quoq; litterarum elementa tradere Alexandro Philippo hortante non erubuit. Duo aūt feruntur cōmētationū ſuarū atq; artiū genera: Exoterica: & Acroatica: & illa quidem ad rhetoricam & ciuilem facultatem conducebant: hæc ad Dyalecticas diſceptationes: & ad naturæ contemplationem pertinebant.

Acroatica
Exoterica

Acroaticam autem diſciplinam docebat in Lycio matutino tempore. Exotericam vero in eodem loco veſperi. Eum Dilinon Peripaton appellabat: alterum illum Eothinon. Rhetoricæ autē præcepta nō docuit ſolum: ſed etiam litteris commendauit. Extat elegans eius philoſophi rhetoricorum liber ad Nicomachum: quem quidam Theophraſti fuiſſe contendunt: ſed alter dubio procul eadem de re liber ad Alexādrum regem: quem nuper Franciſcus Philelphus vir eloquētiſſimus: ac princeps huius ætatis oratorum: e Græco in Latinum conuertit. Quo deteſtabilior quorundam philoſophorum conſuetudo videri debet: qui ſeipſos nimis amantes: nudam philoſophiam reiectis aureis eloquentiæ veſtimentis profitentur. Ariſtotelem ſeſe imitari oſtentant: eius cōſuetudinem aſpernantur. Qui omnes philoſophiæ altiſſimas quæſtiones: non minus ornate: ac ſplendide ꝙ grauiter: ſubtiliterq; diſſeruit. Quare ſapienter adiecit Cicero. Hanc enim perfectam philoſophiam.

Perfecta phia Quid enim aliud perfecta philoſophia eſt: ꝙ maximarum rerum inueſtigatio: & earūdem copioſa atq; ornata explicatio. Hinc recte dicitur. III. de oratore: nullam eſſe illuſtrem ſententiam ſine luce verborum. Nā vt ibidem dictum eſt. Oratio lumen rebus adhibet. Victorinus autem perfectum bonum duobus ad plenum conſtare dicit: re ipſa & ſpecie: & rem ſapientiam intelligi voluit: ſpeciem eloquentiam: quibus ex rebus perfecta quædam hominis amplitudo conficitur. Maiorem atq; vberiorem artem philoſophiam appellat: maiorem quidem: quoniam pluris ē benefacere: quod philoſophia profitetur: ꝙ benedicere: quod ſuū eſt eloquentiæ. Vberiorem vero quod ille fons ſit: hic riuulus.

Ornate dicere Ornate dicere quid ſit. declaratur tertio librorum dē oratore. Nam is ornate dicit: q diſtincte dicit. qui explicate. qui abundanter. qui illuminate. & rebus & verbis: cum & numero & vſu. qualis videlicet ſolutam deceat orationē Sed hæc alibi oportunius. In quam exercitationem: non ſufficit nobis ipſis didiciſſe: niſi & alios doceamus: quæ ipſi nouimus. Quare laudatur eloquentia: quaſi præclara vis quædam: atq; diuina: vt in libris de natura Deorum traditur: quæ primum efficit: vt ea quæ ignoramus: diſcere: & ea quæ ſcimus: alios docere poſſimus. Nam vt ait Ariſtoteles Omnino ſcientis ſignum eſt poſſe docere: quod tunc potiſſimum perfe

ctum aliquid in ſuo genere haberi conueniat: cuꝫ & alterum ſimile ſui efficere poſſit: vt in .iiii. Methæororum tradidit Ariſtote. Itaqꝫ. Cicero cum iam abſolutam quādam philoſophiæ cognitionem foret aſſecutus cæpit & ipſe pro Græcorum conſuetudine: & habere ſcholas. & alios inſtituere. Nam ante Ciceronis tempora: quantum Romani exemplis: id eſt exercitatione virtutis: tantum Græci præceptis valebant: quæ ad ſolam inſtitutionem ac doctrinam pertinent: cuius ſententiæ: & ipſe Quītilianus teſtis eſt duodecimo libro oratoriæ inſtitutionis. Omnes autem in Græcis legendis operam conſumebant: cum nondum philoſophia Latinis eſſet illuſtrata litteris. Vt nuper tuum ponit ſui inſtituti exemplum: & quo in loco alios erudire cæperit patefacit. Nam tum ad eam exercitationem cæpit dare operam: cuꝫ remotus a foro: atque a ſenatu: in Tuſculano feriaretur: & ocioſus eſſet. Vt enim antea. Pro ætatum varietate: varia quoque ſtudia adhiberi neceſſe eſt. Nam ſicut infirmitas puerorum: ferocitas iuuenum: grauitas cōſtantis: ſenectutis maturitas propria dicitur eſſe: ita & aliud ſtudium calentem ætatem: aliud maturam grauitatem decet. Itaqꝫ Cicero iuuenis cauſas declamitauit: in qua exercitatione diutiſſime laboraſſe oſtenditur: ſenex illuſtrãæ philoſophiæ rationem: id eſt cauſam veritatis defendendam ſuſcepit.

Ro. exēplis vti Græ. præceptis

Cic. iuuēis cās declamauit: ſenex philo. illuſtrauit.

Quocirca cum ante illa agendis litibus operam ac tempus impendiſſet. nunc ſenior ſenilem declamationem ſuſcipit. id eſt patrocinium ac per orationem veritatis. Huiuſmodi quippiam: & ſe Lactantius feciſſe oſtendit in præfatione ſacrarum inſtitutionum. Declamationem bifariam intelligere poſſimus. Nam proprie declamatio eſt iudiciorum conſiliorumqꝫ imago: & quædam verarum cauſarum imitatio: quamobrē et ſimilis debet eſſe veritati. Conſueuerunt enim. Oratores priuſquā in forum aut in ſenatum prodirent: fictarum litium exercitationem ſuſcipere: quo audentiores ad dicendum ac promptiores redderētur. Et Ciceronem id nō vnquam feciſſe conſtat: nec Latine ſolum: ſed etiam Græce: & Rhodum cum veniſſet: apud Apollonium Molonis clariſſimum dicendi magiſtrum declamauit. Aliter declamationem forenſem contentionem & cauſarum acriorem defenſionem intelligimus: qua in re Cicero vere reliquis oratoribus diutius verſatus eſt. Non īmerito igitur (vt ait Quintilianus) ab omnibus ætatis ſuæ hominibus regnare in iudiciis dictus eſt. Ponere iubebam. Declarat conſuetudinem qua in diſputandis rebus vteretur. Nam ſi quis noſſe ac ſcire aliquid cupiebat: ponenat ſuam ſententiam: nos dicimus proponebat. Quare & Cicero theſim propoſitum interpretatur. De quo quis. Audire eſt percipere quod auditus. vt Ariſtoteles in libro de ſenſu.

Declamatio.

Theſis

¶ Cætera quæ ſequuntur: ſubrepta ſunt: atqꝫ deperdita.

¶ Auguſtini Dathi oratio. XIII. cum publice. M. Tullii orationes legere incepiſſet.

M

Marcus Tullius Cicero apte diſtīcte ornate dicere: qđ eſt vtiqꝫ oratoris proprium: merito ac iure ſibi quodam modo vendicauit: vt qui in eo ſtudio totam pene conſūpſit ætatem. Et cum de arte dicendi multa eleganter præcepit: tum præ

Orato. ꝓpriū:

fi.

cæteris omnibus ornate ex arte eſt. Splendideq́ꝫ locutus. Indicant ſummam eius eloquentiam: quæ ab eo orationes habitæ: ac poſtmodū ſcriptæ ſunt. Extant illius orationes complures. & quidem in omni cauſarum genere. Nam & in iudiciis: & in deliberationibus: & in concionibus vehementer floruit. Sed ex magno illarum numero: quam pro eruditiſſimo poeta: orator quoq́ꝫ eruditiſſimus habuit: & copia ſane antecellit & laude. Quam priuſꝗ explanare aggrediar: totius orationis argumentum perſtringam paucis. A. Licinius Archias Antiochenus fuit: & poeta inſignis. Hic perdiu Romæ vixit. Claris autem plæriſq́ꝫ Romanis ciuibus familiariter vſus eſt. Lucullorum imprimis familiam cōplexus. Ob eius ægregias virtutes apud multos Greciæ ipſius populos ciuitate donatus eſt. Hic igitur cum aliquando e Sicilia decedens cum L. Lucullo Heracleam veniſſet: in ea quoq́ꝫ ciuitate aſcribi curauit. Facile id ſibi Heraclienſes viri: tum propter eius virtutē. tum ob Luculli auctoritatem gratificati ſunt. Aſcriptus eſt. litem de ciuitate nonnulli excitarunt: inuidia atq́ꝫ odio ducti. Accuſauit eum Gracchus quiſpiā homo certe quiſquis extitit ſane illepidus. Itaq́ꝫ M. Cicero: vt erat igenio rum ſtudioſus: & eruditiſſimorum hominum amantiſſimus Liciniū pulcherrima hac oratione defendit. Magnis illum afficit laudibus. maioribus litterarum ſtudia. Et cuiuſmodi tantæ defenſioni congruere putauit: hoc præclarum ac pulcherrimum dedit exordium. Argumentum patuit. Duplex ipſius cauſæ genus: principale atq́ꝫ ſecundarium: & id quidem bifariam certe in promptu eſt. Sed nec eiuſdem duplex cauſæ cōſtitutio obſcura eſt. Partes orationis: quæ non artis: ſed conſilii ſunt: etiam faciliime conſtant. Harum prima exordium in ſuas quoq́ꝫ partes diſtribuitur. Id ꝗprimum dilucide patebit. Nam ad verborum explanationem feſtinat Oratio. Dixi.

A. Licinius

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XIIII. cum librum Ciceronis de officiis publice legere incepiſſet.

Qui bona cuncta mortalibus tribuit: & fons eſt ſapientiæ: & imortalium diuitiarum largitor Deus: pater & filius: & ſpūs ſanctus: ille nobis propicitius: & fœliciter vota noſtra ſecundet.

Multa ſunt: quæ petere: quæ optare: quæ ſequi: in quibus elaborare poſſimus: ad quæ variis plærunq́ꝫ complicata erroribus. hominum aſpirat intentio. Alii alia amplectuntur ac trahit ſua queq́ꝫ voluptas. Sed ex omni numero ii ſoli regia via ad fœlicitatem gradiuntur: qui ad virtutem percipiendam: & ad adipiſcendam rectam bene viuendi rationem: induſtriam omnem atq́ꝫ operam contulerunt. Quod faciunt qui magnis ſunt & præſtantibus ingeniis: altiſſimiſque animis viri: qui poſthabitis cæteris: quæ falſo appellantur bona: ſolidam ſunt amplexati ſapientiam: in qua vltimi boni ratio: ac veræ beatitudinis ſumma verſatur. Qui vero hanc vnam deſerunt ſapientiam: hi innumeris complicantur erroribus: per diuerſos ac cæcos aberrant calles: deuios ſequuntur anfractus: labuntur in præceps ad fœlicitatem peruenire non poſſunt. Inueſtiganda igitur & quærenda omni ſtudio ſapientia: capeſſenda & colenda virtus eſt: vt perſpecta veritate: quam ſapientia pollicetur: & firmiſſimo virtutis allato præſidio: & laudabiliter viuere: & beati eē poſſimus. Quare ea omnia accurate ac

diligenter complecti debemus: in quibus vel de perfectæ ſapientiæ ſtudio: vel de optima vitæ diſciplina percipitur: quales certe eſſe putamus quos libros de officiis Romanus philoſopus ſcripſit Cicero: q̃ doctiſſimorum hominũ teſtimonio reliquos libros oẽs: qui de virtute a philoſophis ſcripti ſunt: præſtare creduntur: quoſq; nos ob eã cauſam cupidius explanandos ſuſcipimus: & nos ad præclaram illorum præceptionem: labore & induſtria percipiendã vehementer hortamur. Ita enim id quod eleganter Peripateticorũ princeps Ariſtoteles tradidit: facillime fieri poterit: vt et virtutem intelligamus: & per illã cognitã atq; inuentam exercitatione adhibita boni efficiamur. Sed ne iam vagemur longius: operis pulcherrimum hoc affertur initium: Officiorum Ciceronis laus

Dixi.

❧ Auguſtini Dathi orõ. xv. cum Valerii Maximi libros publice legere incepiſſet.

❧ Aſpiret captis, ac votis noſtris: & adſit nobis propitius: qui ẽ trinus & vnus deus. Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.

Magna auctoritate philoſophi, ac præſtantes doctrina viri omnes pene vno ore, ac voce conſentiunt: aut ſolum queadmodũ Stoicis viſum eſt. aut vt Peripatetici: & Academici tradunt ſummũ bonũ eſſe virtutẽ. Turpitudinẽ vero ac dedecus vel eſſe ſolũ malum: vel maximum certe malorum omniũ abſq; dubitatione confirmant. Nã cætera præter virtutẽ: q̃ quidem videtur pluriſq; expetenda bona: lubrica fallacia: momẽtanea atq; icerta ſunt. Vna virtus altiſſimis (vt ait orator) defixa radicibus, nec vinci ab vlla re poteſt et ipſa proculdubio vincit omnia ac ſuperat. Prodeſt ſemper: nocet nũq̃: ad fœlicitatẽ vero adipiſcẽdã iter expeditiſſimũ parat. Quæ res vna vel maximo argumento eſt: ſolam virtutẽ plus habere momenti. q̃ reliqua omnia quæ imperitũ vulgus magnopere expetit: magni & ſapientes viri re ipſa contẽnenda eſſe demonſtrant. Si verum eſt: quod ſapiẽs Iabolenus de verborũ ſignificatione dixit. Proprie bona dici non poſſe: quæ plus incõmodi: q̃ cõmodi habent. Itaq; cum rerũ oĩm præſtãtiſſima ſit virtus: ad eã recte adipiſcendã, non ſolum ratione ac præceptis inſtruimur: ſed etiam prouocamur exẽplis. Quæ duo cum ſint: alteruʒ a philoſophorum ſchola petendũ eſt: alterum ab eorũ vita: qui ita ſe cõparauerunt: vt vitia & turpitudinem aſpernarentur: & in maximis quibuſq; virtutibus colendis: totoſſe ac penitus collocarẽt. Quapropter Valerius Maximus auctor probatiſſimus, multorum exempla collegit et in vnum redacta volumen accuratiſſime explicauit: vt bonis, maliſq; exemplis in medium allatis: hæc fugiamus quæ noxia ſunt: illa tanquã maxime ſalutaria. imitatione atq; opere complectamur. Hoc nos lucuIentum ſane & elegantiſſimum opus, cum explanare cupiamus: quinq; anteq̃ ad ad ipſam expoſitionem veniamus: prætermittenda ducimus. Primum, Auctoris nomen. Alterum, libri ſubiectum. Tertium, ſcribendi modum. Quartum, tractandi ordinem. Quintum, intentionẽ ſcribentis. Dixi.

Iabolenus:

Valerius Max.

❧ Auguſtini Dathi Oratio. XVI. in principio Legalis cu iuſpiam lectionis.

CVm perſpicuum ſit:viri præſtantiſſimi:nihil ſapientia aut
maius inuenire aut p̄clarius poſſideri: illa tamē eius pars
cæteris omnibus præferenda eſt:per quā ad bene:& cū vir
tute viuendum humanū genus inſtruitur,ac dirigitur. Nā
cum rationis præſtātia homo,cæteris animantibus ante,
cellat:ea nimirum rōnis vis:vel maxima cernitur:qua ad colendam,ex
ercendāq; virtutē inuitamur,ac deducimur.Id autem ſi qua ars : ſi qua
Legalis ſapia. diſciplina præſtat:ea legalem ſapientiam procul dubio eſſe conſtat: cuius
uis tota ac ratio in eo ſita eſt,vt tum declinare:quæ turpia & fœda ſunt:
tum ſectari conſueſcamus:quæ bona et honeſta eſſe cernantur. Quare
Legis definitiõ ſcite et eleganter diffiniunt legem ſanctiſſimā ſanctionem,iubentē ho
neſta:contraria prohibentē.Huius legalis prudentiæ ratio :ab optimis
profecta primordiis:præſtantiſſimis auctoribus inuenta,cōprobata,
illuſtrata eſt:ea latiſſime patet:& ad cōmunem hominum ſalutem: atq;
vtilitatem ſpectat:per eam ſingulorum vita rectiſſime inſtituitur:fami,
liæ optima ratione regūtur:reſpublicæ:& ciuitates,ac cætera concilia,
cœtuſq; hominū,iuris æquabilitate:& præclaris conſtitutionibus gu,
bernantur. Quæ cū ſit tota neceſſaria,frugifera,ſalutaris:illam tamen
potiſſimum partem explicandam,exponendāq; ſuſcepi:quam exercen,
di gratia ingenii.& diſcendi ſtudio:potius q̄ docendi : vobis gratam
fore arbitratus ſum. Experiar igitur mearum viriū imbecillitatem : &
quātum diuini numinis benignitas ānuerit:veſtris hūmanitatibus fræ
tus: propoſita preſentis tituli materia:rem ipſam in mediū proferemus.

℃ Auguſtini Dathi oratio:XVII.quā habuit eius filius Nicola,
us:cum pater.P.Terentii fabulā legere incæpiſſet: & ſcolaſtici ad
eſſent q̄plurimi.

P.Terentius: MAgnus hodie,& imprimis nobilis auctor:optimi iuuenes:
explanandus proponitur.P.Terentius poeta Carthaginen
ſis.cuius in omni latio:inter alias celebres habentur fabu
læ:orationis elegantia,ac nitore præſtantes. Exponendas
ſuſcepit præceptor inſignis:cuius ni eſſem filius:libēter lau
des protuliſſem. Iucunda tractatio eſt:argumentum periucundū: iucun
dior multo cognitio:p̄ceptor longe iucundiſſimus.Propoſitæ rei: per,
ſonæ:tempora:materies:locus ipſe congruit.Fauete igitur omnes quæ
ſo:adeſte ſilenti,& æquo animo:vt rem præclaram pernoſcatis : & ipſi
augeamini magis eruditiōe:& laude. Poſtremo date tenella ætate:pue
ro veniam. Dixi.

℃ Auguſtini Dathi oratio.XVIII.ad idem.

Terentii vita PVblius Terentius Carthaginenſis Poeta,inſignis ac face,
tiſſimus verborum proprietate.dignitate orationis:dicen,
di elegantia plurimū claruit.Romā ductus:pro ingenii bo
nitate:& integris ac probatis moribus,ſummorū virorum. Scipionis
imprimis:& Lælii ſibi beniuolentiā comparauit.Cum ad ſcribendas fa
bulas animum ac ſtudium contuliſſet:ita Comœdiæ excelluit laude:vt
veterum,& noſtrorum pene omniū:vel æquauiſſe gloriam,vel etiam ſu,
perauiſſe videatur. Ad verborum lucem,ac ſermonis decorem : frugem
quoq; nō mediocrē adhibuit:quando & hominū pinxit mores:& blan,

da deſcribens neq̄ hominū lenocinia ,ac flagitioſorū:obſcænas ,ac no
xias voluptates ,turpes:illecebras:ſtultam vanitatem ante oculos po-
nens docet plane cunctis viribus fugienda contēnendaq3 pernitioſa
amorum deliramenta. Quod ſi nō modo ad benedicendū: ſed ad be-
neuiuendum quoq3 clarus Comicus Terentius ,maximū affert adiumē
tum:āmplecti illum legere ,ediſcere ,ac ſtudioſe noſſe debemus. Hūc igi-
tur,cum pro ſua facilitate expoſiturus ſit charus genitor ,& optimus(ni
ſi me animus fallit)præceptor:adeſte attenti omnes quæſo: & ad iucun
diſſimi patris vocem. animum ſimul & aures conuertite. Vt magni poe
tæ mentem & optimi interpretis expoſitionem facilius percipiamus.

Dixi.

¶ Auguſtini Dathi oratio. XIX. ad idem.

PVblius Terentius alius longe eſt: doctiſſimi iuuenes — L. Terē. Romanus.
a. L. Terentio: quem Plutarcho teſte: conſtat fuiſſe Ro
manum. Sed hic ſi patriā quærimus Carthaginenſis
fuit. Si fortunam Romā captiuus ductus eſt. Si mo-
res ,modeſtia ,verecundia integritate claruit. Si inge
nium floruit eo quidem pſtanti ac ſplendidiſſimo. Si
ſtudium inter Comicos elegantia orationis: cōmen
ti lepore: verborum luce: vehementer emicuit. Sin ſcriptorum & fabula
rum numeru3 extant ex multis: Andria: Eunuchus Eautōtimerumenos
Adelphœ Echirra Phormio. Si poſtremo gloriam: eruditiſſimi veteres
M. Tullius imprimis laudant plurimum: & cū proprietate Latini eloq̄
ornatum ſimul atq3 facetias vehementiſſime probant. Delegit dulciſſi-
mus pater pro ſua ingenti humanitate Adelphos fabulam explanandā
Et illi ſummam habeo gratiam: & vos vt attentiſſime audire velitis: di
ligenter exhortor. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi oratio. xx. ad idem.

F Loret latina lingua: viri præſtantes: & adoleſcentes inge-
nui: floret inq̄ latina lingua: Romanū ſplendeſcit eloquiū.
Nec iam tandem Græcis ceditur: ſi eloquentiam: ſi littera-
rum ſplendorē: ſi Poeticæ nitorem diſciplinæ. ſi ſtudiorū omnium vber-
tatem & ſummā pſtantiam perſpicere: & cōſiderare voluerimus. Teſtis
eſt primus omniū poſt M. Tulliū. P. Terentius. cuius fabulæ q̄tam habe
ant vel elegantiā vel leporem: iam nemo eſt qui neſciat. Quantū vero
hic noſtris pfuerit hominibus: Cicero imprimis ſummus oſtēdit ora-
tor: in cuius ore frequenter admodū Terentii & comœdiæ verſabantur
& nomen. Hic natus Carthagine: & Romam captiuus ductus: factus eſt
ob ſplendidū ingenium: & pbatiſſimos mores Scipioni Aemiliano: & — Scipio & Lælius Teren. familiares.
C. Lælio perfamiliaris: quorū aduerſus inuidorum inſectationem: ope
fræetus pclaras dedit fabulas: atq3 cū cœteras perpulchras & luculentas
tum Adelphos ſimul & frugis ac grauitatis pleniſſimam. Habeo ſuauiſſi
mo parenti gratiam: qui illam exponendam ſuſcepit. Vos autem hor-
tor: quos delectant bonarum artium ſtudia: vt attentius patris vocem
haurire inſtituatis: vt humaniter accedentes ad facillimū præceptorem
doctiores ſemper abire poſſitis. Fauete adeſte ſilenti & æquo animo da-
te paruulo mihi veniam ac macti eſte doctrina ſemper & laude.

Dixi.

❡ Auguſtini Dathi oratio..xxi. quum Virgilii librum Aeneidos quartum publicæ legere incepiſſet.

Triplex hominum genus.

TRadunt veteres ſapientes:qui omnibus de rebus grauiter
copioſeqꝫ diſſeruerunt:viri eruditiſſimi:triplex hominū ge-
nus & probro maximo:& accerrimo dignū odio.Vnum eo
rum qui cum ſint rerum omniū ignari prorſus atqꝫ rudes:nullam ad ca
peſſendam cognitionē/ac doctrinam:operā: atqꝫ induſtriam conferāt
qui id vnum deſerentes:quo conditionis humanæ dignitas antecellit
certe nō longe ab immanitate belluarū diſtare videntur ac ſuam ipſorū
præſtantiam contēnentes:in maxima rerū omnium ignoratione.& tur
piſſima labe verſantur.Sunt q̄ cognitionē & ſcientiam ſe adeptos arbi
trantur:& poſt longos ſtudiorum labores vigiliaſqꝫ:poſt multas lucu-
brationes:poſt accuratiſſimā contemplationē:poſt exilia peregrinatio
neſqꝫ cōplures:tanꝙ ſolum ſibi:& nō cæteris hominibus nati ſatis ſu-
perqꝫ ſe feciſſe putant:ſi comparatā ſapientiā:tanꝙ in penariam cellā
congerant:& pretioſiſſimos recondant doctrinæ theſauros : qui certe
graui ac pernitioſo capiuntur errore:nō intelligentes: gratis tribuen-
dum eſſe quod ipſi quoqꝫ gratis acceperunt:& illud Auguſtinianū non
plane perſpicientes:rem omnē:quæ dando nō deficit:dū habetur:& nō
datur:nondū haberi quomodo ſit habenda. Nā & docere oportet : qui
ſcire cupiunt.& quæ ipſi perceperint:ad aliorū inſuper cognitionem in-
telligentiamqꝫ cōferre.Sunt nōnulli præterea:qui cum multa fuerint aſ
ſecuti:& ipſam quoqꝫ virtutis cognitionem cōparauerint:virtutis ta-
men exercitationem ac bene viuendi viam deſerunt.& fœdiſſimis ſerui-
unt dn̄is turpitudini ac voluptati:quos ratio ipſa redarguit:& inanem
venditationem facillime patefacit.Nā qui aliorſum viuunt:ꝙ viuere di
dicerunt:ipſi ſeducunt ſeſe:& rectam intelligendi rationē vitæ diſtor-
quent:& contamināt prauitate:quorū audiendam quidē vocem:ſed de
uitanda opera ſummus dn̄s.& magiſter:& verus noſter Saluator ammo
Gregorius: nuit.Hi ſtultiſſimi omniū ſunt habendi.& tanto flagitioſiores exiſtimā
di:quanto minor ob perceptam virtutis diſciplinā relinquitur excuſan
di locus:Nā præclare tradidit diuus Gregorius. Ibi tranſgreſſorē gra-
uiori ſubiacere culpæ:vbi maius ſcientiæ donū:ac lumen fulſerit. Siqui
dem Ariſtotele teſte nō ſolum ad inueſtigandū:ſed vel maxime ad agē
dum natus eſt homo:atqꝫ ob eā cauſam præcipue virtutis laus omnis
merito in actione conſiſtit.Si igitur ſapiētes:ſi beati eſſe volumus:quæ
maxima mortalium omnium debet eſſe cōtentio::neceſſariis negotiis
curiſqꝫ vacui:enitamur ſtudio videre ſemper:aliquid audire ac diſcere.
quæ nouimus:docendo diſceptando:diſſerando impartiri:& cōmunica
re cum aliis:& perfectam virtutis diſciplinam ad vſum atqꝫ exercitatio
nem accommodare.Duo ſunt autē quæ imprimis ſapientem recte perci
pere:& plane tenere conueniat res malas:a quibus abſtinendū declinā-
dumqꝫ ſit.bonas quas ſequamur ac ſtudioſiſſime complectamur. De re-
bus bonis:quæ ſunt virtus:honeſtas:officium:decus:vnus omnium.M
Tullius cumulatiſſime præcepit iis libris:quos de officiis elegātiſſimos
ad.M.filium.De rebus malis cuiuſmodi perturbationes animi ſunt:&
vna omnium grauiſſima amatoria leuitas:que virtuti maxime aduerſa-

tur:& mentes hominum labefactat:docet quærere:& vitare ſimul Virgi Dido.
lius Maro Didonis exẽplo:quæ huiuſmodi obſcenæ libidini ac flagi
tio obnoxia:ſi Poetarũ figmentis credere dignum eſt:& in luctus acer-
biſſimos incidit:& miſerabili exitu vitam finiuit. Et nos quartum Ae-
neidos librũ explanando proſequemur:vt carmen omnium p̃clariſſimuꝫ
aſpirantibus ſuperis ad optatum finẽ perducamus: idqꝫ mea volunta-
te cõprobantibus vobis librum Ciceronis de officiis explanandũ idcir Petrus fũdius
co ſuſcæpi:quod ægrotat Petrus Fundius Sororis filius : cui quartana
febris impedimẽto eſt:ne hodie lectiones ſuas exordiri poſſit. Spes eſt
in auctore ſalutis:vt iam propediem cõualeſcat:quod cum contigerit:
Orationes Ciceronis quas ſum pollicitus:nõ omittam : & quantum a
reipublicæ negotiis ſupererit temporis:adiiciam & alia:quæ & vtilia vo
bis & non ingrata erunt. Sed iam ad propoſitam explanationem noſtra
progrediatur oratio.

¶ Auguſtini Dathi oratio.xxii.pro eo qui Ciuilis iuris cogni-
tionem profeſſus:in ea egregia facultate doctoratus petiit inſi-
gnia.

HVmanum genus:quod longe vobis exploratiſſimum eſt:ve
nerande pater celebres iuriſcõſulti atqꝫ optimi / & inſignes
præceptores ac doctiſſimi viri:eo maxime cæteris antecel-
lit animantibus:quod ratione præditum eſt:& illius præſtã
tia vſqꝫ adeo eminet:vt propiſſime ad incorporeas ſubſtan
tias accedere videatur.vt non iniuria ob eam cauſam : quemadmodum
præclariſſimus teſtatur orator:præ cæteris rebus omnibus id cupiat / id
efficiat / id magno ſequatur ſtudio:vt natura ac ratione duce / multa ſci
re / multa noſſe / multa adipiſci nunq̃ deſinat. Atqꝫ illud homini impri
mis propoſitũ eſt:vt dũ multarum rerũ ſcientiam & cognitionẽ aſſequa
tur : cætera contẽnenda / ac pro nihilo habenda putet. Qua quidẽ mẽ
te ducti pleriqꝫ magni / & præclaro viri ornati igenio:qui vel apud Græ
cos:vel apud veteres Romanos maxime floruerũt:humanis relictis:vel
potius abiectis rebus:ad inquirende ſtudium ſapientiæ:tẽpus omne:at
qꝫ operam accõmodauerũt. Pleriqꝫ longinquas regiones atqꝫ remotiſ
ſimas oras / ſummis laboribus / voluntariis exiliis:longis pergrinatio
nibus petere nõ dubitarunt. Quod Pythagoram illum ſapientiſſimuꝫ
& ſummum penephiloſophorum omnium Platonem feciſſe conſtat. Si
quo pacto ratione præſtat homo cæteris animantibus ita ſcientiæ lau Laus iuris ci.
de ac ſplendore cognitionis / cæteris quoqꝫ antecellit hominibus. Cũ-
qꝫ multæ ſint / & quidem ingenuæ omnes ac laudatiſſime diſciplinæ:ac
liberalium ſtudiorum genera:quæ omnia philoſophiæ nomine:atqꝫ ra-
tione tenentur:vnam tamen imprimis legalem prudentiã cæteris præ
ferre conſueuerunt:quippe quæ rationis ſummam præſtantiam patefa-
cit:& hominum generi maxime ſalutaris:frugifera ac præclara perſpi-
citur Quid enim vel cogitari maius:& mente volutari:vel grauius:ac
ſplendidius verbis enarrari Legalis ſapientiæ ſtudio : ac iuris ciui-
lis æquitate : atque præſtantia. ¶ Cenſent viri ſapientes nihil op-
tabilius : nihil ammirabilius eſſe virtute : nihil contra : vel odioſius
vel prorſum execrabilius turpitudine : atque vitio. ¶ Quam ma-

gnum igitur: ꝙ diuinum & ammirandum donum legalis ſapientiæ videri debeat. quæ ſectandam virtutem: quæ vitandam turpitudinem præcipit. Quæ ſola naturali quadã vel ſanctimonia vel auctoritate iubet honeſta: prohibet contraria: iuſticiam ſeruat: humanam conciliationeꝫ tuetur: ſanctam ſocietatem continet: & vna præter cætera omnia hūanæ dignitatis ſplendorem illuſtrat. Sed vagatur oratio longius: ꝙ mei erat conſilii. Incredibilis eſt enim huius diſciplinæ amplitudo: ſumma vbertas: ammirabilis gloria: qua qui pollent: vero ac merito ſapientiæ nomine gloriari queant. Quādoquidem vera noſſe: obſcura interpretari: ambigua ſoluere: dubia quæqꝫ enodare: falſa conuincere: & refellere facillime poſſunt. Iracundiam reſtinguere: cupiditatem coercere: perturbationem ſedare: vitia comprimere: diſcordias amoliri: conciliare concordiam: homines inter ſeſe pari iure continere. Tantæ igitur laudis ego iampridem amore ductus: ſtatui hanc diſciplinā ſtudio omni: mihi imprimis proponendā: & in ea accuratiſſima exercitatione verſari: ad quam facilius aſſequendam: hæc mihi clariſſima ciuitas in mentem venit: quæ alumna quædam & mater bonarum artium non iniuria nuncupatur: & in qua omnium diſcipliarum ſtudia iampridem ſumma gloria floruerunt: ſed veſtræ ammirabilis doctrinæ: atqꝫ inſtitutionis: multo quoqꝫ ardentius fama pellexit: quos & excellere ſumma iuris: et ſapientiæ laude noueram: & docendi mira quadam humanitate: facilitateqꝫ præſtare. Atqꝫ vt mittam cæteros Franciſci Aretini decus vocauit: non ſecusquā Gaditanum illum Titi Liuii lacteo eloquentiæ fonte manantis fama commouit & nomen: cum in vno ſplendeſcat doctrinarum decus omne: & velut nouus quidam exortus Scæuola præluceat: iuriſconſultiſſimorum omnium iuriſconſultiſſimus: cuius reſponſa: quaſi Delphici Apollinis oracula haberi conueniat. Non conſueuit veſtra benignitas laborantibus præmia: & decertantibus pro virili ſua: coronam & optatam præbere lauream. Eam igitur a vobis clariſſima iuris lumina doctorea precor inſignia: quæ ſi minus tenuis mea depoſcit facultas: illis me quæſo dignetur paternæ veſtræ charitatis affectus.

Frāciſcus Aretinus

Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXIII. vice eius qui doctoratus in ciuili iure inſignibus decorandus: metuendum doctiſſimorum hominum ſubit examen.

RES magna: & ſuapte natura præclara reuerende pater: celebres iuris conſulti: & inſignes patres. magnū quoque & ſplendidum poſtularet ingenium. Tenue meum et perexiguum eſſe ſentio. Imperitia hunc prorſus auſum denegabat. Sufficit: & abunde mihi hodie in hoc metuendo examine: ſpes illa maximam fiduciam præbet: quod neque ſinceris mentibus diuina gratia vnꝙ deluit: & veſtra iampridem explorata benignitas animum erectiorē efficiet: & loquendi ac legendi fouebit officium. & quod natu a longe abeſt: beneficia veſtra præſtabit voluntas. Veniam igitur ad rem ipſam: ac propoſitas hodie mihi lectiones in legali ſapientia: orans ſuperorū numen vt benigne quoqꝫ annuere dignetur votis meis: & vos patres am-

Excuſatio:

pliſſimi ad bene de me merẽdum alacrioresreddat:ſuo ipſius imprimis inuocato praſidio: Dixi.

℄ Auguſtini Dathi orõ.xxiiii.eius vice: qui doctoratus eſt in ciuili iure collaturus inſignia.

C Onſtat patres ac viri praſtantiſſimi:id quod Ariſtoteles ſummus philoſophus tradidit:ad intelligendũ atq; ad agendum natũ eſſe hominẽ. Quid eſt autem agere aliud ꝙ rectam ſectari bene viuendi rationẽ:atq; virtutem colere. Quid dei de intelligere aliud: ꝙ ſtudiorũ doctrinam:& rerũ cognitionẽ amplexari. Vtriuſq; vero exercitationis laborioſis certaminibus ampliſſima veteres ſapientes ac maiores noſtri inſtituerunt praemia:ꝗbus inuitati atq; allecti homines:facilius maximarũ rerum ſtudia capeſſerent: & induſtria omni ac toto (vt aiunt) pectore perſequerentur. Itaq; bene diffinire ſunt ſoliti:laudem:honorẽ:decus virtutis praemium. Quod non modo philoſophorũ voce:ſed multo certe melius natura duce didicimus. Siquidem vera Platonis vox eſt:honoribus ali artes. omneſq; accendi ad ſtudia gloria. Nam cũ natura ſit a labore hoium ingeniũ ad libidinẽ:atq; ad voluptatis illecebras procliuius:ſcite. ac ſalubriter factum eſt:vt per laudis & gloriae cupiditatẽ:ad virtutis exercitationẽ:ad ſcientiae laudem traherentur hoies atq; ducerentur. Proinde vetus fuit ſemper maiorum ac priſcorũ oium conſuetudo:vt ſtudioſos doctrinae ac ſapientiae viros:vberrimis praemiis ac ſummis honoribus proſequerentur. Quocirca qui recte:legitimeq; pugnauerit:ac bonum & virile certamen decertauerit:praeclarã ſummi pmii debet & gloriae coronam adipiſci. Hoc igitur merito iure illi Iunio congruit:qui florenti patria: ſplendido genere. claris parentibus natus:bonarum artiũ ſtudiis deditus:integerrimis moribus:ac plaeriſq; ornatus laudibus:in iuris ac legalis ſapientiae iampridẽ verſatus ſtudiis:atq; hiſdem labore. vigiliis: ſumptibus:relictis patriae delitiis:accuratiſſime ſemper incũbens in ꝑclariſſimo Senenſi Gymnaſio:annos complures:pro ſuis virtutibus magno conſenſu praefectus vere dignus:tandem a tanto patrum coetu habitus eſt ꝗ iam tandẽ coronetur:& accipiat palmam. Quare tua optima perſpecta & probata doctrina:auctoritate reuerendiſſimi.&c.vt ꝑclara ſubeas doctoris inſignia:licentiã ſimul & ius libenter impertior: vt in ciuilis iuris diſciplina:legem docere:cauere:interpretari:& doctoris omnia exercere muuera: ꝙ abũde meritus es tam cumulatiſſime poſſis ad laudem dei. Dixi

Honor
Plato
Collatio Laureae iuris ciuilis

℄ Aug. Dathi orõ.xxv. vice eius qui legalem profeſſo prudentiã doctoratus impartitur inſignia.

V Etuſtiſſimus ac probatiſſimus maiorũ mos fuit:ꝗ poſteritatem oẽm & praeclaris iſtitutis:& bene geſtis rebus illuſtrauerunt:vt pmia atq; honores ãpliſſimos virtute ꝑditis viris cõſtituerent:quo humana fragilitas:& tenerior aetas: ꝗ ſua ꝑte natura ad malũ videtur eſſe ꝓpenſior:cupidine ducta gliae:ingenuis artibus atq; optimis diſciplinis incũberet:ꝗbus facillime ad ſenectae ꝓducti annos:laudem & gliam conſequerẽtur. Hinc laborantibus: atq; i maximarũ rerũ exercitatione tẽpus atq; operã collocantibus:varia ſũt praemiorũ genera inſtituta. Hinc aurea ornamenta. hinc multiplicĩũ co

Corõa℞ varietas.

ronarum diſtincta varietas: hinc Lauri: hinc Mirti. hinc Eederæ ac Pal
mæ decus: hic gēmarum rutilantiū fulgor: hinc īnumerabilia id genus
ornamenta. Hic a Romanis pontificibus: hinc a Cæſaribus & magnis
principibus ſtudiorū profeſſoribus perpetuæ dignitatis & laudis cōceſ
ſa munera. Vt ſublata ex humana conciliatione deſidia omni: atq; in-
ertia: ad virtutis & ſcientiæ faſtigiū magnis ingeniis viri: per ſtudioru;
ac virtutis gradus proueherentur: & in ſumma celebritate & gloria ver
ſarentur. Quocirca maximis eſt Senenſis ciuitas digna laudibus: ī qua
ſtudiorum oīum præclara vigent ac florent Gymnaſia: in q̇bus iampri-
dem vir nobilis: & ſummis ornatus laudibus: illud. n. aliquādiu poſtha
bita florentiſſima patria: & parentū contemptis delitiis: incumbens iu
ris diſciplinæ: & legalis ſapientiæ ita labore: vigiliis. & dierum ac no-
ctium lucubrationibus meditationibuſq; effecit: vt vere omniū patru;
et horum doctorum conſenſu: & approbatione digniſſimus habitus ſit
qui doctoratus ſuſcipiat dignitatem. En igitur accipe tuorū laborum
digna præmia: & quando libuerit: interueniente reuerendiſſimi dñi. S.
R. Ecc. Cardinalis Senenſis: atq; Archiepiſcopi: & ſtudiorum oīum p̄-
fecti auctoritate: cuius ego tam & ſi indignus vicem gero: coronam ac
palmam glioſi certaminis & debita tuæ virtuti capeſſe īſignia: vt in iu-
riſconſultorum & celebrium doctorum numero: pro tuo iure cū tuæ il-
luſtratione virtutis: merito cenſearis ad laudem æterni principis.

Dixi.

¶ Auguſtini Dathi orō. XXVI. vice eiusq̇ eruditum quēuis iuuenem
in cœtum Phiæ: ac Medicinæ doctorum ſuadeat aſciſcendum: & de-
corandum inſignibus doctoratus.

MAgni ingenii: exq̇ſitæ doctrinæ: ſummæ eloquentiæ: at-
q; exercitationis hoīem eſſe oportet viri celeberrimi: q̇
vel præclaram aliquam diſcipliam: vel ſapientem quem-
piam virum: & doctrīa præſtantem congruis velit laudibus proſequi.
Quibus rebus maxime opus eſſe ītelligo: ſi q̇s phiam ac medicinæ ar-
tem laudaturus ſit: vtranq; proculdubio: & excellentiſſimam oīum & hu
Philoſophia: mano generi ſalutarem. Eſt. n. Phīa: vt Græci tradunt: vere laudatarum
oīum procreatrix quædam: & mater artium: & donum oīum longe præ
clariſſimum: ab immortali deo diuinitus conceſſum mortalibus: lux ve
ra illuſtrans hominum mentes: & humanæ dignitatis præſtantiam ab
īmanitate ſegregans belluarum: vnde veluti a fonte vberrimo diſciplīa
rum omnium riuuli manant: cui tanq̄ reginæ aſſiſtunt reliq; omnes:
et veluti ancillæ atq; pediſſequæ obſequuntur: etiam iuris ciuilis callidi
tas: & humanarum legū peritia: quam tantopere & interdum inſolēter
nimium iactant atq; oſtentant: earum diſciplinarum laudis. & oſtenta
tionis: multo cupidiores q̄ veritatis: quam noſſe ſolis eſt tributum phi
loſophis: id eſt indagatoribus veritatis. Quid de Medicinali ſapiētia
Medicina multa. Hæc illius comes: hæc vernacula ſoror: & vera philoſophiæ aſti-
pulatrix eſt. Nam ſi nobilis & pulcherrima omniu; illa cognitio eſt: quæ
et nobilitate ſubiecti & ſplendore præſtat: & certitudine quadam de-
monſtrationis antecellit iure Medicina plæriſq; aliis anteponenda eſt
quæ diuinum opificium. i. hoīem & totius humani corporis ſecreta ri-

matur.fabricam præclariſſimam perſcrutatur:& compagem eius diuinæ
compoſitionis totam patefacit:hoīem.i.veram dei conditoris imagi/
nem ſeruat:tuetur:iuuat:languēti ſalutem:atq; icolumitatem præſtat
et quod vere diuinum eſt:mortuos quodammodo medicinali ope a ꝑ/
nicie/atq; ab interitu vindicat:& omnia perſpicuis & certiſſimis docu
mentis oſtendit.Hanc qui vere & ſalubriter profitentur:ſummis ſūt ho
noribus efferendi:& oī laude decorandi.Quippe quos præcipuos hūa/
næ vitæ conſeruatores īſtituit totius mundi rector:quo ex numero ho/
dierna die refulget Tyro noſter:& vir tum philoſophiæ laude præſtans:
tum maximis pollens naturæ ac fortunæ muneribus:de cuius clara ꝓ/
genie:eximia virtute:optimis ac probatiſſimis moribus:ſingulari eru/
ditione ac doctrina dicere idcirco ſuperuacuum eſt:quia oīa ſua ſpon/
te ſplendeſcunt:& in promptu ſunt omnibus. Quid plura.Labore et
ſtudio effecit:vt vere nanciſci debeat:quæ iampridem optauit præmia:
et in hoc cœtu ornatiſſimo præclara doctoratus inſignia: Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.XXVII.Eius nomine:qui in ar
tibus(vt aiunt)a promotoribus quos appellant: doctora/
tus petit inſignia.

Erat mearum partiū reuerende pater/præceptores optimi:ac
doctores celeberrimi & doctiſſimi viri:præclarā hanc noſtrā
efferre patriā & nobile laudare huius vrbis Gymnaſiū:ſimul
phiam & ſtudium eius vehementiſſime cōmendare: qđ ſem/
per apud omnes præclaras totius orbis natiōes & populos
maxime floruit.Sed ea certe eiuſmodi ſunt:vt ſileri debeāt potius:ꝙ te
nuiter atq; exiliter laudari.Prohibet id ingenii mei ībecillitas:nec tē/ Excuſatio.
poris anguſtiæ peruagari longius patiuntur:cum ꝓſertim alii ſæpe ex
hoc ipſo loco earum rerū laudem cumulatiſſima orōne ſint proſecuti.
Itaq; latius eſſe duxi prætermiſſa huius florentiſſimæ cōmemoratiōe ci/
uitati/et ſacratiſſimæ diſciplæ ac phiæ laude:quæ vna hominum vitā
exornat:& a ferarum ritu longiſſime abducit:rem ipſam aggredi.
Quapropter hodie in hoc præclarū collegium patres ampliſſimi cōue/
niſtis. A te igitur Barthole/q̄ Medicinæ/Phiæ/& omnium bonarū artiū Bartholus.
in toto Latio magnum decus/ac lumen exiſtis:& ſimul a collegis tuis
doctoribus meis ſumma doctrina fulgentibus:lauream & optatū labo
ribus & vigiliis ꝓmium:non tam merito ꝙ veſtra & horū patrū gratia/
fidenter doctoratus inſignia a veſtra humanitate depoſco:vt iſignitus
veſtra auctoritate:deſideratis mūeribus perpetuo lætari poſſim ampliſ/
ſimæ diſciplinæ/palmam & gloriam aſſecutus:ad laudē eius:a quo mu
nera ſunt omnia:& bona cuncta procedunt. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.XXVIII. Quam habuit/quum
peritiſſimo iuueni/ac philoſopho ſubtiliſſimo Petro Venā
tio conferret inſignia doctoratus.

N On ſit mirū quæſo venerāde pater/doctores celebres & ſa
pietes/ſi nūc faciā ſenior:qđ nūꝙ ātehac iunior cōſueui
:Cogit amor:q̄ oīa vicit:cōpellit charitas:q̄ oēm ſupat

Phiæ cominendatio. rationem:& ſi dicere fas eſt:vim affert amici voluntas:cui refragari eti-
am ſcelus putant. Sed relictis ſuauitatis oratoriæ blandimētis:nō qđ
oratoris eſt propriū ſplendidiorem dictionē. Sed quod ſuum philoſo-
phi eſt:rem ipſam cōplectar paucis: In promptu ſunt enim philoſophiæ
laudes. Nō latet:nō abſconditur illius honeſtas: Nam ſi bonorum ho
norabilium noticiā arbitrantur:honeſtiſſima ꝓculdubio & pulcherrima
omnium habenda philoſophia eſt:quæ diuinarū & humanarum rerum
omnium ſcientiā & cognitionem cōplectitur. Hinc eſt illa probata Græ
corum definitio ἡ γὰρ φιλοσοφία ἐστι γνῶσις θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. Non eſt obſcura eius vtilitas :quandoquidē animo
rum cultura dicitur: Patet latiſſime fructus eius. Vberrimus illius cam
Euagatio pus exiſtit. Quid eſt enim vere bonū atq; expetendū:quod nō a philo
ſophia petendum ſit:& ab eiuſdem inexhauſtis fontibus hauriatur. Ad
fœlicitatem philoſophia rectum pandit iter. Et actiua quidē:quæ eadẽ
Aethice Pratice dicitur & in agendo cōſiſtit : tum moralis Græce ἠθική: quæ
Oeconomice ſingulorum hominū vitam inſtituit. Tum domeſtica & familiaris Græ-
Politice ce οἰκονομική: quæ rem familiarem gubernat. Tum ciuilis : Græce πο-
Theorice λιτική: quæ populis moderatur. Et contemplatiua pariter : Græce θεω-
Metaphiſice ρική:quæ in cognoſcenda veritate verſatur. Tum ſupernaturalis & diui
Theologice na :Græce μεταφυσική καὶ θεολογική:quæ ens & paſſiones entis cauſas
altiſſimas ſubſtantias ſeparatas ac motores orbiū contēplatur. Et pro
Auicennæ ſententia nō modo ꝓphetiam atq; Angelorū ordines : ſed
etiam:excelſum ac benedictum cœlorum principem. Tū naturalis:Græ-
ce Phyſice:quæ naturam ſpeculatur & motum naturaliū reruȝ principia
cauſas & elementa:cauſarū genera:infinitū, vacuū, locum, tēpus, multi
plicem motus ſpeciē:creaturarū varietatē:diuerſa animantiū gña:ſim-
plicia:corpora, & mixta:animata, :atq; inanima:ſupera atq; infera:cœ
leſtia, ac terrena:quæ gñationi & corruptioni ſubiacent : & ortum atq;
interitum patiuntur:metæora & ſublimiora nō prætermittit:ſed& quæ
propiſſime terrā fiunt, nō tacet: q̄ mota mouent: & quæ cum alia moue
ant:ipſa immobilia perſtant deniq; materiam primā atq; vltimam for
mam. Preterea doctrinalis Græce Matematica:cuius abſtractio nequa-
q̄ mendatiuȝ eſt. Tū numeralis:Græce Arithmetrica: Tū dimenſiua :græ
ce Geometrica. Tum q̄ ſydera ſpeculatur & aſtra : græce aſtronomia. Tū
quæ mundanā humanā atq; inſtrumentalē muſicā contēplatur. Poſtre
Logice. mo q̄ rōnalis dicitur: Græc λογική cū vniuerſalibus, cum prædicamen-
tis:cathegoriis: cum diuerſis ꝓpoſitionibus:cuȝ argumentationibus
ſuis, & cuiuſq; generis ſylogiſmis. Nō eſt incognita philoſophiæ iucū-
ditas:p̄ſertim ſapientiæ ſectatoribus:qui ipſi contēplatione rerū miri
fice delectantur:incredibilē voluptatē:mirabili quodā (vt ait Plato) ſa-
pientiæ afficiuntur amore, ſupra modū letantur : & qđ in Methaphyſi-
cis Ariſtoteles ꝓdit gaudio quodā inenarrabili gaudent. Ipſa per ſe lu
cet philoſophiæ amplitudo ac dignitas: Cuius profeſſores ſi forte arro-
gantius Sophi:quod eſt ſapientes. at certe philoſophi, quod eſt ſtudioſi
ſapientiæ, iure optimo nuncupātur. Hi ſunt maximarū & occultarū rerū
ſcrutatores:inueſtigatores veritatis:magiſtri vitæ:bene viuendi duces.
indagatores virtutis:vitioruȝ expulſores:qui cognitis bonorū & malo
rum finibus oīa ad veram fœlicitatē ac btitudinē referāt. Horū tu nume

ro Petre Venanti hodie præcenſeris: quod clara ortus patria / bonis ꝓ genitus parẽtibus. ſub clariſſimo quoq; principe: qui cũm noſtra reſpu. coniunctiſſime viuit. conſiderans naſci hominẽ ad decus: perſpecta tui ingenii bonitate / contẽpſiſti vana / & fragilia omnia: neglexiſti corpis formam: habuiſti humana pro nihilo: percalcatis autẽ patriæ & parentum delitiis / ad capeſſendã philoſophiã animum cõtuliſti. In qua quãtum profeceris / horũ patrum ſapientiſſimorũ iudicium atq; auctoritas patefacit. Corona donantur victores: laurea afficiuntur clari duces. lãbunt poetarũ tempora ſequaces hederæ: potiore iure palmam philoſophi aſſequuntur: quorum perpetuo virtus floret: ſemper viret gloria.

Petrus Venan.

Coronæ

Pro tuo iure optata poſcis pñmia: & legitimo certamini debita. Dignus es qui iam tandẽ coroneris: & accipias palmam: Hac te libenter præclarum hoc collegium donat. Præſto es igitur Petre Venanti frater / & auctoribus Frãciſco Nino: & Bertholdo Maffario: acutiſſimis grauiſſimiſq; philoſophis collegis meis reſignato primũ vtere libro: vnde tibi infiniti quidam theſauri ſapientiæ depromuntur. Rurſum ſignatuz ſuſcipe: vt ad meditationem animi: quæ ſua philoſophi / & optata ſapientis mors eſt: & ad altiſſimam mentis cogitationẽ penitus conuertaris: qñ Cicerone teſte amici veri ſunt libri: & propria philoſophi inueſtigatio veri: & ille præceptor vtique præſtantior: non qui exterius ſonat: ſed qui interiorem hominem luce veritatis illuſtrat: Auguſtum geſtamen capitis: & ſacrum apicem quodam in ſacris philoſophiæ penetralibus ſacerdotum & flaminum ritu iure tibi hodie vendicas. Rectius enim philoſophos: ꝙ Vlpianũ aut alium quemuis profeſſorem iuris ſapientiæ & veritatis merito quis ſacerdotes appellet. Hodie tibi ſapientiã quaſi virginem caſtam ſponſam fœderas: quam & anuli ſubarratione perpetuã vitæ ſociam & inſeparabilẽ comitem adipiſceris. magnas tibi hodie diuitias paras: nun ꝙ tibi aurum defuerit: cuius fulgorem diuus Hieronymus ſapientiam interpretatur. Nun ꝙ deerit perfecta virtus: quam circularis figura ac rotunditas manifeſtat. Non deerunt gẽmæ rutilãtes vniones / & margarita: quæ multipliciũ virtutum ornatum ac varietatem indicant. Accedat oſculi ſacramentum. in quo religionis myſteriũ continetur. & veri pignus amoris. Charitas dei: quæ oĩa tuetur: & bonorum omnium plenitudinem cõtinet: oſculetur te frater oſculo oris ſui: vt fidei nexu & perpetuo cũ illa amore iungaris: ac ſis ſempiterno tempore fœlix. In rore cœli deſuper ſit bñdictio tua: bñdicat tibi dominus ex Syon: & videas bona cuncta omnibus diebus vitæ tuæ: & qui benedixerit tibi & ipſe quoq; bñdictionibus repleatur. Sed quæ a me exiliter dicta ſunt: horum collegarum / & præcipue Franciſci Nini ſplendidiſſimi viri ſupplebit oratio. Dixi.

Ad magiſterii inſignia conferẽda

℄ Auguſtini Dathi oratio. xxviii. Et quaſi præfatio quædam: quum Tuſculanas qſtiones publice legere incepiſſet.

E

Ex omnibus Ciceronis libris / quos quidẽ ipſe legerim: quem de Officiis ſcripſit / & Tuſculanas diſputatiões maxime probare ſolitus ſum. Quod in his / præcipua mea ſententia / virtutis diſciplina continetur: & multarum rerũ ad fœlicita-

tem ac beate viuendū pertinentium accurata inueſtigatio. Quamobrem & illum ſuperioribus annis publice explanandū ſuſcepi: & hunc in præſentiarum legendū ſtatuo: quod hac rōne plurimū (ni fallor) allaturus ſim: qui a me diſcunt bonarū artium atq; ingenuarum diſciplinarū

Viua vox. ſectatoribus. Verum quia viua vox ꝙꝙ magis afficit: labi plærunq; atq; affluere conſueuit: explanationem quandam Tuſculanarum diſputationū litteris quoq; & cōmentariis mandare conſtitui: vt aliorū imperitiæ quantū in nobis eſt aliorum imbecillitati medicemur. Noſtri autem inſtituti ordo ſic ſeruabitur: vt primū diuiſionē libri ac textus: dei de mentem interpretemur & verborū ſeriem ac ſenſum: & vnde ſint vocabula rebus impoſita. Poſtremum: vt difficillimas quaſq; queſtiones: et loca nonnulla obſcuriora tractemus: Dixi.

¶ Auguſtini Dathi orō. xxx. quæ eſt dei inuocatio in principio alicuius libri explanandi: præcipue laſciui.

Q Vi humanos regit actus: & cuncta gubernat: ille adſit ꝓpitius ac fœlix nobis: in cuius nomine noſtrarū lectionum lætum auſpicemur exordium. Studium cunctorū mortalium præcipuum eſſe debet. vt noſcant atq; declinent: quæ mala cernantur: et noxia. aſciſcant & amplexentur quæ bona ſunt & ſalutaria. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi orō. xxxi. de laudibus iuris ciuilis: pro illo qui ī ea facultate doctoratus petit inſignia:

S I legalis prudentiæ amplitudinem ac decus efferre inſtituerim celeberrimi patres: iuſta repræhenſione non carem: quando id factum ſæpius ex hoc ipſo loco plane intelligam per eos quidem viros quis ob ſummā dicendi laudem: rei tātæ magnitudo merito congruebat. Abeſt longe a me ea facultas: quam iuris ſplendor atq; infinita vis quædam & ſumma vtilitas poſtularet:

Legalis ſapia: vt pauca ſatius ſit: ꝙ multa loqui: Quod ſi legalis ſapientia: quod magno ingenio & exquiſita doctrina viri firmiſſimo teſtimonio comprobant: hominum genus maxime tuetur: & ſeruat. Illi quoq; probādi videntur: qui cæteris poſthabitis in eo ſtudio ætatem atq; operam cōſumpſerunt. Id me feciſſe non inficior: quod ſi forte minus ꝑfecerim: ꝙ eius præclari inſtituti ratio exigebat: labor: induſtria: & diligens cura non defuit. Itaq; quod natura fert: cupio iam tandem diuturni certaminis palmam adipiſci. Quam & ſi ſim forte nō ſatis dignus: dignabitur tamen (vt ſpero) me tanto munere veſtra benignitas: quæ ſtudioſiſſimum quemq; & humaniter ſuſcipit: ac libenter amplectitur:. Et eorū q ſe ad hanc p̄claram iuris laudē totos cōtulerūt: neminē vnꝙ non aſciſcendū duxit. Proinde vos p̄cipua iuris lūīna patres ſimul ac p̄ceptores iſignes N. et. N. hortatos atq; oratos velim: vt ꝓ noſtro ingēti in me quē eduxaſtis amore beniuolētia: humanitate & optata hoꝝ ſtudioꝝ inſignia et dicatā eorum laboribus & conſtitutā lauream deferatis ad cœleſtis numinis laudem. Dixi.

¶ Aug. Dathi orō. xxxii. vice illius q doctoratus iſignibus decorandum: poſt explanatā ab eo de more lectionē: in doctorū cœtu: īperioſe ad diſputationē iuitat. Hāc orōnem habuit Dathus ipſe in doctoratu Bertholdi Naſſarii integerrimi ciuis Senenſis: Hic eſt & Dyalecticus pe

gregius ac ſūmus philoſophus:& medicæ artis pitia eius:quā appellant:apprime clarus.&qđ raro in hac fece hominū inuenitur fide et obſeruantia ac ſtudio in amicos:& præcipua quadam in cunctos beneficētia:oīm hominū beniuolentia:& amore digniſſimus.

HActenus laudamus Bertholde frater/tuū ingeniū/eruditionē ac doctrinam. Tuam probamus in aſſignando: et explanando lucidā determinationē/elegantiam/ordinem/& pulchrū procedendi modum. Et in ea paleſtra tuam præclaram exercitationē facillime iudicandi. Supereſt vt pro more poſt hunc communem legendi ritū:ſingulare certamen ſubeas:& in diſputatiōe tuam perſpicaciā ac ſubtilitatē oſtendas:vt omnifariā te dignū præmio & honoribus præbeas. Ingredere igitur:& hanc diſputandi paleſtrā ſubi doctrinæ accinctus armis: quo pacto poſtmodū vt dignus es/coronaberis: et accipies palmā. Arguant duo ex iunioribus primū:mox qui tuæ optimæ eruditionis vſq; quaq; periculū facere cupiunt. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.xxxiii.pro eo qui e Gymnaſio ſtudiorū rediens domū/doctoratus inſignibus decoratus:in concione de more primū laudat ius ciuile:deinde principē:poſtremo in cœtum aſciſci/ac numero doctorū ſuæ patriæ aſcribi ſuppliciter poſcit:& orat.

INtelligebam illuſtriſſime princeps/patres ampliſſimi/atq; ornatiſſimi viri/illi facundiā ac ſummā dicendi copiā maxime neceſſariā:qui ex excelſo hoc loco orationē eēt habiturus. Quod quidē præclarū ornamētū cum me prorſus imbecillitati deſit:propoſitū huic rationi congruens q̄potero:breui orōne complectar. Nā ciuilis prudētiæ eiuſcemodi laus eſſe dignoſcitur:vt eam dignis explicare præconiis ſi ab inferis reuiuiſcāt:vix poſſit ex Latinis Romanus Cicero:ex Græcis Athenienſis Demoſthenes. Nihil hac præclara diſciplina in oī hominū vita & conciliatione melius:nihil tā frugiferum:nihil adeo iucundū:nihil æque ſalutare:nihil hoīe libero dignius. Nā iura ac leges:quibus ciuitates ac populi ad bene viuendū conſtituuntur:a ratione proſpecta: nihil præter virtutē atq; honeſtatē reſpectant:ſed ad eam rem potiſſimū & colendā & perſuadendā maxime diriguntur. Ad iuſticiā capeſſendā omnis iuris ac legū ſpectat itentio:tota quoq; ciuilis iuris ſāctio in virtute ſolidatur:a virtute perficitur. virtutem ſequitur:æqualitatem amplexatur. Bene igitur legalē iuſtitiā cōmemorat philoſophoꝝ p̄clariſſimus ac Peripateticorū Ariſtoteles princeps:quæ quidē non eam duntaxat iuſtitiā cōplectitur:quā diſpartiuntur ſapientes in diſtributiuā atq; cōmmutatiuā. Sed cæterarum quoq; virtutū oīm cumulū continet:non aliā ob cauſam nuncupata. Legalis niſi qđ leges ipſæ a viris ſapientiſſimis inſtitutæ nihil eff.ciūt aliud: niſi vt oīs pellatur iprobitas:oīs contra vigeat ac floreſcat virtus. Quæ vtiq; vera pro Vlpiani ſententia philoſophiæ profeſſio eſt. Quā veteres non iniuria indagatricē virtutū:expultricem vitiorum perhibent. Quocirca ſublatis legibus/magna ſequatur/neceſſe eſt:humanæ vitæ pturbatio atq; confuſio. Quod ſi diffinitio cuiuſq; rei ſubſtantiā patefacit ex legis ipſius diffinitione facile cōſtare pōt. Quæ nam vis illius

Iuris ciuilis cōmendatio.

existimari debeat: ſi ſanctio ſancta eſt: iubens honeſta, contraria prohibens. Vere namq̃ per leges: quod & ipſe quoq̃ noſter Hieronymus cõprobauit: mala prohibentur: præcipiuntur bona: cõceduntur media: per ſecta ſuadentur. Nõ abſq̃ optimis rõnibus, magno ſemper in honore

Euagatio. fuerunt. Ciuilis prudentiæ ſectatores. Ex quorũ voce, tanq̃ ex oraculo quodam (vt vulgo etiam dici ſolet) ea manãt: ac proficiſcuntur omnia per quæ ſublata iniuria: frenata malorum audacia, cohercita improbitate: tum iuſte, pie honeſte, continenter: tẽperanter: tum quiete: pacate iucunde: tranquille. beate in hominum ſocietate viuatur. Naq̃ quod de ſapientibus dicitur homines paſſim quondam ac vagos ferarũ more viuentes: redactos poſtmodũ ad honeſtatis normam ac rectã bene viuendi rationem compulſos: id proculdubio ad legalis ſapientiæ profeſſores & latores legũ: & ſanctiſſimorum inſtitutorũ conditores referendũ nemo cõpos mentis ambigere poſſit: qui optimis & ſcitis & legibus rudes atq̃ agreſtes componunt populos: ac regunt dictis animos: & pectora mulcent. Reges ac principes ſummis attolluntur laudibus: qui vel ipſi optimas ac ſanctiſſimas leges condiderunt: & ſuorũ obliti cõmodorum cõmunem vtilitatem: atq̃ vniuerſorum ſalutem ſecuti ſunt: vel ampliſſimis honoribus atq̃ vberrimis propoſitis præmiis doctos viros ac ſapientes & huius pcipuæ diſciplinæ præſtantes laude aſciuerũt: & ſtudio ſunt omni humanitate atq̃ officio proſecuti. Quod cum de aliis pleriſq̃ plane ac perſpicue conſtare intelligo: tum de noſtro illuſtriſſimo principe longe exploratiſſimum eſt: atq̃ ita exploratiſſimuq̃: vt id vnum ante omnia illi propoſitũ videatur: & premio afficere bonos: ac malos iuſta pœna vlciſci: quod ſuuq̃ maxime propriũ iuſticiæ munus eſt: & ſapientes ac doctrinæ, & imprimis ciuilis prudentiæ ſectatores magno ſtudio & amore cõplecti. Sed video me euagatuq̃ eſſe longius q̃ initio propoſitum erat. Iampridem poſthabitis patriæ ſimul ac parentuq̃ deliciis: quibus nihil in hominum vita putatur iucundius: longinquos petens populos: in ſtudiorũ exercitatione: & in ciuilis iuris diſciplina magnam ætatis partẽ & ſummam operam collocaui. Prohibuit forſan ingenii imbecillitas: ne valde profecerim, voluntas, ſtudium, labor minime defuit. Tandem in nobiliſſima Etruriæ vrbe Sena, ſtudioruq̃ ac litterarum alũna, palmam diuturnæ exercitationis ac doctoreaq̃ adeptus ſum dignitatem. Fateor me tanto honore nequaq̃ ſatis dignũ. Sed veſtra benignitas certe vel ipſa meritum efficiet: vel plurimũ augebit. Adeſte igitur ac fauete filio mihi patres beneficentiſſimi: & in veſtrum gregem cooptate: date humiliter poſtulanti optatum munus: & in quo libuerit loco, ſeruum ſupplicem collocate: habituri me perpetuo vitæ tẽpore pleniſſimum fidei, & paratum iubentibus vobis neq̃ etiam capitis vitare diſcrimẽ. Quod omne ita demum peto: oro: obſecro, ſi honeſtum. ſi decorum: ſi cõſuetum: ſi gratuq̃ humanitatibus veſtris futurum ſit: nec immodeſtum. nec arrogans: nec inſolitum: nec præter veſtræ voluntatis placitum. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi oratio. xxxiiii. ac veluti prefatio quædam de laudibus legalis ſapientiæ.

CVm perſpicuū ſit glorioſiſſime princeps: voſq; viri præſtantiſſimi ac celeberrimi patres nihil ſapientia aut maius inueniri: aut præclarius poſſideri: illa tamen eius pars cæteris omnibus præferenda eſt: per quā ad bene & cum virtute viuēdū humanū genus docetur. inſtruitur: dirigitur. Nā cum rationis præſtantia homo cæteris animantibus antecellat: ea nimirū rationis vis vel maxima cernitur: qua ad colendā exercendamq; virtutem inuitamur: ac deducimur. Id autem ſiqua ars: ſiqua diſciplina præſtat eam plane legalem ſapientiam eſſe conſtat: cuiusvis tota: ac ratio in eo ſita eſt: vt tum declinare quæ turpia & fœda ſunt: tum ſectari conſueſcamus quæ bona & honeſta eſſe cernantur: ℭ Quocirca huius legalis prudentiæ ratio ab optimis profecta primordiis: præſtantiſſimis auctoribus inuenta: cōprobata: at illuſtrata eſt. Ea latiſſime patet: & ad cōmunem hominum ſalutem: atq; vtilitatem ſpectat. Per eam ſingulorū vita rectiſſime inſtituitur: familiæ optima ratione reguntur regna: principatus: ciuitates: ac cætera concilia: cœtuſq; hominum iuris æqualitate: & p̄clariſ conſtitutionibus gubernantur. Quod cum ita ſit. &c.

ℭ Auguſtini Dathi Orationis. xxxv.
Thomos de ſuiipſius cognitione.

CVm ſint plæraq; omnia cognitu ac ſcitu laudabilia ac decora: tum illa omnibus eſt anteponenda cognitio: per quā homo ſeipſum nouit. Hoc eſt enim ſalutare illud ſcriptum pro foribus Delphici tēpli: quaſi diuinitus demiſſum mortalibus: ac veluti p̄lapſu; de cœlo oraculū: γνωθι σαυτον & a Græcorum ſapiente: ſiue is Thales Mileſius vnus e ſeptem: ſiue Monymus: ſiue quis alius tandem fuerit: ſalutari inſtitutione præceptum. Noſce teipſum

Non iniuria redarguit. M. Cicero eos qui: nimis magnum ſtudium & operam multam nimis in res obſcuras ac minime neceſſarias conferūt iis videlicet vel ommiſſis: vel neglectis: quæ ſapientis tum officio: tum etiam dignitati conueniunt. Quod dum Archimedes Siculus ille diligentior Mathematicus efficit: extremum excidium non vitauit. Sciunt enim multa nonnulli: & ſeipſos neſciunt. Quos diuus Bernardus diuinarum rerum ſtudioſiſſimus contemplator: ac vitiorum cenſor acerrimus: vehementiore accuſatione notauit. Cum nihil pro ſapientis vera ſententia: nec turpius ſit ignorantia ſui: nec omnino dementius. Cum nihil contra rerum omnium: quas ſcientia attingit humana: melius ſit: vel prorſus ſalubrius cognitione ſui: quæ initium ſalutis eſt: præcipuum ſapientiæ munus: virtutis plenitudo: officii conſumatio. Hanc vnam maxime & rationi hominis conſentaneam: & omnium neceſſariam cunctis ſtudiorū generibus ſcientiſſimus Aurelius Auguſtinus firmo animi iudicio prætulit. Cicero. i. offi. Bernardus.

ℭ Auguſtini Dathi: qum. M. Tullii de officiis librū publicæ legere incæpiſſet: Oratio. xxxvi
Ac præfatio quædam mutila: mēdoſa: corrupta: imperfecta. Diuinos quoniam Mures roſere libellos:

Dia etica.
Dianœa intelli gentia.

DVplicem philoſophi virtutem eſſe tradiderunt:alterā intel
lectiuam:quā Διανοητικην Græci vocant:alteram moralẽ
quam appellant ηθικην: & illa quidem tum generationem

Aethice

tum etiam incrementū plurimum ex doctrina habere dignoſcitur. Hæc
vero ex aſſuetudine fit. Sed morale opus eiuſmodi eſt:vt nō ſolum in⸗
ueſtigari verūetiam ad exercitationē accōmodari conueniat. Id nanq;
voluit Ariſtoteles in eo libro:quē de moribus ſcripſit. Nō enim contē⸗
plationis gratia quēadmodum reliqua:ſed vt boni ſimus virtutem in⸗
ueſtigamus. Quod ſi ſecus contingat nulla prorſus ſit virtutis vtilitas
cuius laus omnis in actione conſiſtit. itaq; Cicero cū M. filium Athe⸗
nas ad Chratippum Peripateticū audiendū miſiſſet:decreuit tum inſti⸗
tuendi filii/tum doctrinæ teſtificandæ gratia:librū ſcribere de Officiis
apud nationem quæ ſtudiorum princeps eſſet/teſtem futurū Tullianæ

Officium

eloquentiæ:ſummæq; doctrinæ. ¶Officium enim nō virtutis habitum
ſed exercitationem cōplectitur. Quēadmodum vero inter vitiū ac pec
catum intereſt:quod illud animi habitus:hoc prauū opus eſt:ita & vir⸗
tutem conſtat habitum eſſe:officium autē quæ a virtute atq; honeſtate
ducitur actionē. Quocirca & ab efficio verbo originem ſumpſit:vt oſtē
dit Ambroſius:ſed propter decorem orationis littera immutata offici
um velut efficium appellatū eſt. Tanta eſt autem officii vis atq; præſtan
tia:vt nulla humanæ vitæ actio expers eſſe officii queat:in cuius exercita
tione vitæ honeſtas omnis cōſiſtit:& in neglectu turpitudo. Nam quē⸗
admodū pleræq; artes exercitationē deſiderant:ita & virtus maxime
laudem magnā conſeqtur:ſi conſuetudo vſuſq; adhibeatur/& exercita
tio:qua in re ineſt officiū atq; honeſtas. Virtutis igitur colendæ & offi⸗
cii cōſeruandi pcepta pulcherrima:& imprimis vtilia Cicero ad filium

Epithome offi.

ſcribit. Opus vniuerſum in tres libros partitur:& in primo quidē poſt⸗
ꝙ perfectum officiū a medio ſeiunxit:& vtrūq; diffiniuit:cœpit oſtende⸗
re:quæ illa ſunt:in qbus deliberandis homines verſari ſolent: Atq; qa
prima deliberatio ad honeſtatē ac turpitudinē ſpectat/ſecat honeſtum
in quattuor partes:primā prudentiæ & ſapientie:alteram iuſticiæ & li⸗
beralitatis:tertiam q in animi magnitudine ac robore verſatur:poſtre
mam Modeſtiæ ac temperātie:ex his oībus locis velut e quibuſdā fonti
bus ducit officia docens ſeruanda q honeſta ſunt:contēnenda quæ tur⸗
pia. Tum aggreditur cōparationem eorū:quæ honeſta ſunt:quæ ſæpe cō
tingit. cū duo honeſta aut plura proponuntur:ac ſtatuit virtutum om⸗
nium principem ſapientiam & iuſticiæ officia ſtudiis ſcientiæ præferri:
demum officiorum gradus diſtinguit. Secundo autē libro de vtili atq;
inutili ſermo eſt:oſteuditq; tria genera re confuſa:iuſtum:vtile: hone⸗
ſtum ſola cogitatione diſtingui. Ponitur earum rerum diuiſio: quæ vel
prodeſſe hominibus:vel obeſſe poſſint. Sed quod præ cæteris vtiliſſimū
eſſe cernitur rectiſſime explicatur:quoniam modo hominum ſtudia ad
vtilitates noſtras allicere atq; excitare poſſimus. Multa afferūtur de glo

Duo Cice. libri de gloria deſi⸗ derantur tēpo ris incuria.

ria:& ea numerantur ꝑ ꝑ ea de re duo ſunt alii Ciceronis libri:ex qui⸗
bus maxima gloria comparari queat. Oſtenditur quo pacto non ſo⸗
lum ſingulis ciuibus:ſed etiam vniuerſis conſulendum ſit. Adhiben⸗
tur ex Antipatri ſententia duo vtilitatum præcepta: valitudinis pro⸗
curatio & pecuniæ. quæ Panetius etiam preterierat. Demum incedit

M.Tullius in vtilitatum comparationem:docens quo pacto corporis
cõmoda cum externis:& vtraqȝ ad inuicem comparari conueniat. Ter-
tio vero libro vtilitatis:atqȝ honeſtatis pertractatur contentio:qui lo
cus in tota philoſophia maxime neceſſarius eſt:ſed nõ idcirco a Cicero
ne ſuſceptus:vt poſſit aliquando vtilitas cum honeſtate pugnare: cum
vtilitate honeſtas:ſed quia nonnullos plærũqȝ fallit vtilitatis atqȝ ho-
neſtatis ſpecies. Nam ſolitus eſt Socrates execrari eos : qui plurimum
hæc natura coherentia opinione diſtraxerunt: cui Stoici omnes aſſenſi
ſunt:quos Cicero imprimis in his libris auctores habet: Quare in hac
vtilitatis honeſtatiſqȝ comparatione:bene ac ſcite dixit Panetius ſole- Panetius
re homines dubitare:nõ autẽ oportere quia nihil vtile eſt: quod nõ ſit
honeſtum:nec honeſtum quicꝙ:quod nõ ſit idem vtile.Itaqȝ formulã
ac normam quandã Cicero conſtituit ſecundum Stoicorum præcepta:
rationi ac diſciplinæ maxime conſentaneam:quam qui ſequetur in cõ-
paratione rerum nunꝙ ab officio:honeſtateqȝ poterit aberrare. Sed id
imprimis præcipitur:vt quotiens vtilitatis ſpecies obiecta eſt:cui adiũ-
cta turpitudo cernitur:nõ vtilitatem eſſe requirendã:ſed intelligendum
potius:vt vbi turpitudo ſit:ibi vtilitatem eſſe nõ poſſe. ¶ Opus igitur Attende.
omne de Officiis inſcribitur:quod eſt de conſuetudine atqȝ actione vir
tutum:conſilium eſt bonorũ philoſophorum omniũ:ſed Stoicorum im
primis imitari ſententias:& conſeruandi officii fuit in hoc viro vis De
moſthenis:copia Platonis:iucunditas Socratis.Neqȝ plurimas(vt ait
Pindarus)aquas colligit:ſed viuo gurgite exundat : dono quodam
prouidentie genitus:in quo omnes experiretur vires ſuas eloquentia.
Quis docuit vnꝙ diligentius.Mouit vehementius. Cui tanta affuit
ſuauitas. Non immerito igitur ſuis temporibus regnare in iudiciis di-
ctus eſt. Apud poſteros vero id conſecutus vt Cicero iam non hominis
nomen:ſed eloquentiæ putetur. Quamobrem iuuenes optimi ſi exqui-
ſitam doctrinam:ſi diuinam eloquentiam aſſequi concupiſcitis : legen-
dus ſemper vobis & perdiſcendus eſt Cicero:habendus in animo: & ſi
fieri poſſit.geſtandus ſemper in manibus.Hunc ſpectate:hoc propoſitũ
ſit vobis exemplum.Ille ſe credat proficere:cui plurimũ Cicero placeat
Sed huius viri ſtudio :vel veſtro potius amore progreſſus ſum:ꝙ inſtitue
ram longius.Rurſum capeſſite doctrinam:imitamini præſtantes viros:
amplectimini Ciceronem : & immortalis atqȝ omnipotens: ſine cuius
numine factum eſt nihil:veſtra Deus incæpta ſecundet. Nunc vero ſpe-
ctemus illa quæ in explanandis auctoribus principio ſpectari conſue-
uerunt. ¶ Eſt autem in hoc opere Ciceronis intentio:vitæ præcepta tra
dere:recta ab illo vtilitas demonſtratur:non filii ſolum.M.Ciceronis
ſed omnium quoqȝ hominum inſtitutio:atque optimus in virtute pro-
greſſus.Libri initium hoc.M.Tullius dedit. Quamꝙ te Marce fili an-
num iam audientem Chratippum.&c.

¶ Auguſtini Dathi orationis.xxxvii.
Thomos pro diſputante.

SOlent qui inueſtigandæ veritati dant operam; quiqꝫ in cognoſcendis rebus verſantur:plurimum laudari.Quoniaꝫ ex omnibus humanis actionibus nulla melior: nulla pſtãbilior iudicatur:& naturæ hominum magis accommodata.

Quinti. ſñia.

Si quidem pro Quintiliani ſententia: ſicut aues ad volatum:equi ad curſum:ad ſæuitiam feræ gignuntur:ita nobis propria ẽ mentis agitatio:atqꝫ ſolertia.Vnde origo animi cœleſtis creditur:nulluſqꝫ(vt Lactantius ait)animo ſuauior cibus eſt:ꝙ cognitio veritatis Fœlixqꝫ ille eſt(vt Poeta inquit)qui potuit rerum cognoſcere cauſas: Et omnes homines(vt Philoſophus aſſerit)natura ſcire deſiderant.Imprimiſqꝫ(vt Orator affirmat)hominis eſt propria veri inquiſitio atqꝫ ĩueſtigatio.Itaqꝫ cum ſumus neceſſariis negociis curiſqꝫ vacui:tum auemus aliquid videre:audire:diſcere:quærere:inueſtigare:rimari:contemplari:intelligere:cognoſcere:ſcire:compræhendere.Omnes enim trahimur: & ducimur ad cognitionis ſcientiæ cupiditatem:in qua excellere pulchrum putamus.Labi autem & errare:neſcire:decipi:& malũ & turpe ducimus.Hominis autem mens diſcẽdo alitur & cogitando ſemper aliquid aut inquirit:aut agit:videndiqꝫ & audiendi delectatione ducitur.Sed quoniam ſapientes viri arbitrantur pro noſtræ mentis imbecillitate perſpicuam veritatem:niſi per diſputationem lucere non poſſe quandoquidem nemo vnꝙ inter mortales optimus ſit inuentus:qui ꝑ ſeſe omnia noſcat:idcirco diſſerendo:cõmunicando:mutuaqꝫ collatione quadam veluti ingeniorum cote:præſertim apud viros rerum omnium doctrina præſtantiſſimos:quales eſſe vos liquido conſtat : qui adeſtis:certa rerum cognitio comparanda eſt. Dixi.

Veritatis,indago vtiliſſima.

¶ Auguſtiſtini Dathi Orõis.xxxviii.Thomos/de laudibus Chriſtianorum Theologiæ.

SI quis cœleſtibus:ac diuinis rebus viri religioſiſſimi:atqꝫ optimi patres:orationem habiturus ſit:illi proculdubio non hominum eloquiis:ſed angelorum linguis : et ſupra hominem facultate opus eſſe intelligo.Quod ſi veteres aut Græcorum:aut Romanorum eloquentiſſimi oratores non abſqꝫ quadã formidine ac pauore orationis ſuæ initia exorſi ſũt:video mihi multo magis pertimeſcendum:cui de re altiſſima atqꝫ ſublimi in ornatiſſimo ſapientum atqꝫ eruditorum hominum conſpectu grauiſſimum dodierna die dicendi onus incumbit.Quum mecum infinitam rerum varietatẽ ſæpe conſidero:animoqꝫ complector:quum ipſam mundi machinã: ac præclarum Dei opificium mente & cogitatiõe voluto: animaduerto nimirum cætera omnia nullius eſſe momenti:præ immenſa atqꝫ inenarrabili Dei maieſtate atqꝫ ſubſtantia:quam diuina philoſophia ea : quam Græci Theologiam vocant:altiſſima indagine quadam: & perſpicaciſſima ſpeculatione contingit.Nota ac vulgata eſt illa nobilis ac præclariſſimi Philoſophi ſententia:non ſe habere noſtræ mentis aciem ad ea q̄ ſecundum naturam latiſſime patent:manifeſtaqꝫ ſunt:ꝙ imbecillis volucris & noctuæ infirmos oculos ad ſplendidam ac fulgentiſſimam Solis lucem.Quod ſicut ait in Phedone Plato ille philoſophorum princeps)qui animi naturam diligentius contemplantur:eorum mens cali

Theologia: Ariſtoteles.

Plato:

gine quadã atq; obnubilatione confunditur: euenitq; id quod acriter oculis deficientem Solem intuentur, aut aſpectũ prorſus amittant: id multo magis in contẽplanda diuinæ celſitudinis Maieſtate contingit. Non eſt tanti ſplendoris ac fulgentiſſimi luminis humana capax fragilitas, tam eximiæ claritatis amplitudinem pati nõ poteſt imbecilla humani generis facultas. Sed miſerta noſtre debilitatis diuina clementia per mediatorem filium illa cœlitus reuelauit: quæ nulla humana at curioſa perſcrutatio: nulla veterum Philoſophorũ ſolertia: nulla cuiuſq̃ acerrima perſpicatia valuit adipiſci. Ab ingenti vero atq; immenſa cœleſtis principis benignitate vera illa ac diuina philoſophia ſumpſit exordiũ: quã non Græci ſolũ: ſed latini quoq; vetuſtiſſimo nomine Theologiam appellare conſueuerunt. Ex hac nobis illa profecta ſunt: quæ ſapientibus viris incredibiles quoſdã & admirabiles amores excitant ſapientiæ. Nemo tam ferus eſt: nemo tam agreſtis, ac barbaris moribus: cuius menti nõ illa ingenita Dei ſit notio: per quam a cæteris animantibus differt humana præſtantia. Sed quiſnam ille ſit Deus quem colere: quem amare: quẽ timere: quem venerari quẽ deniq; adorare debemus: ſola inſinuauit nõ humaniter inueſtigata: ſed potius diuinitus reuelata ſapientia: vt per eam intelligeremus Trinitatẽ in vnitate: vnitatem in Trinitate indiuiſibiliter contineri. Hinc Pater, Filius, Spiriritus ſanctus perſonarum trinitas: eſſentiæ vnitas: ſummæ maieſtatis æqualitas comperta eſt. quã nullo pacto humana ratio inueſtigare potuiſſet. O inenarrabile, atq; inexcogitabile ſacramentũ. Pater eſt: & filius: & ſpiritus ſanctus: quorum ſingulus quiſq; Deus: ſimul omnes deus: ſingulus plena ſubſtantia: ſimul omnes ſubſtantia. Cũq; pater: nec filius ſit: nec ſpiritus ſanctus: filius nec pater ſit: nec ſpiritus ſãctus: ſpiritus ſanctus nec pater nec filius: deniq; pater tantũ ſit pater: filius tantum filius: ſpiritus ſanctus tantũ ſpiritus ſanctus: tamen (vt chriſtianæ religionis decus Auguſtinus tradit) eadem tribus æternitas eſt. eadem incõmutabilitas: eadem Maieſtas: eadem poteſtas. Et in patre quidem vnitas æqualitas in filio: & ſpiritu ſancto vnitatis atq; æqualitatis concordia continetur: vt tria vnum ſit propter patrem: æqualia propter filium: connexa propter ſpiritum ſanctum. O altitudo diuitiarum ſapientiæ, atq; ſcientiæ Dei: quam humanæ imbecillitati pia quadam reuelatione impartiri dignatus eſt. Quã præclara, q̃ ineffabilis diuinæ bonitatis amplitudo: quæ cum de nihilo & ſpiritualem & corporalem creaturam: id eſt cœlum ac terram principio condidiſſet: eiuſdẽ nos ſummæ clementiæ participes fieri voluit. Qui poſt glorioſum mundi ipſius opificiũ: poſt admirabilia ſex dierum opera. tandem ad imaginem ac ſimilitudinem ſuam hominem effinxit: cuius ſub pedibus omnia ſubiecit: oues etiam & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi: quem conſtituit ſuper opera manuum ſuarum: & gloria atq; honore coronauit. Dixi

Trinitas

❡ Auguſtini Dathi oratio. xxxix. de laudibus virtutis:

S I diligenter aduertimus patres chariſſimi, cætera ſunt caduca omnia momentanea fragilia ac fortunæ caſibus ſubiacẽtia: vna virtus eſt: quæ vera & certa poſſeſſio hoĩs ſit ha-

Virtutis cõmẽdatio

benda. Quæ animā ipſum ad imaginem, ac ſimilitudinē Dei procreatum in ſua dignitate, ac ſplendore conſeruat: & ad extremos vſq; vitæ terminos fidiſſima comes ad verā tandem beatitudinem ſola perducit Ad hanc nos colendam aſſequendāq; geniti ſumus. Per huius exercitationem creatori paremus. Hac reliquis animātibus p̄ſtamus & belluis. Hæc laudem ac decus parit. Hæc ſolidā, ac perpetuam voluptatem adducit. Hæc mirificos, ampliſſimos, atq; vberrimos fructus p̄fert. Hæc nullius inſectatione a nobis auferri poteſt. Nō tempeſtatibus: nō ferro: nō bello: nō naufragio: nō vi vlla prorſus labefactari. Hāc capeſſite omnes hanc amplexamini cunctis viribus: in eam incūbite: quam vt adipiſcamur, glorioſo intercedente Pōtifice Nicolao, annuat ille qui trinus & vnus infinitis ſæculis regnat Deus. Dixi.

Auguſtini Dathi Oratio .xl. Ad idem

Omnium rerum vna maxima eſt: ac maxime expetēda virtus viri patres, vna præcipue: quā inueſtigare: quam amplecti: quā præ cæteris omnibus colere, & rebus cunctis præferre debemus. immortalis nāq; eius poſſeſſio eſt: & altis nixa radicibus: nullis fortunæ caſibus ſubiacet: nullis poteſt viribus expugnari: nulla quoq; externa vi: quod ipſe ſentit ſummus orator: prorſus amitti. Ea via eſt ad beatitudinem: ad quā mortalium omnium tendit: atq; aſpirat intentio. & ad beate viuendum ſeipſa contenta: vt Stoici tradunt. omnia quæ cadere in hominem poſſunt: ſeipſa inferiora putat. Hanc igitur exquirite omnes: & ad eam plane conſequendā vigili cura, accuratiſſimo ſtudio atq; opera contēdite, vt virtutem adepti: & vere ſapientes, & perpetuo fœlices, ac beati eſſe poſſitis: illo inſpirante qui vera virtus eſt: & totius virtutis ac btitudinis auctor. Dixi.

Auguſtini Dathi fragmentum orationis .xli. Ad idem.

Nihil eſt viri Senenſes rerū omniū quæquidem in hominē cadere poſſint virtute omnino melius ac p̄ſtabilius: nihil vitiorum ac flagitiorū turpitudine vel pernitioſius quicq̃ vel abiectus cogitari poteſt. Sed nihil bonis ac probis hominibus fœlicius eſſe: nihil perditis atq; improbis miſerius: ſatis ſuperq; iampridē ſapientibus viris compertū eſt. Incredibilis quædā eſt virtutis præſtantia: ac magnitudo: quā qui adipiſcuntur: ii nō modo mihi ſolum: quē forſitan ob ingenii tarditatem, ac doctrinæ inopiam falli nō difficille erat: verumetiā omnibus qui natura: qui ſtudio: qui ſapientia cæteros p̄ſtāt perbeati abſq; vlla dubitatione videri ſolēt. Nā ſi vera dicit ille iuriſcōſultiſſimus Vlpianus aſſeſſor imperatoris Alexādri perinſignis: natura bona dicuntur ex eo quod beant: hoc eſt beatos faciunt quid erit putādum bonum preter virtutem. Nec eſt enim bonu; quicq̃: niſi aut virtus aut id quod cum virtutis atq; honeſtatis ſocietate cōiungitur. Quid enim eſt beare aliud (vt idem dicebat Vulpianus) q̃ prodeſſe. At ſola virtus ſemper prodeſt: quod ſi ita eſt, ſola maxime nos beatos efficit: cætera vero nec ſemper proſunt: & obſunt plerūq; iis: qui illa poſſideāt: Nempe diuitiæ quibus maxime vulgus hominu; inhiat dignitates: honores vires quoq; pernicitas, forma: cæteraq; vel corporis vel externa

Vlpianus

vt multitudo imperita nominat adiumenta:vt nos putamus fortunæ ludibria:multis ſæpenumero dedecori/damno ac malo & ſunt & fuerũt Q uã ſcite/ꝙ ſapienter exclamat noſter Satyrus.

Omnibus in terris/quæ ſunt a Gadibus vſq; Iuuenalis.
Auroram & Gangem:pauci dignoſcere poſſunt
Vera bona:atq; illis multum diuerſa remota
Erroris nebula.

℃ Quæ ſunt vera bona:quæ iure expetenda/atq; exoptãda præter honeſtatis actiones/exercitationeſq; virtutum. Senſit hic non tam Poeta ꝙ doctor bene viuendi:id quod præclare Iabolenus iureconſultus admirabili vir ingenio:ac ſapientia nequaꝙ iure bona dici:atq; appellari poſſe:quæ plus incommõdi habeant ꝙ cõmodi. Magnifica ac præclara vox:& iuriconſultiſſimo digna viro ſententia:quæ declarat ſolum ſere in humanis rebus virtutem bonũ:quæ oſtendit veram ac ſolidã; boni rationem:quæ ſi acrius proſpiciatur:externas:fragiles:caducas res omnis a bonorum appellatione depellit:profecto intellexerunt viri ſapientes id bonum eſſe:quod proſit omnibus:noceat nemini. Honores: imperia:pecunia:robur:opes nequaꝙ in rebus bonis habẽda ſunt: per quæ & multa & magna nonnunꝙ hominibus mala importata didicimus. Atq; ea res imprimis Poetam impulit:vt acerbius inueheretur in fallaces hominum curas:ſtultas cogitationes:lubrica vota:vanos conatus inanis contentiones. Nocitura toga inquit:nocitura petuntur.

Iabolenus iure con.

Verũ bonum.

Militia & torrens dicendi copia multis
Et ſua mortifera eſt facundia viribus ille
Confiſus periit:admirandiſq; lacertis
Sed plures nimia congeſta pecunia cura
Strangulat:& cuncta exuperans patrimonia cenſus.
Q uoſdam præcipitat ſubiecta potentia magnæ.
Inuidiæ mergit longa:atq; inſignis honorum
Pagina.

℃ Q uid multa. Superuacua aut pernitioſa petuntur:Itaq; ipſa in bonis rebus (vt ita dixerim) eſſe ſe negant. Laudo Biantem Priennenſẽ qui vnus fertur e ſeptem Græciæ ſapientibus:qui etiam direptis amiſſiſq; iis omnibus quæcunq; ea tempeſtate externa poſſideret: omnia tamen quæ bona quæ ſua eſſent ſecum auferre dicebat Laudo Stilphonem Megarenſem:cuius cũ patriam cæpiſſet:ac diripuiſſet hoſtis: eumq; moneret Demetrius vt ſibi ſcripta traderet omnia:quæ perdiderat:ſcite reſpondit ex ſuis bonis ſe omnino amiſiſſe nihil:quod doctrina atq; eruditione & virtute ſpolia ducit nemo. Laudo Anaxagoram Clazomeniũ qui diuitias & malas appellauit:& in mare adiecit:eaſq; merſit:ne ipſe mergeretur ab eis. Laudo Cratetem Thebanũ qui & ipſe magnam ab ſe vim auri proiecit:putans non poſſe & virtutes ſimul & diuitias in eodẽ Regno conſiſtere Laudo Druidas Gallorũ: Indorũ Gymnoſophiſtas:Phõs demũ omnis. Q ui oĩa hæc hũana cõtempſerũt:vt ſolã expeditãq; virtutẽ ſeqrẽtur:magnis Iſocrates efferẽdus eſt laudibus ꝗ ꝑ ceteris oĩbus exꝗſitã poſſeſſionẽ virtutis lõge ait rebus oĩbus poſſe pſtare

Euagatio

Bias.

Stilphõ mega.

Anaxa. Clazo.

Crates Theba.

Iſocrates.

Prothagoras Deteſtor Prothagoram ⸗cæteroſq;:qui ita philoſophātur:vt vehemen⸗
tius augendis copiis⸗amplificandis facultatibus:ſtruendis opibus: cu
mulandis diuitiis intendunt. Quanta vero virtutis præſtantia eſt:at⸗
q; amplitudo.tanta quoq; peccati & ſceleris turpitudo ⸗ ac fœditas de⸗
claratur. Stoicorum haud penitus reiicienda ſententia eſt:q̄ id ſolū ma
Deteſtatō mali lum conſtituerent:quod turpe eēt. Quid enim tam malum ⸗ ꝙ vitioruꝫ
labes ⸗peccatorum ſordes. Quid porro tam miſerū: quid tam deteſta⸗
bile quid denīq; tantopere fugiendum. Neq; enim aliunde magna de⸗
trimenta hominibus .nec extrema pernicies vitæ.atq; vltima cladesali
unde ꝙ a peccatorum ac ſcelerum ſeminariis profecta eſt. Et bonum q̄⸗
dem ſemper prodeſt:ac beatum facit:identidem malum cum ſemper ob
ſit.eum in quo fuerit ⸗proculdubio miſerum efficit. Atq; illud maxime
proprium virutis eſt atq; honeſtatis:hoc vitii ac facinoris:Ita fit:vt vir
tus præ cæteris rebus expetenda eſſe videatur:vitium declinandum:
Sed eſt profecto aliquid virtuti commune cum vitio: vtrumq; enim via
quædam eſt:quam intendunt:quam ingrediuntur mortales:pegrini po
tius ꝙ incolæ terreſtris domicilii. At eo diſcrimīe potiſſimum ſecernū⸗
tur:quod ad fœlicitatem virtus:vitium autem ad miſeriam ducit: Siq̄⸗
dem homines cum in hanc lucem prodeunt:confeſtim veluti e carceri⸗
bus quibuſdam miſſi:citato curſu ſemper ad calcem properant:& q̄ vir⸗
tutis viam ingreſſi ſunt:nec vllis obiicibus aut īterci piuntur:aut retar⸗
dantur:palmam excurſo ſtadio:optatæ victoriæ coronam incorruptaꝫ
immortalis præmii conſequuntur. Qui vero pervitiorum anfractus:ꝑ
deuia turpiſſimæ voluptatis:per horridas atq; incultas flagitiorum ſtr⸗
tis decurrerint:aberrauerintq;:nec metam vnquam contingunt:& plæ
runq; veri ducis auxilio deſtituti:in præcipitium miſeri dilabuntur.
Mea quidem ſententia⸗omni ſtudio & induſtria atq; diligentia virtuti
opera danda eſt:quæ ampliſſimi præmii expers eſſe non poteſt: vitii ve⸗
ro labes:vel non admittenda vel repellenda⸗eſt:quæ magnis ſemp ſup⸗
pliciis eſt obnoxia. Quam multa:ꝙq; admirabilia virtutis ſtadio præ
mia expoſita ſunt ad ſpem:ad gratiam:ad dignitatem:ad delectatio⸗
nem:ad gloriam. Quam grauia contra vitiorum turpitudini propoſi⸗
ta ſupplicia:ꝙ varia ac multiplex parata pœna eſt. Nam qui flagitiis de
diti.ſceleribus obnoxii ætadem agunt:ii profecto omnibus ſenio ſunt
atq; odio:ſemper metui:ſemper fame:ſollicitudini:dedecori:patent.
Quamobrem ſi acrius rem ipſam explicata animi notione⸗ contēpla⸗
tione contemplari voluerimus:intelligemus eam vim atq; amplitudi⸗
nem eſſe virtutis:vt cum perfecta & confirmata ſit incredibili quadam
præmiorum vbertate circunfluat. Nempe illa magna videri debet: quæ
hominum inuentis ciuitatum iudiciis populoruꝫ ſcitis excogitata ſūt
Illa maiora:quæ hominum mentibus mater ac diligens rerum fabrica⸗
trix natura præſcripſit. Sed ea ingentia atq; ampliſſima putanda ſunt:q̄
diuina prouidentia cōſtituta:eos qui iiſce præmiis affecti ſunt:ſine du
bitatione beatos faciunt. Nec non ſuppliciorum ac pœnarum eadē ra⸗
tio habenda eſt:quarum ſeueræ malos plectunt:quæ hominibus inſtitu
tis inuentæ ſunt:grauius premunt:quas natura conſtituit: acerbiſſime
torquent:cruciant:vexant:miſeros reddunt:quas diuina iuſtitia lege
ineluctabili ſanxit. Nam quid primum legum latores maxime profiteu

tur:quo ſapientum & ſummorum virorum mens intendit: quo ſpectat conſilium atq; ſtudium omne: Nonne viciſſim ſuppliciis agunt ac præmiis:vt illis a male viuendo homines deterreant:his vero vt ad virtutis exercitationem impellant:atq; deducant. Ac virtutem ipſam tanta veneratione proſecuti ſunt veteres:vt tanq̄ deam colerent : ac ſumma pietate conſecrarent:exiſtimantes(vt ipſe opinor)non tam deam eſſe, q̄ ſummi atq; immortalis principis dei ſingulare atq; ampliſſimum donum:eos vero quos eximia virtute præſtare animaduertiſſent : intellexiſſentq; bene viuendo magnam ſibi gloriam comparaſſe: diuinis etiã honoribus affecerunt. Ita in antiquis legibus hoc imprimis traditum ē Diuos & eos qui cæleſtes ſemper habiti colunt:illos quos nanciſcendo cælo merita vocarunt: Aſt illa propter quæ datur homini aſcenſus ĩ cælum:mentem,virtutem,pietatem,fidemq; earum laudum delubra ſũto nec illa vitiorum ſacra ſolemnia obeũto.Hinc ſciri poteſt:quanto ſemper in honore virtus apud maiores noſtros habita ſit:cuius etiam dedicata publice templa eſſent. Hinc liquere arbitror bonorum omnium ampliſſima præmia:cum ex hominum genere eos qui ægregia virtute præditi viderentur:conſecratos coli vetus lex iuſſerit. Quid enim eſt tam legis proprium:quid tam iuri accommodatum:q̄ bonorum atq; ĩproborum habere rationem. Neq; enim aliud cupiunt:neq; aliud ſpectare videntur ii qui vel leges ferunt:vel iuris ſcientiam profitentur:quos ſi vere iuſtitiam colant:non iniuria quiſpiam ſacerdotes appellauerit: niſi id maxime vt non ſolum metu pœnarum:ſed etiam præmiorũ exhortatione omnis homines bonos efficiant. Hoc præcipue legumlatoribus propoſitum eſt:hoc iis in animo fuit:qui vrbes initio cõſtituerunt:hoc volunt:qui rebus publicis præſunt:hoc maxime deſiderant:qui ciuitatum amminiſtrationem capeſſunt:qui magiſtratus gerunt. Omniũ profecto ea mens eſt:vt virtutis ac probitatis meritis multiplicium honorum tribuant gloriam:malorum improbitati tum ignominiam tũ exquiſita ſupplicia:quaſi iuſtum pretium perſoluant. Quare & L. Craſſus apud M. Tullium in explicatione iuris ciuilis ac legum,verum & iuſtũ, atq; honeſtum laborem oſtendit honoribus:præmiis:ſplendore decorari:vitia autem hoĩum atq; fraudes,damnis:ignominiis:vinclis: verberibus:exiliis:morte mulctari. Quid Cæſar Iuſtinianus ſummus terrarum princeps:atq; iuſtiſſimus totius orbis imperator:nonne virtutũ præmia tribui merentibus oportere iudicauit. Nonne ſtudiorum laboribus ſpem præmiorum:decus ornamentum:ampliſſimos honores propoſuit. Neq; enim bene morata reſpublica nec recte inſtituta ciuitas ē. In qua bonorũ ſit ac malorum diſcrimen nullũ. Nam in omnibus liberis populis,pacatis hominum conciliationibus tranquillis ciuitatibus hæc quidẽ moribus inſtitutis:legibus gubernãtur:maximo virtus ſemper iuris ac legum ſummorum honorũ ſplendore celebratur: vitium ac flagitii turpitudo:dãnis:ignominia:infamia notatur:grauium pœnarum ſuppliciis plectitur Nec.n. aliter ſtare ciuitas poteſt. cuius tuendæ gubernandæ:augendæ:fundamentum ſine dubio iuſtitia eſt. At iuſtitiæ propoſitũ munus id eſſe conſtituitur:vt reddat vnicuiq; quod ſuũ ē bonis quidẽ præmiũ:ſupplicium ĩprobis. Quãobrẽ Cato ille apud Romanos ſapientiſſimus:cum ſublatũ deplorabat ſupplicium diſcrimẽ vir

Virtus dea.

L. Craſſus.

Iuſtinianus

tutis ,atqꝫ improbitatis:cum ex promiſcua illa confuſione omnia agi:
tractariqꝫ animaduertiſſet:confeſtim procliuis ad excidiū patriæ Roma
næ ciuitati eſt ominatus interitum. Quod ſi vim legis inſpicere volue
rimus:intelligemus quod legis ipſius proprium munus haberi conue-
niat. Etenim philoſophi ex quorum vberrimis fontibus omnis conſti-
tuendi iuris deſcribendarum legum ratio profecta eſt:his terminis legū
omnium vim ac poteſtatem circunſcribere conſueuerunt:vt & iubeant
quæ honeſta ſunt:prohibeant turpia:media atqꝫ in differētia (vt vulgo
appellant) permittant:meritis præmia impartiantur:vitiorum ac frau-
dum dedecori:ac ſceleribus pœnas dignas impendant. Itaqꝫ oportet
Iſocrates ad Nicoclem. quidem leges vt ad Nicoclem de imperio ſcribēs teſtis eſt Iſocrates pri
mum iuſtas eſſe:deinde vtiles:poſtremo ſibi ipſis conſentaneas. Sed q̄d
Leges fieri iuſtas. eſt iuſtas fieri leges.niſi cum natura:cum honeſtate:cum virtute:cū ra-
tione congruentes. At natura & honeſtas & virtus & ratio: quæ a natu
ra initium inchoationemqꝫ ſuſcipiunt:id præ cæteris poſtulant:id ma
xime expoſcunt:id imprimis expetūt:vt nec vitio atqꝫ improbitati de-
tur venia:nec virtuti ac laudi fiat iniuria. Non poſſunt iura abſqꝫ iuſti-
tia aut deſcribi vllo modo:aut diutius cōſeruari:a qua & appellata ſūt.
non ſunt vllæ ſine iuſtitia leges:quæ adeo eiuſce præſtantiſſimæ virtutis
ſolidis fundamentis ac firmiſſimo robore innituntur:vt nō ſecus ex iu
ſtitia atqꝫ ex ſeminario fruges ortum habere videantur. Parens iuſtitia
leges parturit:educat:ſemper geſtat in vlnis:perpetua tuetur:ac ſeruat
Neqꝫ enim ciuitates appellandæ vllo pacto ſunt: non concilia ad bene
viuendum congregata:non cœtus hoīum iure ſociati:vbi nec legibus,
nec moribus:nec deniqꝫ inſtitutis viuitur:ſed latronum potius conuē
ticula:gladiatorum manus:agreſtium ferarum greges.nō apium aluea
ria:ſed ignauorum fucorum examina. Sed in omni gubernatione:vt in
Plato libris de Republica grauiter atqꝫ accurata oratione oſtēdit Plato: pal
ma ſine dubio iuſtitiæ tribuenda eſt. Quæ vt ſola initio diſſipatum in
montibus:in ſiluis diſperſum hominum genus compulit:vnum congre
gauit in locum:in ſocietatem conuocauit:mœnibuſqꝫ conſepſit:ita tu-
tiſſimis ornauit:atqꝫ armauit præſidiis:leges:iudicia:iura deſcripſit:ac
peperit ciuitates. Etenim in omnibus ciuitatibus conſtituendis:atque
ſeruandis præcipue iuſtitia floret:ſemperqꝫ dominatur : quæ velut an-
noſa:ingens:ac procera arbor:frondes perpetuæ atqꝫ indeficientis vi-
riditatis.flores præcipui honoris atque ampliſſimæ laudis:fructus mi-
rificæ vbertatis effert. Hæc pœnam improbis.hæc flagitioſis ſupplicium
comminatur.hæc iuſtis præmia virtute præditis honorem gloriamque
largitur. Quæ ꝙ altis radicibus defixa.ꝙ nixa firmo robore eſt:tā mul
tis patuliſqꝫ ramis diffunditur. Huius vmbra ſuauis vniuerſum prote-
git hominum genus.hoc iucundiſſimum ſubſidium,tutiſſimum perfu-
gium eſt ſalutaris portus mortalium omnium. Nec vero aliud rami tā
frugiferæ arboris ſunt:ꝙ ortæ ac profectæ a iuſtitia leges: & per totum
orbem diffuſæ ac perſeminatæ. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Orationis.XLII. Thomos
ad idem

BOnorum omnium viri Senenſes:quæ humana imbecillitas Bonū pſtantiſſimum virtus
adipiſci poteſt eruditi viri ac ſapientes: non ſine optimis
rationibus præſtantiſſimum duxerunt eſſe virtutem Nihil ē
enim quod tam late pateat:nihil quod maiorem vel vtilita
tem pariat vel laudem. Siquidē quanta cuiuſqꝫ extiterit vir
tus.tam magnam apud omnes homines gloriam conſequetur.& ꝗ ma
xime virtutis ac probitatis participes fuerint:& maxime erunt laudabi
les.Itaqꝫ & philoſophi laudem diffinire virtutis præmium conſueuerūt
Cætera expertia laudis:cum a virtute defecerint.Illud poeta mordaciſ- Poeta mor.
ſimus vehementi indignatione commotus dixit.Probitas laudatur &
alget. Quinimmo ſola virtus & bene viuendi ratio ſolidæ laudis:& ve
ræ gloriæ auctor atqꝫ effectrix eſt:quæ altiſſimis defixa radicibus creſcit
in dies:atqꝫ etiam propagatur:& ita propagatur:vt vel ſæculorum om
nium & perpetui æui fama celebretur. Sed & voluptas quoqꝫ quæ quidē
vera & ſtabilis voluptas eſt:vnde obſecro niſi a virtute proficiſcitur. Re
cte Cato ille ſenex:conſcientia bene actæ vitæ multorumqꝫ beneſacto-
rum recordatio:iucundiſſima eſt. Nam & contra grauia,acerba,intole
rabilia tormenta ſunt animi:turpitudini ac flagitio obnoxii. Et boni
quidem cultæ virtutis mirificos & ſuauiſſimos fructus capiunt: impro-
bi vero quamquam publici iuris:& ciuilium iudiciorum pœnas effugi-
unt:is certe exquiſitiſſimum ſupplicium non cōditæ ſed ingenitæ legis
vitare non poſſunt:qua ſe iudice nemo nocens abſoluitur: nec de ſe ſi-
tam vllo pacto poteſt declinare ſententiam. At virtus quam dulcis.quā
iucunda ſit:nunquam ſatis quiſquam explicare potuit. De vtilitate ve-
ro quis ambigat. Nam id ſolum cōducere & prodeſſe hominibus: quod
honeſte & cum virtute fit.probata iampridem ſententia eſt. Itaque pra
ua & iniuſta omnia obſunt:honeſta atque optima quæque plurimū vti-
litatis afferunt. Siue igitur vtilitatis ac voluptatis ratio nos mouet: ſi-
ue gloriæ & laudis cupiditas.hæc ſola ars:hæc vita eſt: per quam eas fa-
cillime aſſequamur. Hæc vna non iam ſummum bonum eſt:ne in philo- Diſcurſus pul-
ſophorum errorem incidamus:ſed ad ſummum bonum & veram beati cher.
tudinem:& iter præbet:& ſola perducit. Hæc via eſt in cœlum: & in fœli-
cem cœtum beatorum:quo omnium hominum niſi quis forſitan huma
nitatem exuerit:dubio procul ſpectat ac feſtinat intentio. Neque ora-
tione(vt quidam arbitrati ſunt)maxime præſtamus belluis:& longe ab
ſumus a natura ferarum:ſed potius cognitione atqꝫ exercitatione vir
tutis. Veræ diuitiæ non in auro:& argento:non in præclaris ædificiis:
et magnificis tectis:non in ſignis marmoreis:& eburneis opificiis:nō
in fulgentibus gemmis ac ſplendentibus margaritis:non in vaſis Co-
rinthiis aut vlla ſupellectile pretioſa:non in pecoribus atque armentis
non in villarum ſplendoribus:& locupletibus fundis:non in ſeruorum
atque ancillarum gregibus:non in ſumma cincinnatulorum: & calami
ſtratorum turba : non in cyphorum populorumque varietate: non de-
nique in vlla externarum rerum abundantia : non ſunt inquam ſitæ
veræ diuitiæ : ſed in poſſeſſione virtutis,honeſtatis,officii,in ea
rum rerum copia : quæ partæ nunquam hominem deſerunt : ne-
que in hac vita ſolum : ſed etiam in ſempiterna,& perpetuo du-
ratura. Hinc probe Lactantius noſter. Nihil obſcurum :inquit: Lactantius.

ferre poſſumus:niſi vitam bene:& innocenter actam. Et is non iniuria
imprimis copioſus atq₃ opulentiſſimus exiſtimandus eſt:qui ita ſe cō-
parat:vt plurimarum virtutū comitatu ſepiatur.Harum diuitiarum nō
Horatius ludo.vt eſt apud Poetam:ſed ſerio maieſtas ſanctiſſima dicenda eſt:iure
ergo ac merito reliquis rebus omnibus anteponendam virtutē cenſue
runt:quā nō modo maiorū inſtituta:decreta principum:publicæ leges
diuina ac pontificia iura Philoſophorum:deniq₃ præcepta vel ſuadent
vel imperant:verūetiam natura ipſa tacita omne hominū genus vide-
tur inſtruere.Scytæ enim gens Barbarorum inculta atq₃ immanis:virtu
tem tamen & iuſticiam ſtudioſiſſime colunt:nō quidem legibus:ſed in-
tegeniis.Neq₃ tam ſapientiū doctrina:p̄ceptiſq₃ phōrum:ꝙ naturæ bo
nitate proficiunt:& tamen nuſꝙ gentium vel moderatio vel abſtinen-
tia maior:vt iam plene liqueat naſci hominem ad colendā virtutē quā
qui negligit:is ex hominum conciliatione repellendus eſt.Nec virtutē
noſſe ſatis eſt:quæ idcirco a nobis inueſtigatur(vt ait Ariſtoteles)vt bo
Cicero. ni efficiamur:ſed & ad exercitationē quoq₃ accōmodanda eſt: quando
quidē omnis eius laus:id quod ſummus orator tradidit in actione cō-
ſiſtit.Hanc omnibus & diſcendā:& exercendam ſuadeo:vobis p̄ſertim
quos diligo vehemēter: & mirifico amore cōplector. Quāobrem cum
ſæpius cogitauerim:qua ratione veſtræ dignitati conſulerem.nihil viſū
eſt omnino præſtabilius.ꝙ vt bene viuendi præcepta conficerem : poti-
us ꝙ ſcriberem.Vtrum vero hortamenta hæc:ꝙ præcepta magis appel
lem neſcio.Nam qui per vos multum ſapitis:noſtra fortaſſe inſtitutio-
ne nō egetis. Sed habebitis certæ meæ erga vos beniuolentiæ perſpicu
um documentum:haud magna hæc res eſt:ſed nec contēnenda vt opi-
nor.Ita enim fiet:vt tradens beneuiuendi viam vobis præcipiam ſolis:
& ſimul proſim omnibus.Vos animū a me auertite:& ſapientes viros,
vnde hæc manarunt omnia:loqui putate:vt pie ac iuſte viuendi diſcipli
nam:& vos admoneamini:& cæteri inſtruantur.Principio igitur cura
omnis debet eſſe diuini cultus.Siquidem pietate,ac religione ſublata:
nulla omnino poteſt eſſe vitæ conſtantia:ſed ſumma fit rerum omniū
perturbatio atq₃ cōfuſio.Quocirca præclare ac firmiter ſacra eloquia
ſæpe teſtantur:timorem Dei initium eſſe ſapiētiæ.Hinc eſt illud Hebræi
concionatoris.

ℭ Auguſtini Dathi Oratio.xliii.de hominis di
gnitate:atq₃ præſtantia.

HVmanæ naturæ originem:patres ampliſſimi:mortalis vitæ
conditionem:futuræ fœlicitatis gloriam:animo debemus
ſemper,& cogitatiōe complecti.Vt noſtræ dignitatis am
moniti:turpitudinem omnem,ac peccati labem abiiciamus
Noſtram ætatem:quæ nimium celeriter labitur:non in re-
bus flagitioſis,atq₃ obſcænis:ſed in virtutis & honeſtatis exercitatio-
ne collocemus,vt per virtutis,ac probitatis gradus,ad æternæ,atq₃
immortalis fœlicitatis amplitudinem peruenire poſſimus.Habet homo
mentem,rationem,conſilium,virtutem,ſapientiam,quibus muneri-
Hoīs pbraſis. bus cæteris omnibus animantibus antecellit. Itaq₃ eleganter & lucu-
lente Romanus Philoſophus ac magnus orator. Animal hoc inq̄t pro

uidum:ſagax:acutum:memor:plenum rationis & conſilii:quem voca⸗
mus hominem:præclara quadam conditione generatum eſt. Naꝫ quid
eſt:per immortalem Deum mente præſtabilius. Quid ſapientia omni⸗
no præclarius. Quid virtute quæ in terris ſoli homini eſt tributa aut
melius aut optabilius dici & cogitari poteſt. Merito igitur de natura
ſua gloriatur humanum genus:quod rationis ac diuinæ mentis parti
ceps ſi naturam ducem ſequitur:virtutis luce clareſcit:decore:honeſte:
ac laude refulgens:maximis quibuſqꝫ ſplendeſcit ornamentis. Sed in⸗
terdum videri ſolet eius conditio fortaſſe miſerior:cuꝫ anguſtiis homi
nis vita ſit circum ſepta limitibus. Nam exiguum eſt id:quod nobis da
tur æui nec quicꝙ tam breue:tam circunciſum eſt: teſte Plinio auctore Plinius.
clariſſimo ꝙ hominis vita longiſſima. Quo magis elaborandum eſt:vt
deſidia omni:& ignauia contempta.ſpretis indecoris voluptatibus re⸗
pudiatis delitiis per virtutis iter ad fœlicitatis gloriam& ad veræ bea⸗
titudinis metā properemus. Quā parauit ac propoſuit benignus Crea
tor ac redemptor Deus:iis qui iuſte:ſobrie:caſte:pie vixerint in ſeculi
huius curriculo:atqꝫ certamine:in quo ſi quis hoſtium ſuperatis inſidi
is:carnis deſpectis blandimentis:callidi aduerſarii confractis armis:
victorixpalmam fuerit aſſecutus perueniet illo beatus:vbi abſqꝫ omni
perturbatione æuo immortali ac ſempiterno fruatur.

Dixi.

Auguſtini Dathi oratio.xliiii.de.
recto hominis fine.

NIhil eſt pro philoſophorum ſententia viri patres quod ſtu⸗
dio ac diligētiore opera ſpectare debeamus ꝙ id ad quod
naturam hominis Deus procreauit:& finxit. Neqꝫ eniꝫ fru⸗
ſtra geniti ſumus:cum ſit omnium animantium homo abſqꝫ dubita⸗
tiōne cunctis laudibus præſtantiſſimus. Bene igitur ac ſplendide Ariſto⸗
teles ad intelligendū:atqꝫ ad agendum natum hominem tradit: vt in⸗
telligendo verum adiſpiſcatur:agendo bonum ac per intellectum veri
notione perſpecta:per voluntatem vero:atqꝫ actionem comparata vir⸗
tute:& in hoc mortali æuo:quatenus ratio:& natura progreditur bene
ac beate viuat:& poſt vite huius curriculum ſempiterne fœlicitatis glo
riam aſſequatur: Illo namqꝫ noſtra omnis aſpirat ac feſtinat intentio. Ad quid natus homo.
Neqꝫ enim commorandi diutius in his vitæ tenebris natura nobis vel
perenne domicilium dedit:vel permanētem ciuitatem:ſed nos potius
erexit ad cœlum:& vt ſupera peteremus:multis nobis ac perſpicuis do
cumentis oſtendit. Efficiendum igitur nobis eſt:& cunctis elaborandū
viribus : reiectis terreſtribus rebus deſidia omni:& torpore poſito:con
templationis:& virtutis alis admotis: illo tādem expeditiſſimum iter
arripiamus vbi beati & æuo ſempiterno fruūtur & cum illo regnant qui
pro immenſa bonitate nos & vere beatitudinis & diuinitatis ſuæ tri⸗
buit eſſe participes. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi orationis.xlv.Thomos ad
diſcipulos:quod animus eſt colendus:vt ager.

ANimum ſapienter nonnulli arbitrantur diſcipuli iucū
diſſimi ſegetis obtinere inſtar: atqꝫ agri ſimilitudineꝫ
gerere. Et enim colunt agricolæ arua: ſegetes ſubigūt
aratris multo ante ꝙ ſerat: vt extirpatis virgultis: fru⸗
ticibus conuulſis: optimum iaciant ſemen, ac deinde
vberem frugem demetāt. Alioquin neglectus atqꝫ in⸗
cultus ager ſpinis infructuoſis horreſcit: & creſcenti⸗
bus infœlicibus herbis bonum ſemen aut naſci nō poteſt aut adoleſce⸗
re non permittitur. Itaqꝫ qui ſerere ingenuum volet agrum: liberat ar⸗
ua prius fruticibus: falce rubos, filicemqꝫ reſecat: vt noua fruge gra⸗
uis Ceres eat. Animum quoqꝫ diligenter excolere debemus: vt ſubla⸗
tis vitiorum ſenſibus: ex optimis ſapientiæ: & virtutis ſeminariis: vbe
res ac mirificos fructus edat. Nec ſolum nouandus eſt ager ſed iteran⸗
dus quoqꝫ: & tertiandus ac magnis laboribus ſubigendus. ¶ Ita enim
lætæ fiunt ſegetes, ac redduntur feraciſſimi agri: animus itidem non
ſemel tantum: ſed iterum: ac ſæpius excolendus eſt: vt radicitus vitiis
tum extirpatis: tum etiam ſublatis erroribus vniuerſis: dignus ſit: qui
præclarum ſemen excipiat. Quam quidem ſententiam bene his ver⸗
Cice: q̄d ager ĩ oſteneit. bis proſecutus eſt Cicero. Vt ager quamuis fertilis ſine cultura fructuo
ſus eſſe non poteſt ſic ſine doctrina animus: cultura autem animi Philo
ſophia eſt. Hæc autem extrahit vitia radicitus: & præparat animos ad ſa
tus accipiendos: eaqꝫ mandat his: & vt (ita dicam) ſerit quæ adulta
Lactantius fructus vberimos ferunt. Lactantius quoqꝫ Firmianus haud longe ab
ea ſententia eſt: qui ait. Sicut in ſentes ager qui eſt natura fecundus:
exuberat: ſic animus incultus vitiis ſua ſponte inualeſcentibus velut
ſpinis obducitur: ſed cum verus cultor acceſſerit: ſtatim cedentibus vi⸗
tiis fruges virtutis oriuntur. Proinde cunctis viribus contendere de⸗
bemus: vt ſi bonam: atqꝫ vberrimam frugem percipere concupiſcimus
diligentem adhibeamus induſtriam, nec vllis parcentes laboribus ani
mum omni ſtudio atqꝫ acuratiſſima opera excolamus: preſertim ſi agri
Thaesl Mileſi. colis corruptibiles: nobis incorrupti propoſiti ſunt fructus. Thales Mi
leſius: qui primus apud Græcos ſapientis nomen affecutus eſt: vt hinc
animi præſtantiam: inde fragilitatem corporis iudicaret: non compo
nere faciem: ſed bonarum artium ſtudiis animum excolere præclarum
eſſe aiebat. Siquidem animum diuinitatis participem habemus: corpus
commune cum belluis. Ita animi imperio corporis ſeruitio magis vti⸗
mur: vt nobilis tradit Hiſtorici ſententia. Species animi exquirēda eſt
Attende. omni induſtria: corporis forma contemnenda. In ſola mente (vt ait
Lactantius) ponenda eſt hominis ratio. ¶ Qui autem corpori ſerui⸗
unt: qui ventri obediunt: dignitatem hominis proſternunt: & ad bel
luarum naturam proxime accedunt. ¶ Ad animum igitur perficien
dum: atqꝫ exornandum omnis accommodanda diligentia eſt. Forma
autem ipſa corporis prorſus habenda pro nihilo. Hæc vt ait Iſocrates
vel ætate deletur: vel aliqua vi morbi langueſcit. Paulo momento quæ
maxima pulchritudo eſſe videbatur, tanꝙ flos repente conteritur, ac
tenues euaneſcit in auras. ¶ Donum forma breue eſt: bonum autem
ita fugax, ita omnino lubricum: vt vel ipſo adhuc viuente homine præ⸗

moriatur in nobis : formam igitur animi curare debemus : quæ virtus
& doctrina eſt : quarum vtraq; maius in dies ſuſcipit incrementum:&
cum ætate ipſa ſemper augeſcit. Ariſtoteles magnus ille Peripatetico-
rum princeps præclare : aſpectus inquit a continente aere illuſtratur , Ariſtoteles
animus autem a liberalibus diſciplinis. At liberales diſciplinas ,ad
virtutem quidem capeſſendam plurimum conferre arbitratus eſt.
Hanc vero pulchritudinem cu; adepti fuerimus ita ſplendeſcet animus
vt non eximiam formam .ſed pene diuinam ſortitus eſſe videatur.

Dixi.

ℂ Auguſtini Dathi oratio.xlvi. De amicitia.

SI quicꝙ eſt: quod merito inter mortales laudari debeat ,
ingenui atque optimi adoleſcentes : ſi quicquam eſt , quod
magnis honoribus exornari conueniat: ſtatuo id amicitiæ
potiſſimum tribuendum , quam idcirco ſiue Deus nobis ,ſi-
ue mater omnium rerum natura dedit ,vt eſſet.quod arctiſ-
ſimo vinculo humanam ſocietatem ſeruaret ,ac perpetuo tueretur.
Nam ſi homines natura congregantur , id philoſophorum omnium Amicitiæ præ-
voce : & ſapientiſſimorum hominum teſtimonio conſtat : quid eſt per ſtantia.
immortalem deum ,quod ad eam rem accommodatius , & magis ido-
neum videatur ꝙ amicitiæ vis : ammirabilis , ac ſumma poteſtas.
Excellit namq; hominum genus rationis conſilii , atq; intellectus præ
ſtantia : pollet virtutis , & ſapientiæ laude. Eminet bonarum artium ,
ac liberalium diſciplinarum gloria :prudentiæ , multarum rerum ſplen
dore claret. Sed omnia mea ſententia : quæcunq; in homine magna. &
præclara putantur : antecellit : ac ſuperat amicitia. Qua quid melius
quid vtilius : quid magis neceſſarium:quid deniq; præſtabilius eſſe poſ
ſit. Scite atq; eleganter magnus Philoſophus eſt : inquit : amicitia vir
tus quædam vel cum virtute : res inſuper ſumme neceſſaria in vita. Si-
ne amicis enim nullus eligeret viuere : licet cuncta alia poſſideret bo-
na. Nam & locupletes : & in dignitate ac ſumma potentia conſtituti:
plurimum amicis indigere videntur. In paupertate quoq; :ac reliquis
calamitatibus vnum putant in amicos eſſe refugium. Hæc iuuentutis
compeſcit errores : hæc ſeneſcentis ætatis imbecillitati ſuccurrit.hæc
hominum generi multifariam conducit :ad res præclaras gerẽdas ma
xima ſolet adiumenta cõferre. Sed ꝗd de vtilitate amicitiæ dicã plura. Vtilitas ami.
Quæ certe in amicitia tanta eſt : vt nuſquam vel maior : vel vberior re
periri poſſit. Hæc res aduerſas facit leuiores :proſperas & ſecundas ex-
ornat : pacem conciliat : bella dirimit : ſingulorum vita continet : rei-
publicæ decus ac dignitatem tum efficit:tum etiam ſeruat: ſingulis ho
minibus :paucis :atque vniuerſis prodeſt : obeſt nemini:
ℂ Eam præcipua : ac ſingularem inter nos contraxit virtutis opinio:
Eam quæſo omni ſtudio:& cunctis (vt aiunt) viribus complectamur
vt eius firmiſſimo ſepti pſidio : atq; iucundiſſimis ãminiculis fræti:quæ

noſtra mens eſt: ardentius ingenuarum diſciplinarum & bonarum artium ſtudia proſequantur: vt facti tanti voti compotes: parẽtibus gaudio: amicis emolumento: patriæ honori & commodo eſſe valeamus. Tuq; præſtans animi adoleſcens: hoc ſceptrum accipito: & ad huius tãtæ neceſſitudinis conciliationem iuuandam: tuendam: amplificandã: vigila: labora: & omni induſtria contende: vt et noſtræ expectationi reſpondeas: & magnam ſimul gratiam adipiſcaris & gloriam. Dixi.

ℭ Auguſtini Dathi Orõ. xlvii. De Pace.

ILla inter eruditos ac ſapientes viros iampridem diſceptata controuerſia eſt: glorioſi atq; excelſi magiſtratus: optimi atq; ampliſſimi patres: quidnam ſit illud: quod in cunctis humanis rebus magnum: præcipuum: atq; expetendũ bonum videri debeat. Diuerſi nanq; diuerſa ſenſerunt.

Sũmi boni inq̃ſitio.

Alii diuitias prætulerunt: quod ſubſidia belli ſint: atq; ornamenta pacis. alii voluptatem: quæ tamen vox pecudum videtur eſſe non hominũ. Alii honores ac ſplẽdorem nominis: quod ad eam rem homo: quaſi ad immortalem quandam poſſeſſionem natus eſſe videatur. Alii opes præſtare arbitrantur. Nonnulli vero virtutem: veluti rem quampiam ꝑclariſſimam maximis laudibus efferendam putant: atq; ob eam cauſam cũctis rebus: atq; humanis poſſeſſionibus præferendam. Verumneq; diuitiæ: neq; vilæ voluptatum illecebræ: neq; opes: honores: dignitates: neq; res vlla prorſum fortunæ dominatui: ac temeritati ſubiacens in bonis: aut expetendis rebus collocanda eſt: nec eſt quicquam ex iis q̃ modo commemorata ſunt: quod veri: quod ꝑfecti: quod abſoluti boni rationem obtineat. Proinde laudantur veteres ſapientes: & quibus deinde veritas ipſa diuinitus illuſtrata eſt. Qui cum omnia diligenter atq; accurate: mente: & cogitatione luſtraſſent: conſtituere tandem pacẽ eam rem eſſe: quæ & omni laude: ac ſplendore floreret: & rerum omniũ expetendarum gloriam: ac dignitatem antecelleret. Si enim originem pacis: ſi amplitudinem: ſi fructum explicare voluerimus: non dubiũ erit quin principatus illi bonorum omnium ac palma tribuenda ſit. Omne datum optimum (ſi Iacobo apoſtolo credimus) omne donum perfectũ de ſurſum eſt. manans a patre luminum. Quem & auctorem bonorum omnium: & cunctorum munerum largitorem eſſe nemo dubitat. Cum ſit igitur ſummum pax atq; extremum bonum: fateri cogimur ex vberrimis diuinæ maieſtatis: atq; ſcatentibus fontibus proficiſci. Vnde.n. niſi a deo atq; illis inexhauſtis diuinæ benignitatis fluentis tanti muneris magnitudo: hominum generi dari potuiſſet. Quamobrem & auctorem pacis deum ſacra ſæpe teſtantur eloquia: & diuinorum prophetarum vaticinia. Dei filium principem pacis venturum eſſe cecinerunt.

Pacis cõmẽda.

Iacob apo.

Pacis vero dignitatem ac ſplendorem ſatis laudare quis poſſit. Nonne tantæ rei maieſtas: atq; gloria: oratorum omnium ſuperet eloquentiã. Omnes nanq; homines naturali quodam pacis ducuntur amore: ad eã q; adipiſcendam ingenti cupiditate rapiuntur. Qui ſi naturam ducem ſequi voluerint: aut ſemper paci conſulent: aut ita bella gerent: vt ꝑ ea ipſa nihil aliud niſi quæſita pax eſſe videatur. Hanc qui non intelligit:

quid bonum ſit:ignorat. hanc qui non proſequitur/immanis: qui non amat:improbus. qui non amplectitur/vecors: qui non tuetur demens atque inſanus putandus eſt. Dulce nomen eſt pacis/eximius inquit orator: res ipſa tum iucunda/tum etiam ſalutaris. Quem igitur tam ſuauis/tam frugiferæ: tam expetendæ rei odium ceperit: hunc non appellare hominem debemus: ſed in figura hominis immanitatē gerere belluarum. Cætera omnia aut honeſta ſunt: ſed laborioſa atque aſperiora videri ſolent. vt fortitudo/conſtantia/moderatio/continentia/ vt alia generis eiuſdem/aut certe dulcia & iucunda putātur: ſed turpitudinis ac dedecoris labe polluta ſunt. cuiuſmodi obſcænæ voluptatis illecebræ perſpicuum exemplum præbent. ſola pax ex omni numero & honeſtiſſima res eſt: & mira quadam ſuauitate omnia præſtat. Ecce ꝙ bonum magnus propheta inquit: & ꝙ iucundum habitare fratres in vnum. Cum pace nanq̧ concordia iuncta eſt: per quam etiam paruæ res creſcunt: et ad ſummum clariſſimæ dignitatis peruadunt faſtigium. Itaq̧ & vnigenitus dei filius piiſſimus: generis humani redemptor: pacem dedit: pacem reliquit iis quos in mundo miro ſemper amore dilexerat. Præclara nimirum hæreditas: cunctis theſauris pretioſior: omni patrimonio præſtantior. Dulci pacis verbo apoſtolos ſaluere iubebat: pacem vt comprecarentur: inſtituit. pacis ſtudioſos dei filios vocatum iri voluit: pacem ſemper dilexit: ſua ſit: proſecutus eſt. Sedatis bellis: trāquillatis rebus: pacato orbe: ſaluator humani generis natus eſt Chriſtus Pacem ſecum attulit vt pacem conciliaret: carnis imbecillitatem induit: prolapſus e cælo ſemetipſum exinaniuit: atq̧ eſuriens. ſitiens: algens: æſtuans laborans: humanæ ſe fragilitati ſubiecit. Quam vero per criminis: et culpæ labem hominum genus pacem amiſerat: ille mortem paſſus reddidit. Et denique tanti mediatoris opera ima ſummis conciliata ſunt Lux vera effulſit iis: qui in tenebris erant: atq̧ in regione vmbræ mortis. Ac morte denique ſuperata: greſſus hominum direxit in viam pacis et æternæ ſalutis aditum patefecit. Quid pace melius: Quid optabilius. Quid tantopere expetendum. Hoc immortalis dei præcipuum donum: hoc ampliſſimum cæleſtis principis/ac præclariſſimum munus eſt Hoc nobis diuina bonitas tribuit: hoc ſola virtus ac iuſtitia parit: Erit. inquit Eſaias: opus iuſtitiæ pax: ac proinde diuino vate teſtante: iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Qui igitur pacem inquirit: & tanti muneris perſequitur gloriam: is de cælo petat: probitatem exerceat: innocētiam complectatur: iuſtitiæ opera cōſectetur. Ita enim beatitudinis iter arripiat pacem habiturus: quæ humanam conciliationem tuetur: ciuitates conſeruat: regna conſtituit: beatas facit reſpublicas: prodeſt omnibus: nocet nemini: quæ nuſquam intempeſtiua eſt: nunquam moleſta: ſi quidem vera ſit: & nihil habens inſidiarum. Præclare igitur Sylius Italicus. Pax optima rerum. Quas homini natura dedit. In hac peculiare dei domicilium conſtituitur: quoniam in pace factus eſt locus eius. Sed & qui pacem nominauerit: haud dubie cuncta ſimul bona complexus eſt. Nec temere apud Athenienſes Neptuno Mineruam præualuiſſe veterum monumenta prodiderunt: quod ille equum protulit: id eſt aptum animal bellis: quæ ciuitates euertunt: regna demoliuntur: & vel fir

Dauid

Eſaias.

Sylius Italicus

miſſimam labefactant ſæpe rempublicam. Munus dedit Minerua præſtā-
tius: paciferam oliuæ arborem: quod in pace præcipua reipublicæ ſalus:
dignitas: gloria: continetur. Quæq; ſacræ teſtantur hiſtoriæ: cum iam
Eluuio interris ceſſiſſet aquarum: detulit columba oliuæ ramum ad veſ-
peram: vt tanto pacis omine: & mala deleri: & conciliari bona putare-
mus. Verum deficiat illum dies: ſi quis pacis innumeras laudes vel per
ſtringere voluerit. Si igitur diuinæ voluntati parere: ſi adipiſci beatitu-
dinem volumus. pacem diligamus: pacem ſeruemus: pacem complecta-
mur: & quam nobis impartita eſt diuina benignitas ſummis viribus: at-
q; omni induſtria tueamur. Vnde ocium: tranquillitas: ſalus: beatitu-
do deniq; totius ciuitatis exiſtit. Poſtremo deus ille optimus maxi-
mus: munificentiſſimuſq; omnium largitor munerū veſtræ ampliſſimæ
reipublicæ: quæ maximis quibuſq; ornamentis excellit tam præclarum
quæſo perenne cuſtodiat: ac tribuat ſemper quam mundus dare nō po-
teſt pacem. vt ſumma cum veſtra fœlicitate & gloria. ſecura. tranquilla.
beata. ac ſtabilis perſeueret: & perpetuo ſæculorum æuo: pacis firmita-
te fruatur. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Orationis. XXXXVIII. thomos, ad diſci-
pulos: de humana fœlicitate.

M Vlta ſunt discipuli iucundiſſimi, ac pene innumerabilia:
quæ de fœlicitate ac beatitudine & dici: & ſcribi poſſint.
Sed tria potiſſimum: quod ad præſentem inueſtigationē
pertinet: & noſtra explicatu videntur: & veſtra: atq; omniū digniſſima
Quid philoſophi tradiderint: quid de virtute ſentiendū ſit: poſtremo
quid de beatitudine ſacri theologi & magiſtri veritatis præcæperint.
Abſoluam paucis hæc omnia: atq; a philoſophorum primum inſtitutio-
Tria bonorū genera. ne exordiar. Fuere ex philoſophis multi: & ii quidem nequaquam indo-
cti: qui tria conſtituerent genera bonorum. maxima animi: ſecunda cor-
poris: extera tertia. Hi eorum bonorum cumulatione beatitudinem cō-
ſtare iudicabant. nec beatum eſſe quemquam: cui tria illa omnia nō ad-
eſſent. Fuere enim inter philoſophos: qui non ſolum bonum in virtute
ponerent: vt Stoici: qui nihil dicerent bonum: niſi voluptatem: vt Epi-
curei: nihil bonum, niſi vacuitatem doloris: vt Hieronymus Rhodius:
nihil bonum, niſi naturæ primis bonis perfrui: & iis quidem vel omni-
bus vel maximis: quod Carneades Academicus differere ſolitus eſt.
Dinomachus, & Caliphon cum honeſtate etiam voluptatem copularūt
Diodorus Peripateticus indolentiam cum honeſtate coniunxit. Hæ im-
primis firmiores de ſummo bono: deq; beatitudine ſententiæ celebrā-
tur: quas nos quoniam iam euanuiſſe videntur: miſſas faciamus: & ill ā
Fœlicitas apud Plato. & Ariſt. pertractemus: quæ Platonem, Atq; Ariſtotelem habuit auctores. Nam
primum Plato: deinde etiam Ariſtoteles duplicem videtur fœlicitatem
conſtituiſſe: vnam: quam Politicam & ciuilem: alteram quam contēpla-
tiuam iidem philoſophi appellauerunt. Cunq; tria in homine ſpectarē-
tur, vires ſeu potentiæ, habitus, opera, neq; in viribus animæ, neq; in
habitibus fœlicitatem ponendam cenſuerunt: quod ille etiam maliſcū

bonis communes ſint:habitus autem nequaquam laudari debeant: ni
ſi ad exercitationem accommodentur: Quocirca & habens quis habi-
tum niſi ex eo actio proficiſcatur:comparatur homini dormienti. Atq;
homines q̄diu quidem dormitant:vt primo moralium librorum tradi
tum eſt:nihil neq; differre boni ab improbis:neq; fœlices præſtare miſe
ris videntur.Itaq; in opere atq; actione:actione in q̄ virtutis collocan
da fœlicitas eſt:nec cuiuſuis virtutis exercitatione:ſed eius, quæ perfe-
cta atq; abſolutiſſima ſit virtus. ℭ Eſt igitur fœlicitas(vt Ariſtoteli pla
cet)operatio animæ ſecundum perfectam virtutem: Et perfecta quidem Perfecta virtus
virtus in ciuili vita prudentia eſt:in vita autem contemplatiua,ſapien-
tia. Quiſquis igitur nouerit pro ſingulari atq; eximia prudentia cæte
ros regere ac moderari:is ciuiliter fœlicitatem adeptus eſt:qui autem
ſolertiſſime atq; acutiſſime diuinas contemplatiões atq; altiſſimas ſpe
culationes commentari meditariq; potuerit:is in contemplatiua vita
fœlix ac beatus ſit. Plato autem id quod poſtmodum & Ariſtoteles con Triplex bonum
firmauit:ciuile bonum tripartitum conſtituit:maximum in animo:me ciuile.
dium in corpore:minimum in ſortuna:quorum bonoru; accumulatio
ne & complexione actiuam fœlicitatem:quam in hominum cōciliatio
ne:& ciuili ſocietate viuimus cōſtare exiſtimabat. Quod ſentire & Tha
les Nileſius videri poſſit: cum eum fœlicem diceret: qui corpore qui-
dem ſanus,fortuna locuples:animo neq; ignauus, neq; imperitus eſ-
ſet.Contemplatiuam vero fœlicitatem in ſola virtute animi:& cōtēpla
tione idem Plato collocauit. Pari exemplo Ariſtoteles præceptoris ſui
hoc loco ſectatus veſtigia in Ethicis ad Nicomachum duplicem differu
it fœlicitatem:alteram ciuilem primo libro:decimo libro alteram,quā
et ipſe contemplatiuam appellaret. Sed hac de re,alio tempore latius.
Aliorum nunc Philoſophorum ſententias proſequamur.

Dixi.

ℭ Auguſti Dathi Orationis.XL[1]X.thomos,ad di-
ſcipulos:de medio vitæ ſtatu:quo ſumma conſiſtit vi
tæ tranquillitas:atq; humana in terris fœlicitas cō
tinetur.

COnſideranti mihi:ac ſæpius multa animo: & cogitatione
volutanti:diſcipuli ſuauiſſimi:triplex vitæ genus occurrit:
quod humanæ conditionis ſortitur varietas. Vnum eorū
qui ſumma inopia rerum omnium premuntur:alterum eo Diuiſio
rum qui fortunis florent:copia bonorum omnium circun
fluūt:diuitiis ac facultatibus redundant:tertium quod interiectum in
ter vtrunq;:neq; copia diffluit:neq; vrgetur inopia. Primum calamito
ſum videri ſolet.ſecundum,anxium:ac ſollicitum:poſtremum tranquil
lum:atq; expetendum. Illud quod prius conſtituimus:viſus eſt poſuiſ-
ſe,ac reieciſſe Iuuenalis:cum dicit. Iuuenalis
Haud facile emergunt:quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi.

Paupertas vſi. ❡ Naȝ plærosq3 nimia paupertas:quæ a parua pecunia ita appellata eſt
a magnis rebus proſequendis abuocauit ſæpe,acretorſit. Secundi autē
generis illius quid propriuȝ eſſet nō ignorauit Fauorinus Philoſophus
non Boetius.nō eorum quiſquam:qui & habiti:& appellati ſunt ſapien
tes. Siquidem hinc exorta illa ſententia eſt. Multis egere:qui multa ha-
bent:magnamq3 indigentiam nō ex magna inopia:ſed ex magna co-
pia naſci potius. Multa nāq3 deſiderari:vt quæ multa habes tueri foſſis
Itaque bene præcipiūt ac ſapienter:qui iactura atq3 quæſtu dicunt opus
eſſe,ſi quis proſpicere velit ne vlla re egeat atq3 abunde viuat. Nempe
minus habendū eſt:quo minus deſit Ac ſtultiſſimus eſt eorum error qui
omnem in cumulandis diuitiis curam atq3 operam poſuerunt. Illud vi
tæ genus beatiſſimū eſſe conſtat:quod nos tertio loco adiecimus:quale
vixerunt quondam in aureo ſæculo Saturno rege vt poetæ etiam carmi
nibus prodiderunt.

Quum frigida paruas:
Præberet ſpelunca domos:ignemq3 laremq3
Et pecus,& dominos communi clauderet vmbra.
Siluestrem montana thorum:quum ſterneret vxor
Frondibus:& culmo:vicinarumq3 ferarum
Pellibus.

Boetius: ❡ Hoc idem vitæ genus laudauit & Seuerinus Boetius. quum ait:fœlix
nimium prior ætas contenta fidelibus aruis.&c. Tibullus autem præ-
Tibullus: clare eorum contempſit diuitias:qui vel pecuniarū appetentes magnaȝ
vim auri poſſiderent:vel locupletes villarū magnificentia: cultioris ru-
ris ſplendore:multis iugeribus delectarentur. mediuȝ vero quod in ma
nibus eſt:atq3 in meditullio poſituȝ vitæ genus collaudauit. Eius hi ver
ſus ſunt principio lepidiſſimi carminis.

Diuitias alius fuluo ſibi congerat auro:
Et teneat culti iugera magna ſoli:
Quem labor aſſiduus vicino terreat hoſte
Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent.

Tum ſapienter ſubiecit.

Me mea paupertas vitæ traducat inerti:
Dum meus aſſiduo luceat igne focus.

❡ Quid eſt:me mea paupertas:&c.niſi & illum,& quemuis ſapientem
parua pecunia:& modicis ſumptibus eſſe contentum. Quæ vita iners-
quieta,tranquilla eſt:& perbeata. Inertia enim nō deſidia eſt:ſed quies
Pli. ſecūdus potius:atq3 ocium. Sicut & Plinius in epiſtola:non tamen vt omnino
ab inertia mea & quiete diſcederem:ad retia ſedebam. Cui inertiæ nego
ciorum moleſta:& laborum occupatio oppoſita eſt. Tollitur itaq3 reruȝ
abundantia maior quum dicitur.

Me mea paupertas vitæ traducat inerti.

Tollitur & domeſtici laris defectus:quum dicitur:

Dum meus aſſiduo luceat igne focus.

Hæc profecto vitæ ratio ſi rerum externarū:& bonorū poſſeſſionē ſpecte-
mus:mediocris videri debet:ſin vitæ commoditatem & tranquillita-
tem cōſiderare malimus:nulla tam iucunda res erit:q̄ cū huius iucūdita
te cōferri poſſit. His incredibilis ſecuritas deliteſcit hic pennis trāquil-

tranquillitas includitur:ſumma ac propria continetur voluptas: veræ delitiæ poſitæ ſunt:ad huius vitæ ſtatum ac perfectiſſimam quietẽ· quã tum humanarum rerum fragilitas patitur:addi omnino nihil poteſt. Eam igitur vitæ tranquillitatem & Horatius Flaccus in Eppodo:& carmine & magnis laudibus proſequitu: in hunc modum concinens. Horatius in Eppodo:

Beatus ille qui procul negociis
Vt priſca gens mortalium
Paterna rura bobus exercet ſuis
Solutus omni fœnore.&c.

¶ Auguſtini Dathi Orationis.L.thomos·de laudibus Hiſtoricorũ pariter & oratorum.

MAgna ſemper apud præclaros principes· ac populos nõ modo Græciæ ac Latii.ſed etiam cæterarum totius orbis nationum atq; gentium laude & gloria digni habiti ſunt geſtarum rerum ſcriptores:q̃ vel hiſtorias vel annales litteris commendauerunt. Quod plurimũ tum ad antiq̃tatis memoriã:tum etiam ad iuuandã rerum publicarũ amminiſtrationem:ſcriptorum documenta prodeſſe videantur. Atq; ob eam cauſam· magno ſemper in honore apud veteres fuit Orator:cui vel Scæuolæ quondã & Vlpiani ceſſerunt: ſed nec Pyrrhones & Herilli certarunt:quod omni laude cumulatus antiquitatis notitiam percalleat:& memoria vetera repetens:ac maxima quæq; animo & cogitatione cõplectens:plurimũ non ſolum litterarũ rudibus:nõ modo doctis atq; eruditis:ſed regibus ac populorũ primatibus:& ciuitatum ac rerumpublicarum gubernatoribus adiumẽti ferre videatur. Mirifice laudatus eſt Cato:quod optimus imperator:optimus ſenator:optimus orator extiterit. Sed imperator ſemel:& ad ſummum iterum profuit. Profuit ſenator viuens in ipſis curiæ penetralibus at vero profuit orator non in curia ſolum:ſed in campo:ſubſelliis:roſtris:in foro vehementer profuit:& ille dicens:multa ſcribens:& profuit ſemper dum vixit:& proderit ſemper mortuus. Illa iure ciuitas laudatur:quæ viros ſapientes ac doctos:& celebres imprimis oratores alit· fouet:amplexatur:in pretio:in delitiis habet. Ita Athenæ quondã: Lacedæmon:Thebæ floruerunt:ita Roma totius caput orbis: & Senenſis populi mater:ita inquam præ cæteris gentibus ac nationibus imperio: et gloria claruit:q̃diu Demoſthenes:Chilones:Epaminundæ:Cicerones viguerunt. Hi nanq; & patriæ ante alios proſpiciunt ſaluti: conſulunt dignitati:& ſoluti compedibus:& corporum vinculis: non abſq; præſentis æui quodam veluti iucundo pabulo:& conſequẽtis ſæculi fructu vberrimo:maximarum rerum gloriam perſcripta poſteritati cõmẽdant:ac veluti per manus tradunt. Sed ope & præſidio iuuanda ſunt:vt p̃clara hominum proferantur ingenia. Bene:vt plæraq; omnia ſummus philoſophus locutus eſt Plato. ¶ Sententiæ Platonicæ aſtipulator: M. Tullius.& ipſe quoq;. Honos:inquit:alit artes:omneſq; incenduntur ad ſtudia gloria:iacentq; ea ſemper:quæ apud quoſq; improbantur. Orato. honos. Catonis laus

Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Orationis.LI.thomos:ad diſcipulos de contemptu rerum humanarum.

ERam nuperocioſus:& mente:quæ nunquam quieſcit: multa verſabam diſcipuli periucundi:& lõge cæteris rebus omnibus chariores: ante omnia vero imbecillitatẽ humani generis:inanes curas:ſtultiſſimas mortalium cogitationes. Ac peroportune mihi illud occurrit:quod in epiſtola Ioannis apoſtoli non minus vere ꝙ grauiter ſcriptum eſt. Nam cũ eos:quos vehementer diligeret:ad contemptum humanarum reruꝫ exhortaretur Nolite:inquit:diligere mundum:neqꝫ ea quæ in mundo ſunt Statimqꝫ ſalutaris moniti:vel præcepti potius optimam grauiſſimamqꝫ rationeꝫ ſubnectit. Quoniam omne quod eſt in muodo:concupiſcentia carnis eſt:& concupiſcentia oculorum:& ſuperbia vitæ. Triplex hæc labes totum iampridem inuaſit humanum genus. Triplex hic funiculus omnium pene mortalium corda:animoſqꝫ deuinxit. His homines inſolubilibus fere nexibus ac loramentis:quaſi duriſſima compede ita aſtringuntur:vt difficile expediri ac diſſolui queant. Et quis eſt:quem non tangat ambitio auaritia quatiat:moueat luxuria. Quemuis media elige turba:Flaccus ait:aut auaritia:aut miſera ambitione laborat:hic nuptiarum iſanit amoribus. Hæ ſunt profecto tres illæ immanes feræ: quas recentior poeta offendiſſe ſe in huius conuallis ac ſaltuoſi nemoris ſalebris:non inſulſe commentus eſt: Quid eſt enim leo aliud ꝙ ſuperbiæ: atqꝫ ambitionis ſerules. Quid leena niſi blandimentis veneris illiciẽs titillatio. Quid deniqꝫ lupa præter ꝙ nefandæ cupiditatis expleta voracitas Hæc nos mala hac atqꝫ illac miſeros inſectantur:conſequuntur laniant. & quod longe omnium demẽtiſſimum eſt:vltro ſe his ſtulti homines vorandos obiiciunt. Itaqꝫ bene exclamat noſter Satyrus.

Ioãnes apoſto

Concupiſcẽtia triplex.

O curas hominum,o ꝙtum in rebus inane

Et Lucretius pari indignatione percitus,hiſce verſibus,mortalium increpat vanitatem.

O miſeras hominum mentes:o pectora cæca:
Qualibus in tenebris vitæ,quantiſqꝫ periclis
Degitur hoc æui:quodcunqꝫ eſt.

Non eſt enim iuſtitiæ,non probitati,non virtuti locus,ſed plena iniuriarum,ac fraudum. plena ſcelerũ ac flagitiorum ſunt omnia. Sæpe cogitans ipſe mecum:mundi huius miſeriam:atqꝫ infœlicitatem: vtrũ vel maris,vel ſaltuoſi nemoris appellatione illum vocitem,neſcio. Hoc mare magnum propheta inquit:illic reptilia,quorum non eſt numerus. Vaſtum hoc pelagus magnis ſemper gliſcit perturbationum fluctibus varii multiplicium calamitatum tempeſtatibus inhorreſcit. Hic luctantur ventorum agmina:& magnas crebro excitant ſtridentes,ſonoraſqꝫ procellas. Sæuit vbiqꝫ malorum omnium turbulentiſſima rabies. Nuſquam ſecurus:nuſquam tutus incedas. Hac illac circun curſant:vt quemuis feriant confertiſſimi hoſtium cunei. Vbiqꝫ occurrunt inſtructã prædonum claſſes,Pyrrhatarum præſto ſunt: quæ infeſta habent. ¶ Reliqua huius orationis ſunt deperdita.

Dauid.

¶Præcellentiſſimi Oratoris Auguſtini Dathi
Senenſis Secundus Orationum liber fœ
liciter incipit.

¶Oratio Prima/de laudibus Diui
Hieronymi.

ANTEQVAM de Hieronymi laudibus:quæ mea
mens eſt:præſtãtiſſimi patres:atq; ornatiſſimi vi
ri:dicam ea quæ dicenda feſtus hic dies ãmonu-
it:æquum eſſe exiſtimo:vt huiuſce meæ inſtitutio
nis conſilium exponam breuiter: ne quis fortaſſe
ignoratione deceptus:quod vehementer mea ſen
tentia laudandum ſit:id vel falſa vlla crimiatio-
ne/vel iniuſtis conuitis proſequatur. Non eni erã
neſcius eam haberi oportere diui Hieronimi pa-
tris ſanctiſſimi auctoritatem:atque præſtantiam:vt qui eius laudes q̈-
uis modice prædicare inſtituiſſet:eum non vulgari quadam dicendi fa-
cultate:ſed ingenti potius:& eloquentia & doctrina præditum eſſe/or-
natumque deceret. Sed nec inficior huius auguſtiſſimi loci amplitudi
nem rei præſertim tam præclaræ obeunde gratia.vix ſummis atque præ
ſtantiſſimis viris concedi oportere:eſſe vero me indignum:cui tam exi-
mii/tamque excelſi ſuggeſti pateat aditus. Quin etiam exploratũ erat
quod a ſapientiſſimis viris traditur:præcipientibus/iis ſemper abſtinẽ
dum eſſe.quæ noſtri ingenii infirmitatem longiſſime ſuperare videãtur:
legimus & Flaccum non inſcite monentem. Verſate diu/quid ferre re-
re recuſent:quid valeant humeri. Quæ quidem omnia diligenter ani- Flacci mõitio
mo complexus verebar plurimum:ne mea infirmitas maior oneri/tam
graui/ac moleſte ſuccumberet. Nec vero nunquam prouiciã hanc adeo
difficilem ſuſciperem:niſi apud me plus amicorum/ſiue auctoritas/ſeu
voluntas/q̈ vera ratio valuiſſet. Quis enim bonis artibus/atque opti
mis diſciplinis inſtructus amicorum ſtudiis aduerſari queat. Magna
nanque eſt amicitiæ vis atque poteſtas:quippe qua in rebus humanis ni
hil dulcius inuenitur:nihil appetitur ſanctius:nihil fructuoſius cuſtodi
tur. Sed id quoque ad dicendum/magnam mihi vim attulit in hoc fre
quente/præclaroque conſeſſu:quod deditus noſter Hieronymo eſt om-
nis ac deuotus animus:incredibilis in eum amor:ſumma obſeruantia
ſingularis ac præcipua veneratio. Quid mirum igitur cuiquam videri
debeat:ſi ad dicendum compellor:quem & amicorum hortatus excita-
runt:& maximum erga Hieronymum ſtudium ac potius pietas inflam-
mauit. Nam quod ſcilicet vulgus vſurpat:quodque poeta magnus/ac
vates cantauit eloquentiſſimus:omnium ab amore vinci. Id pfecto nul Virgilius
lius ſcientiam fugit:atq; optimi cuiuſq̈ conſenſu verum eſt:& ita veruz
vt omnis ferme hoĩuz vita/ex amore atq; beniuolẽtia pẽdere videatur.

Quod vero pondus ſit:quantaq; vis vel amicitiæ:vel dilectionis hinc
vel maxime intelligi poteſt:quod his ex rebus lex nota fluit:& emanãt
Prophetæ. Verum ne dicentis imperitia huic patri beatiſſimo.cuius ſol
lemne die hodierna peragimus:multiplicẽ iniuriam intuliſſe videretur
noſtram ipſam indignitatẽ:auctoritate loci huius : atq; amplitudine
compenſauimus. Itaq; iuſtis de cauſis:iuſtã quoq; nactus (vt ipſe opi
nor) veniam:multo iam audientius:vberrimũ campum orationis ag-
grediar:& pro mearum virium imbecillitate dicam de Hieronymi lau-
dibus:breuius tamẽ ꝙ res ſuopte ingenio ampliſſima dici poſſit. Quæ
enim tam multis:tamq; magnis ac præclaris laudibus:par oratio inue
niri poſſit. Velim mihi liceat:qui poetis mos eſt:a votis præcatiõibus
q; immortalis Principis initium ſumere:vt firmiſſimis auxiliis fretus
ſi non omnes:id enim ꝙ difficillimum eſt:at aliquas Hieronymi laudes
apud vos hodie præſtãtiſſimi viri oratione cõplectar. Sed quis prorſus
ad explicanda huius viri merita ſermo ſufficiat. Vnde ipſe potiſſimum
exordium ſummã. Verum in hac me ancipite animi cura maxime ſcili-
cet eorum ſententia conſolatur:qui id magnũ præceteris laudis genus
eſſe arbitrantur:cum oratiõis copiam eius:quẽ laudamus:magnitudo:
ac virtus exuperat. Illud autem (niſi fallor) noſtro inſtituto initiũ cõ
modiſſimum putandũ eſt:vt oſtendamus nõ vna laude ſolum:ſed poti-
Hiero: laudes.
us rerum omnium gloria Hieronymũ floruiſſe:vt nõ iniuria theſaurum
quendam virtutum omniũ huius viri animum iudicare debemus. Sed
eius imprimis laudo ingeniũ. Sanctimoniam effero:ſtudiũ atq; doctri-
nam admiror. Quis enim vnquã in omnibus ſæculis aut didicit facili
us,aut plura nouit. Siquidem ita docilis erat:ita et ad virtutem capeſ-
ſendam:& ad percipiendã diſciplinam facilis:vt ad nullã rem aliam: ꝙ
ad liberaliſſimas:atq; optimas artes:natus eſſe videretur. Quas vero
pleriq; homines vix firmioribus annis corroborataq; ætate virtutes
adipiſcuntur:hic cõfeſtim poſt matris vbera:atq; in teneris vnguiculis
eſt conſecutus:vt pene cum lacte nutricis virtutẽ ſimul ſuxiſſe videretur
Attende:
Quid dicã de memoria:quæ plærũq; ſplendidiſſimi ingenii comes eſt.
Omnia nãq; celeriter ac facillime percipiebat. Ea deniq; rurſum omnia
quod munus vtrũq; perraro cuiquam datũ eſt:tenaciter,memoriterq;
ſeruabat. Hac itaq; ingenii bonitate fretus Hieronymus,protinus ſibi
optimos quoſq;:qui per id temporis:doctrina florerent:pceptores de
legit. Quocirca adhuc Prætextatus ac peradoleſcens : qui patre Euſe-
Euſebius Hie.
ro.pater.
bio clariſſimo viro natus eſſet nobili genere,oppido Stridonis nõ ince
lebri:quod a Gothis euerſum ſub Dalmatiæ quondam ac Pannoniæ fi
Stridonis op-
pidum.
nes propter Illiricum mare ſitum erat;cõtinuo patriã dereliquit:in qua
perraro quiſnã excelleat:& contemptis parentũ delitiis:ſpretis omni-
bus incertis ac fallacibus bonis:vt vera atq; immortalia cõſequeretur
Pythagoræ,Platonis,Apollonii exemplo nouos adiit populos:variaſ
Donatus grã.
q; orbis ipſius oras perluſtauit. ℂ Ad primũ Romam ad Donatũ gram
Victorinus
Rheto.
maticum,Victorinũ Rhetorem,audiendos venit. Peractis autẽ puerili
bus ſtudiis,& diuina quadam eloquentia cõparata:qui maiora animo
Gregorius na.
coniectaret.diuino ſpiritu duce,Cõſtantinopolim cõmigrauit:inq; ea
vrbe in ſacris ſcripturis Gregorio Nazanzeno viro ea tẽpeſtate magna
doctrina ac ſanctimonia præcellenti diligenter ſtudioſeq; operam de-

dit. Inde vero vt doctiſſimorum omniũ doctrinã deguſtaret: vel imbibe
Apollinaris
ret potius: Anthiochiam ad Apollinarẽ audiendum in ſanctis litteris.
Imprimis eruditum nõ mediocri labore traiecit. Tum Alexandriam pe-
Didimus
tiit: & Didimo viro optimo & homine doctiſſimo, magiſtro ac pceptore
re viſus, ſummam & abſolutiſſimam quandã ſtudiorũ gloriam adeptus
eſt. Demum Hieroſolimã & Bethleem pfectus, Hebraicam linguam ſub
Baranias Heb.
Hebreo Barania curauit ediſcere. Itaq; ſcientiæ appetentiſſimus Italia;
adiit: in Græciam trãſmiſit: pertranſiuit Aſiam: peragrauit Iudeam ad
deſerta vſq; late vagantiũ Barcheorum: quos modo Aphri Barchianos
appellant. laborioſo itinere peruenit: vt qui præ cœteris docilis eſſet: in
diuerſis terrarũ plagis inueniret ſemper quod diſceret: & doctior eo pa
cto indies ac melior fieret. Quantũ vero in tãta doctorũ vbertate pro
fecerit: haud quaq̃ eſt hic narrandi locus. Hæc vero idcirco attigimus:
vt fulgentiſſimũ ingenii lumẽ: quo polleret Hieronymus: liquido ac per
ſpicue patefieret. Iam eius ſingularẽ inauditamq; virtutem, ac ſancti-
moniam enarrare quis poſſit. Et enim ſi cuiuſq; viri probitas maxime
colendis pceptis diuinis conſtat: quis fuerit Hieronymo melior: atq; p
ſtantior: quo pene neq; feruentius Deũ quiſquã: neq; ſocium dilexit ar
Ioãnes euãge.
dentius. Atqui notã vitæ dilectionis quæ dominus ac ſaluator noſter
declarat Ieſus: qui apud Ioannẽ Euangeliſtã ab iis diligi ſeſe atq; ama
ri perhibet: qui & ſermones eius ſeruauerint: & fecerint voluntatẽ om-
nipotentis atq; æterni patris: Quare & dũ in terris verſaretur: ad eos
ſæpius diſcipulos cõuerſus: quos ex omni numero ſibi ipſe delegerat:
vos inquit: amici mei eſtis: ſi feceritis quæ præcipio vobis. At Hierony-
mus vt in ſeruandis diuinis mandatis totũ ſe collocaret ſæculi honori
Attende.
bus pro nihilo habitis. deſpectis opibus: dignitatibus abiectis: ſeipſu;
abnegauit: & accepta cruce nudus ſecutus eſt dominũ. Vaſtam ægypti
ſolitudinem aliquot annos coluit: agreſtium tantum atq; immanium
ferarum ſocius. Vrbium ac populorũ frequentias euitauit: quo longius
ab hominum conſuetudine diſiunctus vt contemplationis Deo ipſi fa-
miliarius iungeretur. Viculum Bethleem domiciliũ ſibi cõſtituit: præſe-
pe illud glorioſu; cõplexus: vbi de beata virgine naſci dignatus eſt Sal
uator mundi Atq; omnia hæc eo geſſit: vt ocioſius faciliuſq; ſaluberri-
mis Chriſti vocibus obtemperaret. Quare merito iure is dignus exi-
ſtimandus eſt: ſicut & eccleſia ipſa concinit: cuius nõ eſt inuentus ſimi-
lis: qui conſeruaret legem excelſi: factus & ille beatus vir. quẽ prædixit
multo ante Dauid prophetes. Qui nõ abiit in conſilio impiorũ: & in
cathedra peſtillentiæ non ſedit: ſed in lege domini fuit voluntas eius:
& in lege domini meditatus eſt die ac nocte. Quæ vero a Deo præce-
pta ac tradita ſunt: ea non modo coluit ipſe diligenter: ſed etiam ru-
des homines & diuinæ legis ignaros accuratiſſime docuit: vt pro ipſius
Saluatoris verbis & præſtans in terris: & in cœlo maximus haberi de-
beat: Eluxerunt inter mortales præclara atq; ſplendidiſſima eius geſta
atq; ab initio mortalis vitæ vſq; ad decrepitam vixit ætatem: vt ver-
bo pariter atq; exemplo cunctis hominibus prodeſſet. Eius ira ferue-
bat fides. adeo ſpes vigebat: ita deniq; exardeſcebat charitas: vt per-
pauci ſint: qui cum Hieronymi præſtãtia conferri poſſint. Quid loquar
de eius prudentia: iuſticia animi magnitudine: frugalitate: beneficẽtia:

quæ earum virtutum quas modo attulimus/quaſi comites quædam atq; amminiſtræ ſunt. Prudentiæ (vt Platonici tradunt) duplex munus eſt: & alterum quidem quo ob cupidinem veritatis humanas res aſpernamur. alterum quo animũ omnem ad diuinarum rerum contẽplationem conuertimus. Hic in promptu eſt egregia Hieronymi virtus: qui vt in ſacris litteris & in ſummi boni inueſtigatione ſine moleſtia verſaretur: proripiens ſe in fugam ampliſſime dignitatis: inſignia contẽpſit ne honorum faſtigio elatus in aliquam flagitiorũ luem prolaberetur: quo magis admiror eorũ temeritatẽ: qui Deo (vt ipſi ferunt) inſeruientes ſublimiores gradus nõ tam fugiunt: ꝙ omni ſtudio conſectantur. Nũc autem ne quid a propoſito digrediamur: Iuſticiæ ea vis eſt: vt iura omnia diuina & humana contineat. Hic vero pater ſanctiſſimus Deo creatori atq; principi animũ omnem (vt paulo ante monſtratum eſt) mentemq; deuouit. Iniuriam autem intuliſſe qui potuit is: qui & bonis omnibus prodeſſe voluerit: & multos haud quaquã lædere. Quippe exiſtimabat Hieronymus vna cum Socrate maximũ malorum eſſe non pati iniuriam: ſed facere. Ad hæc perturbationes vehementioreſq; motus omnis: quod ſuũ eſt magni atq; excelſi animi fortiter ſemper atq; animoſe compreſſit: aduerſariorum inſidias atq; multiplices oppugnationes: vt pernoſcebat acute: ita & viriliter ſuperauit. Deniq; ludibria: maledicta: improborum hominũ inſectationes pro chriſti nomine magno & conſtanti animo pertulit. Neminẽ extimeſcebat eorum qui Chriſtiane fidei veritatem pernitioſis ſuperſtitionibus violarent: ſed (vt Seuerus Sulpitius teſtis eſt) aduerſum perditos quoq; pugnam acerrimam pugnauit: cunctis viribus ſemper Hereticos inſectatus: quorum improbitas ea tẽpeſtatẽ latius emanabat. Quanta vero Hieronymi temperãtia: ꝙ magna moderatio fuerit multa per omnem eius vitã exempla declarant. O virum ſummis laudibus & perenni atq; immortali gloria dignum: qui nullis ſe vnꝙ carnis illecebris: nullis turpiſſimæ Veneris flagitiis inquinauit: ſed cælibem ſemper ac pene ſuperorum degens vitam ad vltimos ætatis terminos virgo vſq; permãſit: nec obſtant ipſius verba: quibus contra hanc ſententiã vſpiam vſus ſit. Nam qui virtute perfectus eſſet eiuſmodi integritatẽ intelligere videbatur: quæ & ſoli Deo tribuitur: ac cadere in quẽꝙ mortalium nõ poteſt. De victu vero & cultu vitæ quid multa dicam. Nã ſecundũ Pythagoreorum morẽ oleribus ac pomis victitabat: Sed illud nempe memorabile: & enim vinum / carnes & cibos omnes ſplendidiores exoſus nihil vnꝙ coctum accipiebat & aqua frigida vtebatur. Peronibus crepidiſue indutus ſacco amictus: vel denſas ſiluas: vel prærupta montium incolebat: vigilias plerũq; producebat ad multam noctem: quod ſi quando fragilem carnem arctior ſomnus oppreſſiſſet: tum effetum corpus & vix hærentia oſſa durius collidebat. Cubile ſibi e foliis culmiſq; conſtrauerat: horrida ſaxa pro puluillo ſæpius in terra capiti ſupponebat: frequẽter in lachrymas: frequẽter in gemitum prorumpens. Et ꝙꝙ pallebant eius ora ieiuniis: horrebant verberibus: ſqualebantq; macie membra: tamen infirmiorem carnem quæ nimium in pleriſq; ad labem procliuis eſt crebra ebdomadarum inedia ſubiugabat: nihil vnquam effeminate egit: nihil molliter: nihil intemperanter: ſed contra omnia ſobrie: omnia modeſte: omnia re

Marginal notes:
- Hiero. & Socra.
- Seuerus Sulpi.
- Hiero. temperãtia.
- De victu & cultu eiuſdem.
- Cubile Hiere.

ſte ac decore geſſit. Quid beneficentia: nonne præcipua in Hieronymo
fuit, atq; admirabilis. Nam cum intellexiſſet ea lege homines naſci: vt
ipſi inter ſe aliis alii proſint nullam vnq̄ ne minimā quidem temporis
partem effluere paſſus eſt: quin eam ad hominum vtilitatem conferret,
paratior ad homines iuuandos Hercule illo: quē poetarum fabule pro- Hercules.
dunt: hinc & ad obeundam Chriſti militiam frequentem cohortem in-
ſtituit. coegitq; permultos: quos optimis & legibus & moribus erudi-
ret: nō hominum famam id quod fecit Pythagoras: ſed veram ſpectās
ſolidiſſimamq; virtutem. Sed & muliebrem quoq; ſiue in ſciciam, ſeu fra-
gilitatem ſcitis ac ſaluberrimis inſtitutis ad ſummā virtutē adipiſcen-
dam excitauit. Teſtis eſt Paula nobilis fœmina atq; ſanctiſſima. Teſtis
eſt Euſtochium inſigne quoddam verecundiæ, ac pudicitiæ decus: qua- Paula & Euſto-
rum vtraq; ad virilem dignitatem proxime videbatur accedere. Teſtes chium fœminæ
ſunt & aliæ multæ. Illud etiam haud mediocre beneficentiæ inditiū eſt ſanctiſſ.
quod quicquid bonorum, quicquid familiæ poſſideret: id omne in me-
dium dabat: omneſq; qui vel conſulto vel ſorte quadā ad eius ædes ac
ſacrum tugurium diuertiſſent: præter q̄ Hereticos homines hilari fron-
te ac læto animo excipiebat. Quodſi lautiora obſonia defuiſſet: at præ-
ſto erant mitia poma. caſtaneæ molles: & preſſi copia lactis. Nec modo
in homines: ſed in belluas quoq; atq; in ſilueſtres feras quaſi ad prodeſ-
ſendum natus, magna nōnunq̄ contulit beneficia. Quippe qui etiam
Saucii Leonis & medicum ſeſe & hoſpitē geſſerit: quod officium adeo
Leoni ipſi gratum fuit: vt oblitus agreſtis immanitatis, Hieronymum Saucius Leo
poſt illa ſemper obſeruauerit: atq; quod ad nullam rem aliam vtilis eēt
iumentum quod vnicū habebat Hieronymus cum in paſcuis erraret cu-
ſtodiendum ſuſceperit. Hoc cū aliquando a prætereuntibus quibuſdam,
qui Camelos oleo onuſtos agerēt, abductū in prædā eſſet: arctiore poſt
Leo ſopore excitus cum iumentum nuſq̄ cōparuiſſet, æger domum ac
ingenti mœrore affectus rediit. Porro pauculis diebus exactis foras p-
ſiliens, nuſq̄ vel ſagace indagine, vel aſſidua induſtria deſtitit: quoad iu-
mento perquiſito, furti reos ſupplices ad Hyeronymum compulit.
Quam diu vero iumentum ipſum affuerat: id quod ſupra hominum fi-
dem pleriſq; videri ſolet: vel imponi tergori erūnulas ad vectandum li-
gnorum faſces māſuetiſſime paſſus eſt. Sed quid hac de re plura. Omnis
profecto eius vita, non beneficentiæ ſolum: verumetiam innumerabili-
um aliarum virtutum exempla ſuppeditat. Solent pleriq; quum clariſſi-
mos viros & maximis virtutibus præditos cōmemorare velint: Barba-
ros afferre Hamnibalem: ʒopyrum: Abarin: Anacharſim: Ochum Atlan-
tem. Græcos Themiſtoclem: Ariſtidem: Phocionem: Leonidam: Ageſy-
laum: Epaminundā. Romanos. M. Curiū. C. Fabritiū: Fab. Maximū: At-
tilium Regulum: Paulum Aemilium: P. Scipionem: App. Claudium. C.
Lelium. L. Piſonem. M: Marcellum. In quibus non tam virtus quam vir-
tutis inerant ſimulachra ¶ Ego vero his omnibus Hieronymum lon-
ge ſtatuo anteponendum: a quo vno maximarum virtutum omnium
exempla petantur ¶ Erat in hieronymo religio Abel: Abrahæ fi-
des: Patientia Iſaac: laborum perpeſſio: quanta in Iacob non fu-
it: continentia Ioſeph. Iob ſinceritas: miſericordia Moyſi: probi-

tas:qualis in Ieſu Naue fuit:ac Samuele:Dauid:Heliæ:ac Ioannis vehemens charitas.Salomonis ſapientia.Tobiæ integritas:Danielis iudicium.Ex quibus omnibus virtus eiuſmodi conflata eſt:vt ad ſummum laudum cumulum nihilomnino addi poſſit.Reſtat nunc vt de eius doctrina dicamus:quem diuino ingenio præſtitiſſe:ac ſingulari virtute ſatis multis verbis oſtendimus.Nemini igitur dubium eſt præſtantiſſimi patres:quin merito iure is & haberi doctiſſimus & appellari debeat:qui ad ſcientiam rerum conſequēdam:acre ſtudium perpetuumq; adhibuerit:præſtantiſſimis præceptoribus vſus ſit:plurimas diſciplinas cōparauerit:deniq; multarum linguarum peritiam calluerit.Sed cuius ſtudiu; cum Hieronymi incredibili diligentia comparandum. Hic eſt enim ille qui nullam vnquam temporis moram penitus inanem conterebat: nec contentus dierum opere:furtiuis quoq; noctiu; temporibus fruebatur Legit(vt Aurelius Auguſtinus teſtis eſt)omnium eorum libros:qui ante ſuam ætatem aliquid tradiderunt.Donatus autem Victorinus: Gregorius Nanzazenus: Apollinaris:Didimus:Baranias: a quibus Hieronymus inſtitutus eſt: Ariſtarchi:Socratis:Pherecydis. Pythagoræ: Architæ:Platonis:ac veterum omnium:vel æquabant gloriā:vel antecellebant. At plærunq; quod de parentibus ac liberis contingit:diſcipuli quoq; eorum a quibus inſtituti fuerint:vel claritudinem: vel humilitatem:& quod maius eſt aut virtutes:aut vitia imitantur. In magno apud omnes honore Pythagoras fuit:itaq; ſemper floruit Pythagoreorum nomen.Iacuit Epicureorum apud optimos quoſq; improbatum:atque reiectum.Hieronymus autem(vt ad eius laudes redeam)quo plures præceptores habuit ac præſtantiores:eo præclarior atq; illuſtrior exiſtimādus eſt:omnium præterea diuinarum atq; humanarum rerum:viſibiliū atq; inuiſibilium:occultarum atq; terreſtrium:ſempiternarum denique atq; mortalium:cumulatiſſimam quandam ſcientiam aſſecutus eſt. Atq; quod Paulus magiſter gentium in diuinis muneribus annumerat quodq; perpaucis adhuc video contigiſſe.multarum linguarum genera comparauit:vernaculum ſermonem Hebraicum:Græcum:Arabem: Syrum deniq; Chaldeumq; complexus.Itaq; propter ſummam doctoru; auctoritatem:propter multarum vrbium luſtrationem:propter incredibilem varietatem linguarum:&quod omnium primarium eſt:ob ſingularem vitæ ſanctimoniam.totius antiquitatis,ac ſæculorum omnium memoriam ſuperauit. Quantum vero in rerum doctrina & ſacrarū litterarum cognitione profecerit:& multa & præclara ſui ingenii monumenta teſtantur.Legimus Ariſtotelem non minus ꝙ Platonem:Homerum quendam philoſophorum libros circiter quadringentos conſcripſiſſe:toti'em Tyrtanum:Theophraſtum eius alumnum:Epicurum trecenta volumina:Chryſippum ſeptingenta quinque:Multa Democritū: Multa zenonem Cittiæum:plura zenonem Eleatem.compluria Eraclitum Scotinon.Varia Empedoclem Agrigentinum. Sed horum omnium labores facile noſter Hieronymus ſuperauit. Quare ſinite me quæſo nonnulla huius ſanctiſſimi viri opera ex magna quadam infinitate librorum in medium proferre:partim quæ accurate ipſe confecit: partī quæ aptiſſime ex externo ſermone in Latinam linguam conuertit. Na; quærenti mihi hæc ſeſe potiſſimum obtulerūt.Scripſit enim altercatio

Hiero:doctrīa.

Paulus.

q multa ſcripſerunt.

Libri a Hiero. ſcripti

nem Luciferiani & Orthodoxi:de Seraphin & Oſanna : de Frugi & de luxurioſo filiis:de tribus quæſtionibus Legis veteris:aduerſus Eliudium:de Mariæ virginitate perpetua :ad Euſtochium de virginitate ſeruāda:quæſtionum hebraicarū in Geneſim librum vnum:Hebraicorum nominū librum vnū:de locis librum vnū:de aſſumptione glorioſiſſimæ virginis ſermonem ꝙ pulcherrimuum ad Pammachiū : Apologeticum & Epitaphium de optimo genere interp̄tandi librum vnū : de tribus virtutibus libellum vnū:de vita clericorum ad Nepotianū:de terra repromiſſionis ad Dardonum:de ſuperandis mundi illecebris ad RuſticūMonachum:de reſurrectione carnis ad Mineruā & Alexandrum:adCyprianum preſbiterum de fine pſalmi.lxxxiiii.Dexteram tuam ſic notam fac: ad Paulinum preſbyterum de omnibus diuinæ hiſtoriæ libris.exortatoriam epiſtolam ad Eliodorum:conſolatoriam de morte filiæ ad Paulā ad Marcellam epiſtolarum librū vnum:ad Paulam & Euſtochium epiſtolarum librum vnum:ad Demetriadem virginē epiſtolas multas:epiſtolarum ad diuerſos librum vnū:queſtiones.xi.ad Galaxiam: Chronicon omnimodo hiſtoriæ:cuius magnam partem e Græco Euſebio conuertit aduerſus Iouinianum hereticū libros duos:de viris illuſtribus : in quo libro.c.xxxvi eccleſiaſticorum ſcriptorū meminit:de.xii:lectoribus ad Deſiderium:quorum primū Aurelium Auguſtinū cōmemorat. Scripſit vitam Pauli primi heremitæ:vitā captiui Monachi:vitaꝫ.beati Hilarionis:vitam beatæ Paulæ:ac multorū præterea ſanctorum patrum vitam illuſtrauit:ſcripſit in Pauli epiſtolas cōmentarios:& in epiſtolas quidē ad Galathas cōmentariorum libros tres:in epiſtolam ad Titum cōmētariorum vnum:in epiſtolam ad Philemonem cōmentariorum librum vnum : in Eccleſiaſten cōmentarios:homelias in Canticum canticorūꝫ duas:homelias in Lucam nouē & triginta:in pſalmos præſertim a pſalmo.x.vſqꝫ ad pſalmum.xvi.tractatus ſepteꝫ:ſcripſit in.xxii. Prophetas explanationuꝫ libros.xx.ſicut ipſe idem teſtatur ſuper Eſaiam:qui ſunt in Oſeæ libri tres:in Amos libri tres:in ʒachariam libri tres:in Micheam libri duo:in Abacuch libri duo:in reliquos ſeptem libri ſinguli:qui omnes ſunt numero.xx.Scripſit explanationes in Ieremiam:in Eʒechielem cōmentariorum libros complures:quorum duos cōmemorat editos in epiſtola ad Marcellinum & Anapſychiā.Scripſit in Eſaiam explanationum libros.xviii.explanationes inDanielem:quas diſtinxit in.xi viſiones.Scripſit prologos cōplures in Pentateucum Moiſi : multos in Prophetas:in Hagiographos:multos in Euangeliſtas:prologos & argumenta in epiſtolas Pauli:in Canonicas epiſtolas:in actus Apoſtolorum:in Apocalipſin Ioannis:in vitas patrum.De Arabi:deChaldaico: de Hebræo:de Græco ſermone multa conuertit: Et de Græco quidē imprimis tractatus Origenis in Epithalamicis : vitam Malchi monachi: homelias in Ieremiam & in Eʒechielem:xxviii.Librum Didimi Alexandrini de ſpiritu ſancto:epiſtolam Epiphanii:Cyprii miſſam ad Ioanneꝫ alia item multa.Sed & nouum teſtamentū Græcæ fidei reddidit.Tranſtulit enim euangelium Matthæi:tranſtulit euangeliū Marci: tranſtulit euangelium Lucæ:tranſtulit euangelium Ioannis:tranſtulit Pauli apoſtoli epiſtolas:& ad Romanos quidem vnam:ad Corinthios duas : ad Galathas vnam:ad Epheſios vnam:ad Philippenſes vnā:ad Colloceſes

Libri e græco in latinum traducti.

vnam:ad Theſſalonicenſes duas:ad Thimoteum duas:ad Titū vnam:
ad Philemonem vnā:ad Hebræos vnam. Tranſtulit actus apoſtolorum
a Luca editos. Tranſtulit Canonicas epiſtolas. Iacobi vnā: Petri duas:
Ioannis tres. Iudæ vnam:& demū Apocalipſin Ioannis. Teſtamentū au
tem vetus iuxta Hebraicā veritatem traduxit:& primo quidē Pentateu-
cum Moiſi:quem vocant hebræi Tora:diſtributū in libros quinq; : Be-
reſcit:quem dicimus librū Geneſeos: Elleſcemot:quē dicimus Exodum
Vagichra:quem dicimus Leuiticū: Vaidaber:quem dicimus Numerū
Elkhadebarim:quem librum Græci Δευτερονομιον vocant. nos librū
ſecūdæ legis poſſumus appellare. Mox tranſtulit Iehoſcua bin nun: qui
dicitur a noſtris Ieſus:ſiue Ioſue filius Naue. Tranſtulit Sciophetim:qui
inſcribitur liber Iudicum:& eum qui ſibi annexus eſt libellū Ruth. Trāſ-
tulit libros Regum quatuor. Primum & ſecundū: qui dicuntur Samuel
tertium & quartum: qui dicuntur Malachim. i. Regnorum. Tranſtulit
Diu re. i. verba dierū:quem nos librum Paralipomenon vocamus:quod
eſt chronicon quoddā totius diuinæ hiſtoriæ partitū in libros duos:
Tranſtulit Ezram diuiſum in libros duos:& interiectū Neemiā. Trāſtu
lit librū Tobiæ. Tranſtulit librū Iudith. Trāſtulit librū Eſter:cuius non-
nulla pars nuſq̃ eſt apud hebræos inuenta pſertim exemplā epiſtolæ re-
gis Artaxerris:quā e Græcorum theſauris Hieronymus deprōpſit: qui
idem trāſtulit librū Iob ſumptū p diuerſis locis ex Syro:& Arabi:ex He-
bræo ſermone. Tranſtulit ſoliloquia ſeu hymnos Dauid pphetæ:quod
Græci pſalteriū vocant:vnū quidem volumē:diſtributū autem in quinq;
inciſiones. Tranſtulit Miſxle Scielomo:quas Græci parabolas:noſtri p
uerbia vocant. Trāſtulit eiuſdē Cohelet:q̃ dicitur Eccleſiaſtes. Tranſtu-
lit eiuſdem Scir Liaſcirim. i. Canticū canticorū:quos tres libros (vt p
batiſſimi auctores ferunt) triduano opere expleuit. Tranſtulit & librū
Ieſu filii Syrach:pnotatum apud hebræos:nō Eccleſiaſticū: ſed parabo
las. Tranſtulit e Græco librū Sapientiæ:quem pleriq; Philonis Iudei ge
nere Alexādrini fuiſſe affirmant. Hic nuſquā apud Hebræos repertus eſt
Traſtulit Eſaiam. Tranſtulit Ieremiā:& eius lamentationē:qua ſuæ vr-
bis cladem quadruplici planxit alphabeto. Tranſtulit & Baruch:qui ta-
men in hebræo canone nō habetur. Tranſtulit Ezechielē. Tranſtulit Da-
nielem Hebraicis quidē litteris:ſed Chaldaico ſermone conſcriptum:ſi
cut & Ezras eſt & vna Ieremiæ pericope:nec Suſannæ hiſtoriā: hymnum
trium puerorū:Belis. Draconiſq; fabulas omiſit: & ſi nuſquā apud He-
bræos ſunt. Tranſtulit Tere Aſar:quod ſonat apud nos duodecim: Eſt
enim liber in duodecim Prophetas diſtributus. qui ſunt Oſeæ: Iohel:
Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuch Sophonias Aggeus
Zacharias, Malachias. Poſtremo tranſtulit duos Machabeorum libros:
Primum ex hebræis. alterū e græcis:ſicut & Græce editum conſtat. Alia
& ſcripſit multa:& tranſtulit quæ vel iam periere:vel non inciderunt in
noſtras manus. Hæc vero omnia mira elegantia & incredibili quadam
ſuauitate cōfecit. vt vere Homerum illud de Neſtore, hieronymo conue
niat. ἀπο αὐτου τῆς γλωττης μελιτος γλυκιων ρεεν αυδη: quod eſt.
Ab eius lingua melle dulcior fluebat oratio. Iure itaq; hebræus quiſpiā
Hieronymum Prophetæ verbis affari poſſit:Ma nim Iezu: Iechich chiim
ratheca, middeuaſch lephi. Idem & de Græcis aliquis: ως γλυκεα τω

Ex hæbræo tra-
ducti.

Liber ſapiæ a-
pud Heb. non
habetur

Homerus.

λαβυγγιμουτα λογια σουυτες μαλιτα σομαιιμου: Dicant & noſtri idem. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Vere nãq3 dulcia ſunt habenda eloquia: quæ neq3 vllo implicantur errore: & queuis hominem ad ſummi boni calcem expedito calle deducunt.

Quod autẽ de Ariſtotele dicebat Auerro. idem & de Hieronymo proferri liceat: q᷑ in tanta ſcriptorũ ac voluminum varietate, longo iam annorum curriculo, nullus ne paruus quidẽ inuentus eſt error. Demum vero immortalibus multis confectis operibus: & quæ nulla obliuione extingui poterunt: cũ bonum certamen certaſſet: & mortalis huius vitæ curſum omnem peregiſſet: accepturus victoriæ inſignia: non tam fortis miles ꝙ dux inuictiſſimus res humanas deſeruit: expletis circiter nonaginta ætatis annis: in cœlum ac beatorũ ſpirituum domicilium tranſlatus eſt: nactus, vt auctores nõ incelebres tradunt. Baptiſtæ ac præcurſoris domini Ioannis parem excelſitati gloriam. Sepultus eſt autem Bethleem in eo ſepulchro: quod iuxta præſepe Domini in faucibus ſpeluncæ ſibi ipſe conſtruxerat. Mortuus eſt pridie Calen. Octobres: qui eſt feſtus hic: ac lætiſſimus dies: emerſis tamẽ (vt mihi cõpertum eſt) circiter Mille & quadraginta ſeptem annis: cum Honorius Auguſtus annum duodecimum ageret imperii. Quãobrem ne iam plura dicam: hortor vos omnes: atq3 oro præſtantiſſimi patres: vt alacres Hieroymum cum alias ſemper, tum hodierno die maxime, maximis honoribus: & ingenti veneratione proſequamini: feſtum ſemper agatis hunc diem, ad hieronymi laudes: quem ingentiſſimis omnipotens dominus miraculis decorauit: læti animum conuertatis: vt nos clementiſſimus Princeps eius præcibus ac meritis & in terris incolumes tueatur: & vita defunctos Hieronymi ac beatorũ omnium conſortes efficiat. Mihi quæſo ignoſcite humaniſſimi viri: ſi in hieronymi laudibus efferendis breuior fuerim ꝙ opus erat. Nam ille quidẽ3 (vt noſtis) complures ſunt, ꝙ quæ anguſti temporis cirriculo referri poſſint. Maiores vero ꝙ quæ ab indiſerto viro explicari queant. Multa tamen prætereo conſulto ne vos patres optimi a diuinis muneribus deterream: cu3 iam aduesperaſcat: Alio poſt fortaſſe tempore laudes vberiores afferemus. Poſtremo gratiam vobis qui tam attentis auribus indoctum ho minem ac rudem audiſtis: quia nequeo agere libentius obticuerim. Ipſe vobis clementiſſimus Deus atq3 eius præpotens ſeruus Hieronymus præmia digna ferant.

Hiero. ætas.

Hiero. ſepul.

Honorius Auguſtus.

Dixi.

¶ Auguſtini dathi Oratio ſecunda de paſſione domini.

d Ominus noſter & omnipotens, ac totius mũdi princeps deus: qui pro immenſa bonitatis ſuæ largitate, tanti operis molem confabricatus eſt: qui cœlum & terram condidit: qui rerum omnium viſibilium atq3 inuiſibilium varietatem effecit:

atque diſtinxit, domini ac viri Senenſes: plurimum ſemper dilexit hũa-
num genus: & ſingulari quadam atqꝫ incredibili beniuolentia & chari-
Apoſtolus tate complexus eſt: qui pro eius ſalute comparanda, vnigenitum ſuum
dedit: proprio filio non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illũ:
qui factus obediens vſque ad mortem: mortẽ crucis ſubiuit: & acerbiſſi
mæ paſſionis extremum ſupplicium perpeſſus eſt: vt quem ab ipſo crea-
tionis initio gloria & honore coronauit: præcipuis ornamentis affecit
ampliſſimis muneribus cumulauit: lapſum redimendo æterna morte li-
beraret. & a duriſſima dyaboli captiuitate ereptum: quaſi quodam poſt-
liminio ad cæleſtis regni gloriã ac beatitudinem reuocaret. Quamob
rem ſtatutis diuinæ prædeſtinatiuonis arbitrio: atque maturis præfini
tis temporibus: miſſus eſt de cælo vnigenitus dei & coæternus patri fi-
lius: qui poſtquam iuſtitiam & rectam viuendi viam docuit: demum ĩ li
Apoſtolus gno pendens: quæ per lignum quoqꝫ amiſſa erãt: cæleſtis hæreditatis iu
ra repararet: dicente Apoſtolo. At vbi venit plenitudo temporis: miſit
deus filium ſuum natum ex muliere: factum ſub lege: vt eos qui ſub lege
erant redimeret. Veruntamen non ſatis proderat natum fuiſſe ſaluato
rem: niſi & per crucis patibulum redemiſſet humanum genus: & ab infe
rorum teterrimo carcere: ad cæleſtis patriæ lucem populum excitaſſet: q
ſedebat in tenebris: & ob peccati labem: ac diuinæ legis præuaricatio-
nem, in mortis vmbra iacebat. Itaqꝫ oportuit pati Chriſtum: & ea com
plere: quæ deus ipſe non abſque ãmirabili prouidentia, & ineffabili my
ſterio fieri voluit: quæqꝫ per prophetas ſuos multis ſæculis ante prædi-
xit. Sacratiſſimam nanqꝫ Ieſu Chriſti redemptoris paſſionem noſtræ li-
berationis auctorem atqꝫ effectricem ſalutis: cum multa antiquæ legis
figurarum ſacramenta: tum plura ſanctorum Vatum ac Prophetarum
vaticinia: id eſt certa ſpiritusſancti oracula cecinerunt: quæ iam ſingula
per crucem Chriſti & perſpicue reuelata & expleta ſalubriter ſacra Euã-
geliſtarum eloquia prodidere: vt iam tandem Leone teſtante manifeſto
complerentur effectu: quæ diu figurarum fuerant promiſſa myſterio.

Scitis: inquit Ieſus diſcipulis ſuis: quia poſt biduum Paſcha fiet: & fili
us hominis tradetur vt crucifigatur. Veteris legis Paſcha cum agno
Iſra. populus Iſraeliticus populus veſcebatur: tipum noſtri ſaluatoris oſtendit. Et. n:
Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus: cum in aram crucis ſublatus.
tradidit ſemetipſũ pro nobis hoſtiam & oblationem deo: in odorẽ ſua
uitatis: vt verus Pharao atqꝫ antiquus hoſtis mergeretur cum ſuo exer
Pharao. citu: & nos per verum Phaſe: id eſt trãſitum domini: de Aegypto ad cæ
leſte regnum: de morte tranſiremus ad vitam: quos ſub peccati iugo ve
Ritus Paſcæ Iudæorum tuſta ſeruitus tenuiſſet: Edus quoqꝫ ad huius ipſius rei præfiguratione
in veteri lege cædebatur: ad quem immolandum quotannis Iudæi ĩ Pa
ſchali ſolemnitate conueniebant: quemqꝫ mactare pro ritu ſolebat vni
uerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperum: quod ridiculum videri po
tuiſſet: edum vnum tam multa hominum millia immolare: niſi hoc tan
tum ſacramentum futuræ immolationis archana texiſſet. quando vno
expleto ſacrificio eſt variarum differentia victimarum. Tum congrega-
ti ſunt principes ſacerdotum & ſcribæ: & conſilium fecerunt: vt Ieſuꝫ do
Hieremias lo tenerent: & occiderent. Hoc futurum Ieremias ſpiritu ſancto reuelan
te multo ante prædixerat. Etenim ait: & Chriſtum dicentem inducit.
Et ego quaſi agnus manſuetus: quaſi portatur ad victimam: & non co-

gnoui:quia cogitauerunt ſuper me conſilia dicētes:Venite: mittamus lignum in panem eius:& eradamus eum de terra viuentium: & nomen eius non memoretur amplius. Et lignum quidem (vt Lactantius ait) crucem ſignificat:panis vero dominicum corpus:quia ipſe cibus eſt:et vita omnium qui credunt in carnem:quam ipſe portauit:& in crucem ī qua pro noſtra redēptione pependit. Sed de eodem conſilio malignantium atq; conuentu:apud Sapientem ꝙ liquido ꝙ plane dicitur. Circumueniamus iuſtum:quoniam inutilis eſt nobis:& contrarius eſt operibus noſtris:& improperat nobis peccata legis: promittit ſe ſcientiā dei habere:& filium dei ſe nominat. Ac rurſum. Morte turpiſſima condemnemus eum:erit enim reſpectus ex ſermonibus illius. Cunq; itraſſet Sathan in Iudam:qui dicebatur Scarioth:vnum de duodecim: vt ꝓderet Ieſum principibus ſacerdotum:pacti ſunt illi pecuniā ſe daturos atq; conſtituerunt ei triginta argenteos. Et Ioſeph ille magnus vir: ac magni Patriarchæ Iacob filius:quemadmodum veteris teſtamenti ſcriptura declarat:non triginta aureis:aut ſeptuaginta interpretati ſunt: ſed triginta potius argenteis:prætereuntibus Iſmaelitis venundatus ē id quod Hieronymo & Hebraica veritate prodente didicimus: Atque is proculdubio ſaluatorem præfiguraſſe dignoſcitur. De quo & Zacharias dilucide. Appreciauerunt:inquit:mercedem in eum trigita argenteos. Ac de Iuda proditore in ſuprema cœna Ieſus ait:diſcumbens cum duodecim diſcipulis ſuis. Qui intingit mecum manum in paraſſide:hic me tradet: Quod ipſum in pſalmis legitur. Qui edebat panes meos:magnificauit ſuper me ſupplantationem. Et alio rurſum in loco. Tu vero homo vnanimis dux meus & notus meus:qui ſimul mecum dulces capiebas cibos:in domo dei ambulauimus cum conſenſu. Melchiſedech (vt in Geneſi ſcriptum eſt) ſacerdos panem & vinum obtulit Abrahæ:& benedixit ei. Ieſus autem de quo propheta. Tu es ſacerdos in æternum: ſecundum ordinem Melchiſedech:cum deſideratum paſcha cum diſcipulis manducaret:vt ſignificantem hoſtiam verum ſacrificium trāſmoueret:effecit ſane quod magiſter gentium Paulus ſcribens Corinthiis: ait. Dominus noſter Ieſus Chriſtus in qua nocte tradebatur:accepit panem:& gratias agens fregit & dixit. Accipite & manducate:hoc ē corpus meum quod pro vobis tradetur:hoc facite in meam commemorationem. Atq; amplius. Similiter & calicem poſtquam cœnauit dicens. Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine:hoc facite quotiencunq; bibetis:in meam commemorationem. Quodquidem iamdudū per Ezechielem fuerat præmonſtratum. Ego inquit:immolabo vobis victimam ſuper montem vt comedatis carnes. & bibatis ſanguinem. Quare & in Bethleem naſci voluit. Quippe Bethleem Hebræorum lingua domus panis interpretatur. Itaq; apud Ioannem ſaluator vere de ſeipſo dicit. Ego ſum panis viuus:qui de cœlo deſcendi. Et iterum. Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto & mortui ſunt:qui manducat hunc panem viuet in æternum. O ꝙ magnum ꝙ admirandum ꝙ ſalutare:ꝙ incompræhenſibile ſacramentum. de quo ſcite ſacer Hieronymus noſter. Poſtquam tipicum paſcha fuerat impletum: & agni carnes cum apoſtolis comederat:aſſumit panem qui confortat cor hominis:& ad verum paſchæ tranſgreditur ſacramentum:vt quomodo in ꝑ

Lactantius

Sapiens

Pſalmiſta

Melchiſedech

Ezechiel

figuratione eius Melchiſedech ſummi dei ſacerdos:panem & vinum of ferens fecerat:ipſe quoq; in veritate ſui corporis & ſanguinis repræſentaret.O ꝙ dulce pabulum:ꝙ ſuauis potus:ꝙ ſalutaris hoſtia.Vere i fortitudine cibi huius:cæci vident:ſurdi audiunt: muti loquuntur: claudi ambulant:leproſi mundantur:ſtulti reſipiſcunt: conualeſcunt ægroti: mortui reuiuiſcunt:& ad vitam quidem perducuntur æternam. Sed iam ad reliqua pergamus.Peracta cœna/atq; hymno dicto:exierunt in mõtem oliuarum:vbi dominus & orauit ipſe:& Apoſtolis orare præcepit. Iuxta propheticum illud.Manducauerunt:& adorauerunt oẽs piugues terræ:ac deinde prædixit inſtantis paſſionis euentum. Omnes vos ſcãdalum patiemini in me:in nocte iſta.Scriptum eſt enim. Percutiam paſtorem:& diſpergentur oues gregis.Hoc apud ʒachariam legitur.Percute paſtorem:& diſpergentur oues.Paulopoſt oratione facta ſubiecit.

ʒacharias

Dormite iam/& requieſcite:ecce iam appropinquabit hora:& filius hominis tradetur in manus peccatorum.Hoc quoq; præuiderat propheta pſalmographus dicens.Captabunt in animam iuſti:& ſanguinem innocentem condemnabunt.Eſaias vero.Peccata:inquit multorũ pertulit. et propter facinora illorum traditus eſt.Sed quod Origenes & Remigius diligenter aduertunt:aliter ab aliis traditus eſt.Traditus nanq; eſt a patre filius hominis:qui proprio filio ſuo non pepercit: ſed ꝓ nobis omnibus tradidit illum.traditus a ſeipſo eſt:quippe qui tradidit ſemet ipſum pro nobis hoſtiam immaculatam deo.Traditus &a Iuda eſt impio proditore:qui oſculo tradidit ſaluatorem:vt ipſa Euangeliſtarum ſacra teſtatur hiſtoria.Traditus a ſummis ſacerdotibus.Traditus a Iudæorum plæbe.Traditus a Pylato.Traditus a dyabolo acerrimo humani generis hoſte.Sed a patre traditus eſt homini filius ob miſericordiã traditus a ſeipſo:pro noſtra omniũq; ſalute.Traditus a nequiſſimo Iuda propter auariciam.Traditus a ſummis ſacerdotibus ob inuidiã:traditus a plæbe propter ignorantiæ cæcitatem:traditus a Pylato: ꝑpter ignauiã:traditus a Dyabolo propter metũ:ne per doctrinã illius de manu eius genus auelleretur humanũ.Porro ſicut dixit dominus ad Gedeonem in iudicum libro.Ne timeas:in fortitudine tua liberabis Iſrael: ita & oranti Ieſu apparuit Angelus de cœlo confortans eum:q erat Iſraeliticũ populum redẽpturus.Ioab in libro regum Amaſam fratrẽ ſalutauit:& quaſi oſculans percuſſit in latere: & Iudas oſculo filiũ hominis tradidit in manus peccatoꝝ.Sanſon a Philiſteis abductus ẽ vinctus catenis dicente Eʒechiele.Eccce data ſunt ſuper te vincula:& ligabunt te ĩ eis.Et Ieſus ligatus ductus eſt ad Cayphã principem Iudæorum.Micheas vir iuſtus & ſanctus a Sedechia filio Canaan:in maxillam percuſſus ẽ dicente Michea.Percuties maxillam principis Iſrael:& vnus aſſiſtẽs miniſtrorum dedit alapam Ieſu dicens.Sic reſpondes pontifici. Propbetauit Eſaias:Faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me.Et Ieſus illuſus:cæſus:faciem velatus:conſputus eſt:dicente propheta.Ego in flagella paratus ſum:& dolor meus in conſpectu meo ſẽper.Et iterum.Ego fui flagellatus tota die:& caſtigatio mea in matutinis.Tulit Abraham ligna holocauſti:& poſuit ſuper Iſaac filium: vt immolaret eum.Et Ieſus qui Eſaia teſtante:tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt:baiulans ſibi crucem:exiuit in eum:qui dicitur Caluariæ lo

Eſaias

Sanſon

Dauid

cus. Et fratres nudauerunt Ioſeph tunica talari & polymita: & milites diuiſerunt veſtimenta domini: ſortem mittentes: dicente propheta: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem Signum poſuit, atq; exaltauit Moyſes ſerpentem æneũ in deſerto: quē percuſſi aſpicientes, ſalui fiebant. Et Ieſus in euangelio. Ego inquit: ſi exaltatus fuero: omnia traham ad meipſum. Et euangeliſta. Hoc autem dicebat ſignificans qua morte eſſet moriturus. Quod non ignorauit propheta diuini arcani conſcius. Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur deus. Ille igitur qui iuxta prophetarum oracula venit de Edom tinctis veſtibus de Bozra: qui torcular calcauit ſolus formoſus in ſtola ſua: vt exſolueret: iuxta prophetæ vaticinium: quæ non rapuerat, in Golgotha crucifixus eſt: vulneratus ꝓpter iniquitates noſtras: vt dicit Eſaias: attritus propter ſcelera noſtra. Quod manifeſte Dauid concinit. Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerũt omnia oſſa mea. Crucifixi ſunt autem & duo nequam cum Ieſu: ad dexteram alter: alter ad ſiniſtram: vt ſcriptura plane impleretur: dicens. Et cum iniquis deputatus eſt. Quod ſi ab hora ſexta tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram vſq; ad horam nonã: quod multo ante predixerat Amos ꝓpheta. Et erit id die illo dicit dominus: occidet ſol meridie & tenebrabitur dies lucis Ieremias autem. Subruit Sol ei: cum adhuc medius dies eſſet quod nec Sibyllam latuit. quæ ait. Medio die nox erit tenebroſa nimis tribus horis. Clamans Ieſus in cruce voce magna, dixit. Heli Heli Lema zabathani. hoc a propheta prænunciatum eſt: & a ſaluatore eiſdem verbis in patibulo ipſo prolatum. Deus deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti. longe a ſalute mea. Et reliqua ſummiſſiore voce ab eodem ipſo expleta omnia: quoadventum eſt ad eius pſalmi locum. In manus tuas commendo ſpiritum meum: quem quidem verſiculum ipſum: cum clamans iterum voce magna protuliſſet: animam expirauit: conſummata morte: & a lege præfigurata. & a prophetis multo ante prædicta & latronum quidem fregerunt crura: at non Ieſu: quoniam per prophetam dictum erat. Os non comminuetis ex eo. Sed cum iam ſpiritum tradidiſſet. vnus militum lancea latus eius aperuit. & continuo (mirabile viſu) exiuit ſanguis & aqua: & aqua quidem in lauacrum: ſanguis in pretium redemptionis humanæ. Scripturam impleri oportebat dicentem. Videbunt in quem tranſfixerunt. Miſſus eſt Ionas in mare: & præparauit deus piſcem: vt deglutiret eum. Et Ioſeph depoſitum corpus Ieſu, inuoluit ſindone munda: & poſuit in monumento: in quo nondũ quiſquam poſitus fuerat. dicente Eſaia: Et erit ſepulchrum eius glorioſum At tum denique generationi prauæ & adulteræ quærenti ſignũ: datum eſt ſignum Ionæ prophetæ: dicente in euangelio Matthei ſaluatore. Signum non dabitur ei: niſi ſignum Ione prophetæ: Sicut enim fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus & tribus noctibus. ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Sed multiplicia quoque data ſunt ſigna. Sol obſcuratus eſt: terra mota eſt: petræ ſciſſæ ſunt: monumenta aperta ſunt: multa corpora ſanctorum: quæ dormierant, ſurrexerunt: velum templi ſciſſum eſt medium: a ſummo vſque deorſum: quia vere filius Dei erat: in quem ſeuierat Iudæorum ſumma crudelitas: quem blaſſemabat impiorum cæca perfidia, dicens.

Abraham

Sybillæ vaticinium

Ionas.

Alios ſaluos facit:ſi rex Iſrael eſt/deſcēdat de cruce/ſuperni ignara cōſilii:ſalutaris myſterii neſcia.quia dominus regnauit a ligno:& ſalutē humani generis in ligno crucis conſtituit:vt vnde mors orta eſſet:viciſſim inde vita reſurgeret:vt queadmodum primus homo per lignū mortis labem incurrerat:ita ſecūdus homo peccati neſcius in ligno crudelem mortem patiens/vere & mortē dānaret:& nos a morte & a captiuitate diaboli liberaret. ¶ Recte igitur Leo in Iudeis inuectus ait. Vocibus veſtris ſtultiſq̃ blaſſemiis reddunt omnia elementa reſponſum: & vnam ſimul in vos ſententiā ferunt. Cœlū/terra/ſydera:quæ indignos vos ſuo miniſterio pteſtantes terribili motu inſolitoq̃ defectu tenebras mūdo/veſtræ cæcitatis oſtentant. Quod ſi ad arguendū nec cœleſtia/nec inferna ſufficiant:& crucem Chriſti magis potuerunt petræ atq̃ monumenta ꝙ veſtra corda ſentire:ſaltem quod in tēplo actum eſt/ ſcienter aduertite. Velum cuius obiectu intercludebātur ſancta ſanctorum/a ſummo vſq̃ ad ima diſruptū eſt:& ſacrū illud miſticumq̃ ſecretum:quod ſolus ſummus pontifex iuſſus fuerat intrare/reſeratum eſt: vt nihil iam eſſet diſcretionis.vbi nihil reſtderat ſāctitatis. Latebat Iudæos ſacræ redemptionis myſteriū. Melius Cayphas:qui tum erat pontifex:cum in Senatu ſententiam diceret:conſiliū dederat Iudeis expedire affirmans:vt vnus pro populo moreretur:ac nō toti genti immineret interitus. Quippe ſaluator mortem noſtram moriendo deſtruxit: qui mortem carnis pro humani generis redēptione ſuſcepit: ꝓinde in pſalmorum libro ſcriptum eſt. Eduxit eos de tenebris & vmbra mortis: & vincula eorum dirupit. In Exodo autem. In manu forti eduxit Deus de ægypto & de domo ſeruitutis. In Apocalypſi vero Ioannis. Redemiſti nos Deus in ſanguine tuo/ex omni tribu & lingua & populo. Quare non abſq̃ ratione volente deo:& titulus cruci ſuperpoſitus eſt litteris græcis:hebraicis:& latinis. Venit enim filius hominis:apud quē nō eſt diſtinctio Iudæi & græci:in omni hominum genere quærere/& ſaluū facere quod perierat. Sed ſi pergam prophetarū teſtimonia ꝓferre & figurarum inuolucra reſerare:fuerim fortaſſe longior/ꝙ vel mei conſilii ſit: vel ſtudii ac volūtatis veſtræ. Onus vtiq̃ graue/magni Oratoris copia dignum imbecillitati meæ omnino impar. Quare & ſibillarum vaticinia conſulto prætereo:quæ Delphica:Cumana:Phrigia:flagella/probra/cōtumelioſam Chriſti paſſionem/clara voce/& aperto teſtimonio protulerunt. Sed iam conſentaneū videtur:quoniam de Chriſti paſſione noſtra omnis habetur oratio:circa illam paucis contēplari. Primum ꝙ grauis/ꝙ acerba:deinde ꝙ frugifera/ac ſalutaris extiterit. Vere ſaluatori noſtro/qui pro nobis hodie paſſus eſt:Ieremiæ vox illa congruat O vos omnes qui tranſitis per viā/attendite & videte:ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus: Quod facile in promptu ſit:ſi cōſiderare velimus varias in illum debacchantiū Iudæorum illuſiones iniquas accuſantiū criminationes:multiplices labores:doloreſq̃:grauiſſimam totius corporis perpeſſionem. Nā primum coram principe ſacerdotū Caypha pontifice illuſus eſt:coram Herode Galileæ tetrarcha illuſus eſt:coram Pylato præſide ac legato Syriæ illuſus eſt: vniuerſo inſpectāte populo parpiter illuſus eſt:in ara crucis cōtumelioſe illuſus eſt. O perfida atq̃ impia Iudæorum natio:quæ cū innumera diuinitatis ſigna fuiſſet intuita:

Leo.

Cayphas.

Perpulchra de xpi paſſione cō templatio.

falſum tamen teſtimoniū quærit contra Ieſum: iuxta propheticū illud.
Scrutati ſunt iniq̄tates: defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Et iterū. Inſur-
rexerunt in me teſtes iniqui: & mentita eſt iniquitas ſibi. Accuſat ſalua-
torem impia Iudeorum natio prohibentē tributa dari Cæſari: dicenteʒ
ſe Chriſtum regem eſſe: ſubuertentem populum: ac ſeducentem turbas:
templi demolitionem ꝓfitentem ac tridui reædificationē: deniqʒ blaſ-
femantem. Quomodo prohibentē tributa dari Cæſari: qui tentanti-
bus & percontantibus illis multo ante reſponderat: reddi oportere: q̄
ſunt Dei deo: quæ Cæſaris cæſari. Quare quod ſe regem profiteretur.
Nōne ipſe rex virtutum eſt. Rex gloriæ: iuxta propheticam vocē. Rex ſæ-
culorum immortalis: cuius regnū non eſt hic: ſed Rex Regum: & domi-
nantium dominus: qui eternis Imperiis regnat in cœlo: per quem prin-
cipes dominantur in terris: per quem reges regnant: & imperii diutur-
nitate lætantur. Quo pacto ſeducentem populos eū accuſare ſunt auſi
qui ad hoc natus eſt: & ad hoc venit in mundū: vt perhiberet teſtimoni-
um veritati. Quomodo ſubuertentem turbas: qui ipſe via eſt: veritas:
& vita: lux vera quæ illuminat omnem hominē: quem cupiunt: qui vo-
lunt ſe cunctis erroribus & cæcitatis tenebris liberari. Quē non ſecus
ꝙ Ceruus deſiderat fontes aquarum: expectabant in limbo patres: atqʒ
eius præſtolabantur aduentū cum ʒacharia dicentes. Illuminare his qui
in tenebris & in vmbra mortis ſedent: cū poſt mortem ſancta eius ani- ʒacharias.
ma ab incontaminato diuiſa corpore: deitate tamen in corpore & ani-
ma inſeparabiliter permanente. Inferni clauſtra penetrans: vocem pro-
pheticam diligentiſſimus humanæ ſalutis impleuit: vt attollerentur in-
fernorum principum portæ: & ad eripiendam Tartarei ducis prædā: in-
troiret Rex gloriæ: rex fortis & potens: qui de ſæuiſſimo atqʒ immaniſſi-
mo hoſte triumphaturus acceſſerat. Quid dicā de diſſolutione templi:
quādo nō de manufacto templo: ſed de vero illo ac ſacratiſſimo ſui cor-
poris templo loqueretur: quod p̄finito tempore moriturū erat poſt tri-
duum a mortuis ſuſcitandum. Quid dicam de blaſſemia. Nonne hunc
impia Iudæorum natio audierat ſemp̄ glorificantem coeternū patrem:
glorificantem Deum atqʒ eius opera voce: ſignis tot: tantiſqʒ miracu-
lis & glorioſis operibus manifeſtantē: adeo ad obediendum patri ala-
crem. vt vel formā ſerui acciperet. parens illi vſqʒ ad mortem: mortem
autem crucis. Multifariam vero paſſum Chriſtū quis ignorat: qui ſacra
Euangeliſtarum percepit oracula. Eſuriit: ſitiit: ſudauit & alſit. Labora-
uit: infirmatus eſt: mortuus eſt. Atqʒ eſuriit quidē qui apud Lucam euā-
geliſtam ait. Amen dico vobis: ex hoc nō manducabo: illud donec im-
pleatur in regno dei. Ne dicam de ieiunio. Quod nō modo inſtituen-
do: ſed multo etiam magis ſeruando docuit. Qui cum ieiunaſſet. xl.
tum dies: tum noctes: poſtmodū eſuriit. Sitiit: qui & in patibulo Cru-
cis Sitio inquit: & poſtea ꝙ cū diſcipulis cœnauiſſet: nō bibam amodo
de genimine vitis: vſqʒ in diē illum: quum illud bibā vobiſcum nouū in
regno patris mei. Alſit qui ſæpius eodē die nudatus eſt: & ſuis veſtimē-
tis exutus: cū ſtabāt miniſtri ad prunas: quia frigus erat: & calefaciebāt
ſe: quod euangelii ſcriptura declarat. Sudauit cū alias: tum p̄cipue: cum
inter orandū factus eſt ſudor eius tanꝙ guttę ſanguinis decurrentis in
terrā. Laborauit ceſus verberibus: attritus flagellis: & baiulans ſibi cru

cem:ac ſubiiciens ſanctos humeros ponderi ad ſupplicii ꝑfectus eſt lo
cum:Infirmatus eſt quãdo (Eſaia teſtante) vere languores noſtros ipſe
tulit:& dolores noſtros ipſe portauit.Genus mortis ſubiit: quo nullũ
grauius:nullum crudelius.nullũ acerbius:nullũ deniq; ignominioſius:
vel dici aliud:vel cogitari poteſt. Quo Syculi nõ inuenere tyranni ma∙
Horatius. ius tormentũ. Ac vere per prophetã dictum eſt. A planta pedis vſq; ad
verticem nõ eſt in eo ſanitas. Nã ſi totum aſpicimus nulla pars corpo∙
ris dolore vacat:artus omnes:mẽbra omnia magnis ſuppliciis patent
Fœdatus,cruẽtatus,deturpatus eſt ſpecioſus forma præ filiis hominũ
Si caput aſpicimus,ſpinis coronatum eſt:dicente per ſapientẽ concio∙
natorem Ieſu. Egredimini filiæ ſyon:& videte regẽ Salomonem diade∙
mate coronatũ:quo coronauit eum mater ſua:q̃ erat vtiq; Iudæorũ ſy∙
nagoga:vnde illi ſecundum carnẽ genus erat. Quod ſi ceruicem aſpi∙
cimus:colaphis percuſſa eſt:ſi faciem velata eſt:ſi barbã:vulſa eſt:quoni∙
am dedit genas ſuas vellentibus. Si nitida mẽbra:flagris & fuſtibus ce
ſa ſunt:ſi manus & brachia protenſa ſunt.ſi coſtas:ſi latus.lancea perfo
ratum eſt. Si pedes.duriſſimis clauis confixi ſunt:os vero illud glorio∙
ſum atq; ſuauiſſimum:ex quo melle dulcior fluebat oratio:nectare atq;
ambroſia dignũ:felle & aceto potatũ eſt:dicente ꝓpheta. Dederunt in
eſcam meam fel:& in ſiti mea potauerũt me aceto. Hinc Aurelius Augu
ſtinus. Propinator fontiũ potatur aceto:mellis dator:cibatur felle:fla
gellatur remiſſio:condẽnatur venia:illuditur maieſtas : ridetur virtus:
perfunditur largitor imbriũ ſputis. Et rurſum:flagellatus eſt:ſpinis co
ronatus eſt:ludibrioſa veſte amictus eſt:amaris conuitiis illuſus eſt:ala
pis cæſus eſt. Sed quorſum tã multa paſſus eſt filius hominis:filius in ꝙ
hominis:in ſæculo natus:ſed Dei filius ante ſecula genitus. Quẽ ad fi
nem turpiſſima morte peremptus. Certe ad redimendũ:certe ad ſaluan
dum humanũ genus:vt nos de morte liberaret ad vitam:de corruptio∙
ne ad incorruptionẽ:de tenebris ad lucẽ:de inferis ad cœleſtia regna:
de miſeria ad perennis gloriæ fœlicitatẽ. O miram ſaluatoris pietatẽ
Apoſtolus. o ineffabilẽ:inauditamq; clementiã. Scite apoſtolus ad Roma.ſcribẽs.
Auguſtinus Reconciliati ſumus deo:per mortẽ filii eius. Vere per Auguſtinũ. Salua
tor cũ eſſes inimicus patri meo reconliaui te. cũ inter montes & ſiluas
errares quæſiui te:humeris meis portaui te:patri meo reddidi te:labo∙
raui:ſudaui:caput meũ ſpinis oppoſui:manus meas clauis obieci:lãcea
latus meũ aperuit:ſanguinem meũ fudi:animam meã poſui:vt coniuge
rem mihi te:& tu diuideris a me. Per leonẽ vero ꝙ vere ꝙ pie. Ego ſum:
inquit veſtra remiſſio:ego paſcha ſalutis:ego agnus:qui ꝓ vobis ſũ iu
gulatus:ego veſtra redẽptio:ego vita:ego veſtra ſum ſalus: ego veſtra
reſurrectio:ego veſter ſum Rex:ego vos per meã dexterã ſuſcitabo. Be∙
ne rurſum Auguſtinus adiiciens. Venit ad nos cœleſtis negociator ac∙
cipere contumeliam & dare honorẽ:ſubire mortem & dare vitã: hauri∙
Gregorius. re ignominiã & dare gloriam. Gregorius autẽ ꝙ grauiter: ꝙ accõmoda
te inquit. Caro factus eſt:vt nos ſpirituales faceret:inclinatus eſt:vt ele
uaret:exiit:vt introduceret:viſitabilis apparuit: vt inuiſibilia monſtra∙
ret:flagella pertulit:vt ſaluaret opprobria:& illuſiones ſubſtinuit:vt ab
obprobrio æterno liberaret:mortuus eſt:vt viuificaret:qui ĩ natura ſua
manet ſemper incomprehenſibilis:in natura noſtra cõprehendi digna∙

tus eſt/ac flagellari: quia niſi ea quæ infirmitatis noſtræ ſunt ſuſciperet nequaꝙ nos ad ſuæ fortitudinis potentiã ſublevaret. Hæc cum ita ſint ſi non ingrati/& tantorũ beneficiorum immemóres videri volumus: cõſideremus humiliter: hæc cogitemus diligenter: hæc mente & animo volutemus: hæc dies meditemur & noctes. reiiciamus vanitatũ illecebras: voluptatum illecebras contẽnamus: fortunæ aſpernemur ludibria: noxia mundi blandimenta vitemus: carnem cũ vitiis crucifigamus. quoniam: vt ait princeps Apoſtolorum: Chriſtus paſſus eſt pro nobis: relinquens exemplum: vt ſequamini veſtigia eius. Pareamus ammonenti/ac præcipienti Saluatori. Qui vult venire poſt me/abneget ſemetipſum/& tollat crucem ſuam/& ſequatur me. Nã ſi fuerimus ſocii paſſionum: erimus & conſolationum: ac demum die tertio ſacro reficiemur conuiuio ſacratiſſimi corporis & ſanguinis domini: cõſurgentes cum Chriſto in gloria cæleſti: & immortalis lucis claritate: quã poſt curſum vitæ huius ille nobis largiri dignetur: qui hodie pro nobis mori voluit: & nunc ſedet a dextris Dei/per infinita ſeculorum ſæcula.

Dixi.

Auguſtini Dathi Oratio. III. De laudibus diui Bernardini Senenſis.

Velim hodie dari mihi maiorẽ dicendi poteſtatẽ illuſtres magiſtratus: optimates: ac patres ampliſſimi: velim inꝙ ſummam dari mihi eloquendi copiam apud magnos viros verba facturo. tam doctrinæ laude ꝙ ſumma auctoritate pſtãtes. M. Cato ille ſenex: vt ex Originũ eius libro ſeptimo conſtat. loquens cõtra Ser. Galbam/hiſce vſus eſt: verbis. Multa me dehortata ſunt huc pdire anni ætas/vox/vires/ſenectus. Quanto me plura dehortarentur: prohiberentq; hoc tãto aditu laudis: niſi me hodie huius ſolennitatis celebritas cogeret & veſtrum qui in hoc auguſtiſſimũ templum ad venerandũ Bernardinum conueniſtis: explorata facilitas adiuuaret. Sed quãuis rei exponendæ magnitudini impar ſit dicentis eloquium: ſpes eſt tamen in eo ſita omnis: qui vere ſcientiam habet vocis: & hominum mẽtes luce veritatis illuſtrat: labia infantium ſoluit: & fantium ora/tum linguarum generibus/tum ſermonum interpretatione muneratur: Verum ne fruſtra ipſa conteratur oratio: noſtri propoſiti argumentũ paucis abſoluamus. Multa ſunt excelſi atq; illuſtres domini: quæ præclaram faciunt ciuitatem: atq; vt mittam vrbanarũ rerum ſplendorem: iuris ac legum diſciplinam: geſtarum rerum gloriam: cæteraq; generis eius: vera atq; præcellentiſſima laus ſummorum ciuium: & clarorum virorum dignitate/atq; amplitudine conſtat: ſi ciuibus potius ciuitas ꝙ illi ciuitate floreſcunt. Et apud Priſcos quidem: qui vanæ ſuperſtitionis ducerentur errore. alii Ioues: alii Mercurios: alii aeſculapios: alii Hercules: alii alios ĩ ſolẽter iactare ſũt ſoliti. Nos vero q xpi nomẽ gerimus: & Crucifixũ redẽptorẽ colimus: abiecto ſupſtitiõis errore: eos celebramus/ac ſũmis mactamus honoribus: qui religione: qui ſapientia: q pietate: qui ſanctimonia: qui vera gloria illuſtres fuerunt: qui ſoluti corporũ vinculis: per ſpicuis documentis in cælum ac beatorum domicilium ſunt tranſlati.

M. Cato.

Seneñ. vr. laus

Vna omnium prima Senenſis ciuitas iampridem gloriari poſſit: quæ p̄ter alios celebres: & claros viros: & omni laudis genere antecellentes: opificesprimum in omni exercitatione nobiliſſimos: tum philoſophos oratores/vtriuſq; conſultos iuris/Theologos: & quod valde glorioſuȝ eſt: tres per diuerſa tempora pontifices maximos: Gregorium ſeptimū: qui antea Oldobrandus vocatus eſt: anno. M. lxxiii. mox anno. M. clix: Alexandrum tertium: qui quattuor Sciſmaticos ſuperauit: mira & præclara iuſſit: quæ haud eſt narrandi locus. Poſt vero Pium ſecundum quē ipſi vidimus: multis prædeceſſoribus catholicæ fidei ſtudio/virtute/gloria parem. Præter alios inquam celebres & claros viros: ſanctorū quoq; fœcunditate Senēſis ciuitas præſtat & copia. Et ne Galganum Ciſterſienſis ordinis amplificatorem commemorem cælitem glorioſum: cuius tam præclaræ apud nos extant reliquiæ: cuius ſacrum verticem cum capillis: & cutem quaſi viuentis: tum in dura ſilice defixum gladiuȝ omnes plurimum ammirantur. Ne dicam Ambroſium Sanſedonium doctorem beatiſſimum: ex prædicatorum ordine: cuius laudes alio ſum tēpore proſecutus. Ne dicam Andream Galleranum dilectum deo/& hominibus: ab inuadente aliquando inimico ereptum: atq; idcirco diuinitus ſublatum in æthera. Ne dicam Petrum Petronem Cartuſienſem/plenum ſpiritu ſancto. Ne dicam Bernardum Ptolomæum: qui Montis Olineti religioni primus dedit exordium. Ne dicam deinde Antoniuȝ Lantinum/Petrum/Ioannem: quattuor diui Auguſtini ſacros heremitas. Ne dicam Francum Chriſti potius: q̄ ſæculi militia decertantem. Ne dicam Ioachinum ex Pellicanorum genere: & cum eo Franciſcum: vtrunq; ex ſeruorum ordine. Ne dicam IoannemColumbinuȝ ſpectatorem Ieſu: & ſanctæ Ieſuatorum fraternitatis inſtitutorem. Ne dicā Sororem qui in toto terrarum orbe claram hoſpitalem ædem primus condidit. Ne dicam Franciſcum Vincentium: & Nicolaum itidē Senēſem/deuotiſſimos Chriſti ſeruos. Ne dicam Aldobrandeſcam: ex Pontiorū familia: cunq; Bonizellam Cacecontiam ſanctiſſimas mulieres: quas deus glorioſis inſignibus decorauit: ac magnis donauit muneribus. Ne dicam Petrum Pectenarium: virum mira ſanctitate illuſtrem. Vt taceam Chriſti athletas Petruȝ & eiuſdem patriæ ac minorum ordinis Ioannem Martinocium: quorum ille pro Chriſto ſuſpenſus patibulo: vel totum biduum inſpectantibus multis: verbum dei fudit: alter ad karas pro Chriſti nomine afflectus ſupplicio eſt: & martyrio coronatus. Vt taceam cæteros: qui multi magni & ſancti viri comprobantur. katerinam ſacram virginem: & confeſſorem præclariſſimum Bernardinum nemo ē: qui neſciat: quorum & explorata ſāctitas eſt: & noſtro æuo potiſſimum refulget gloria. Ac de katerina quidē alias copioſius ſum locutus: hodie ſe mihi Bernardinus offert: de cuius laudibus dicam breuius: q̄ de tanto cælite dici debeat. Fuit igitur Bernardinus & in ſæculari primum conſuetudine: atq; illa communi vitæ inſtitutione: in qua medii officii & virtutum leuiorum ratio continetur: & in illo perfecto viuendi genere: in quo recta ſunt omnia: & noſtro & aliorum iudicio probatiſſimus: nec contentus mandata ſeruare: qui in lege domini dies meditaretur: et noctes: quod quidem ad medium officium pertinere iudicatur: arripuit & ſalutare conſilium: atq; vt perfectum expleret officium: renunci

Gregorius. vii:
Alexander. iii.
Pius. ii.

Galganus:

Catheria Señ: ſacra virgo

Bernardini Seneñ. laudes

ans terrenis opibus:nudus ſecutus eſt dominum. Igitur cum accepiſ-
ſet diui Hieronymi ſalutare præceptum:qui ait. Quicquid in te primū
inſtitueris:hoc manebit:& ad initiorum tuorum regulam reliqua vita
decurrit:ipſa quoque primæ pueritiæ tempora:& in optimis ac liberali-
bus diſciplinis:& in colenda virtute ac vitæ honeſtate collocauit. Pla-
tonis probauit ſententiam:qui in philoſophos autumans ait. Quod
in veri inueſtigatione verſentur:quodq3 ea quæ plæriq3 vehementer ex-
pectant:de quibus inter ſe digladiari ſolent:cōtemnant:& pro nihilo
putent:propterea iuſtos eſſe. Itaque Bernardinus longe melius:ꝙ Cel-
tarum & Gallorum Druydæ:Indorum Gymnoſophiſtæ: Aegyptiorum
Memphitici vates:Perſarum Magi:Græcorum philoſophi: Hebræorum
Eſſeni relictis rebus aliis:ad ſalutarem ſapientiam aſſequendam:operā
omnem ac tempus accommodauit:vt veritatem indagaret: indagataq3
perciperet:perceptam tueretur:recte comparatam volente deo cæteris
nunciaret. Vere cum Cicerone dicebat. Omnia alia:incerta: caduca:mo Cicero.
bilia ſunt:vna virtus eſt altiſſimis defixa radicibus: quæ nunquam vlla
vi labefactari poteſt:nunquam dimoueri loco. Et rurſum cū illo Stoi-
corum probata ſententia. Nunquam ego neq3 pecunias iſtorum. Neq3
tecta magnifica:neq3 opes:neq3 imperia:neq3 eas quibus maxime aſtri-
cti ſunt homines:voluptates in bonis rebus:aut expetendis eſſe duxi.
Ratio in promptu eſt. Nam & qui eiuſmodi rebus circunfluunt:maxime
tamen deſiderant ea quibus vehementer abundant. Neque enim exple-
tur vnquam:neq3 ſatiatur cupiditatis ſitis. Neque ea ſolum quæ habēt
libidine augendi cruciantur:ſed etiam amittendi metu. Hanc Cicero
ſententiam tradidit:optimis argumentis/rationibuſque diſſeruit.
Bernardinus autem vita ac factis liquido & perſpicue illuſtrauit:eorum
numero iure cenſendus:qui Lactantio Firmiano prodente:contemptis Lactantius.
omnibus & priuatis & publicis actionibus:ad inquirendam atq3 inue-
ſtigandam veritatem animum ac ſtudiū contulerunt:exiſtimantes mul
to eſſe præclarius ac laudabilius diuinarum/humanarumq3 rerum ſcire
et inueſtigare rationem:ꝙ ſtruendis opibus:cumulandis honoribus:in
herere. Quibus rebus(vt idem ipſe præclare Lactantius inquit)quoni
am fragiles terrenæq3 ſunt:nemo melior:nemo beatior effici poteſt.
Nam ſapienter quidem a ſapiente dictum eſt. Beatus vir qui poſt aurum
non abiit:nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Præcipit Apoſtolus ac ma-
giſter gentium:quæ ſurſum ſunt(inquit)ſapite:non quæ ſuper terram.
At vero:diuitiæ(id quod Ioannes Caſſianus oſtendit) viſco ſimillimæ Ioānes Caſſia.
perhibentur:quo ſi implicentur aues:ſurſum proculdubio volitare ne-
queunt. Et nos viſco diuitiarum obliti:vincti:compediti:nec humo tol
li poſſumus:nec ſupera ac cæleſtia petere. Bernardinus autem qui Apo-
ſtolos meminiſſet aliquando ſaluatorem affatos. Ecce nos reliquimus
omnia:& ſecuti ſumus te:Apoſtolorum ſectatus veſtigia:Apoſtolicam
ſibi vitam propoſuit. atque vt perfectam ſapientiam adipiſceretur:acti
uam vitam:quam appellant:cum contemplatione cōiunxit: occupatus
prædicando:docendo/exhortando:ocioſus meditando:orando:ſcri-
bendo:& qui nunc ſunt populis: & conſequenti poſteritati profuit:
Religionem autem complexus:& ipſe illam cunctis viribus adamauit:

et cæteros ad eandem capeſſendam grauiſſime cohortatus eſt. Noue-
Itabiriusmōs. rat enim bonum eſſe in religiōe verſari: & in illa tanquam in Ithabirio monte: cum Petro: Iacobo: & Ioanne: quaſi tabernaculis poſiti: ſaluatorem Chriſtum: & dominum gloriæ intueri. Aeternum patrem cum vnigenito filio: & ſpiritu ſancto: in columbæ ſpecie per mentis eleuationē quantum homini in carne datur aſſidue contemplari Franciſcum imitatus Bernardinus: opes contempſit. aſciuit paupertatem: voluptatem aſpernatus eſt: delegit caſtimoniam: ſuam ipſius abnegauit voluntatem: ſe
Tria bono: gña penitus deo ac totum tradidit. Tria vero illa quæ feruntur bonorū genera: ſiue fortunæ quæ extra nos ſunt: ſiue corporis: q̄ circa nos eſſe putantur: ſeu denique animi: quæ intra nos eſſe noſcuntur: hæc ille prorſus abiecit: vt ea aſſequeretur bona: quæ & ſupra nos ſunt: & vere bona putanda. in quibus illa vtiq; conſiſtit charitas. quæ virtutum cumulus eſt: ac bonorum omnium plenitudo. Quod ſi vere ſapientem appellamus eum: qui non modo ipſe cum virtute viuit: ſed alios quoq; ad bene ac pie viuendum impellit: quales eos fuiſſe accœpimus: qui primi diſperſos in montibus homines: ac paſſim beſtiarum more vagātes: ad ſocietatem vitæ conuocarunt: vere ſapientem Bernardinum exiſtimare debemus: cuius ſapiens & perpolita oratio: ad rectam fidem. ad catholicā veritatem: ad Orthodoxam religionem deuios compulit. atq; ad æternæ ſalutis viam direxit atq; perduxit. Quocirca cum antea in eorum ordine: qui Chriſti confeſſores cognominantur: & iidem pōtificatus ex-
Paulus Tebæus cum aliis pertes: ſancta celebraret eccleſia. Paulum Tebæum vaſtæ cultorem ſolitudinis: atq; heremitam primum: & illius tum vita: tum ætate ſocium Antonium Aegyptium: tum Maurum. Iulianum: Gilbertum: Guilielmū Piċtauienſem. Thomam Aquinatem: Benedictum Monachorum & Cœnobitarum omnium principem: & magnæ prolis parentem. Petrum Moranenſem. Iuonem Britannum. Honofrium Anachoritam. Antoniū Pa tauinum. Alexium Romanum. Paſtorem Preſbyterum Dominicum Hiſpanienſem. ordinis prædicatorum ducem atq; inclytū patrem. Euſebium inſignem pietate virum. Bernardum ex Burgundia glorioſæ præconem virginis: e cuius ore dulce fluebat eloquium ſuper mel & fauum
Ludouicus Frā corum rex. Ludouicum Francorum regem. Egidium. Nicolaum Tollentinatē. Maxilianum. Hieronymum Præſbyterum magnum Latii decus: & Chriſtianæ religionis lumen. Franciſcum Minorum authorem: qui Stigmata Ieſu Chriſti etiam portauit in corpore quaſi Patriarcham quendam fœcūda prole præclarum. Hilarionem virum ſanctiſſimum. Leonardū ex Galliarum prouincia. Sabbam venerandum patrem: Galganum deniq; noſtrum: nuper & Senenſem Bernardinum adhibuit: qui Ieſu nomen manifeſtauit hominibus: & fidei firmitatem vehementer adauxit. Glorioſus confeſſor: præco veritatis inſignis. Sed non eſt par tantis laudibus dicendi facultas: ſed nec temporis patiuntur anguſtiæ longius euagari. Proinde ſtatuam ipſe mihi iam tandem dicendi modum: ſi ea prius in medium attulerim: quæ ad Bernardini præconiū iampridem a me ipſo confecta ſunt: & ab eo poſtmodum comprobata. qui fuit glorioſus pontifex Pius. ii. cuius auctoritate: vt in Archiepiſcopatus pontificalibus libris extat: etiā in hoc ipſo natali intra noctumarum lectionum officia in eccleſia valeant decantari. Referā illa igitur: quo audientibus vobis

plus multo legẽdis noſtris auctoritatis accedat. Ea vero ſũt huiuſmõi:

Diui Bernardini vita

¶ Bernardinus patria Senenſis: bonis progenitus parentibus: nobili, et claro genere ortus: cum a primis ætatis temporibus, optimam ſemper ſectatus eſſet bene ac recte viuendi viam: ſecũdo & .xx. ſuæ ætatis anno: contemptis delitiis ſæcularibus: ſpretis humanarum rerum blandimentis: deſpectis fortunæ ludibriis: ſubiit beati Franciſci regulam: et ſacratiſſimæ Minorum religioni ſe mancipauit: in qua ita ſapiẽte ſtudio ita diuinarum litterarum diſciplina & cognitiõe profecit: vt tertio poſt ꝙ religionem anno ingreſſus erat: cœpit concionari ad populos: & ĩ frequentiſſimis hominum conciliis euangelizare verbum dei. Qua in re adeo per eam tempeſtatem effloruit: ita præter cæteros palmam & principatum obtinuit. vt non modo in tota Italia: ſed etiam apud plæraſq; Chriſtianæ dignitatis nationes ac gentes, celeberrimũ haberetur eius nomen. Nam mirum: qua dicendi copia: quo ſplendore verborum: qua ſententiarum grauitate: ꝙ multiplicibus ac variis ſacri eloquii teſtimonii pollere, ac circunfluere videretur. Erat illi dulcis exhortando ſuauitas: vehemens in redarguendo inuectio: ſumma in probando grauitas: magna in perſuadendo fides: in laudandis virtutibus præcipua vbertas: in flagitiis execrandis mira contentio: incredibile in operando artificium: doctrinæ, & eloquentiæ præclariſſima laus. Admirabili vero quodam ſtudio: atque induſtria: nunc frenis: nunc calcaribus: ad flectendas populorum mentes: atque animos vtebatur.

Ac latiſſime quidem huius ſanctiſſimi patris patebat inſtitutio: ita; vt nulla in tota Italia pene ſit ciuitas: in quam non exierit ſonus: et verbum eius. Clara autem voce: ac bonis lateribus: in eo laudatiſſimo inſtituendi genere verſatus eſt: perſeuerauitque ad extremam vſque ſenectutem: atque vltimos vitæ terminos. Ita flagitioſos multos: atque improbos a turpitudine: ac ſcelere abuocauit: ad amorem virtutis: ac bene viuendi ſtudium: rationemque conuertit: Imprimis ſuadens: contemnendum eſſe mundum: & quæ in eo ſunt: & ſolum diligendum deum: ſicut & verum ſummum bonum exiſtimare debemus.

Ad ſcribendum etiam animum contulit: non intermittens feruentiſſimum prædicandi munus: per multos diuinæ ſcripturæ locos illuſtrauit ſermones: & conciones ſuas mandauit litteris: & librorum multa ſcripſit: atque edidit volumina. quæ vt incorrupte ſcripta ſunt. ita etiam magno habentur in pretio. & leguntur quidem a multis: probantur ab omnibus. Multa quoque in plæriſque Italiæ vrbibus: atque oppidis erexit ſeruorũ dei ſancta cœnobia. Beati Frãciſci regulã: in qua magnus ille feruor obſoleuiſſet: & vt res ꝓnæ ad malũ plærũq; in deterius prolabũtur: vbi flagrãtior illa charitas refrixiſſet: hic ſua ſapiẽtia: virtute: labore: ac diligẽti opera: ad priſtinã reuocauit ſanctimoniæ ĩtegritatem. Innumerã pene tum iuuenũ: tum ſenũ etiam multitudinẽ percalcatis rebus hũanis: ad ſacræ religiõis clauſtra: & ſublimitatẽ conuocauit: nõ minus ſãctæ cõuerſatiõis exẽplo: ꝙ ſalutaribus: ac frugiferis documẽtis. Multorũ inſup extitit bonorũ auctor: & agreſtes nõnullos atq; efferatos populos: ad religiõis cultũ: & ad virtutis diſciplinã redegit: et laudẽ. Quorundã vero aut ſupſtitioſã vanitatẽ: aut ſolutiorem vitæ licentiam non modo acriter improbauit: ſed etiam ſapienter ſubſtulit.

Ad priſtinã integritatẽ reuocatur diui Franciſci regula.

Demum cum multis & præclaris inter mortales editis operibus/bonūq;
certamen certaſſet:& indies magis ac magis de virtute in virtutē pro-
feciſſet:prouectus ætate Aquilam pergens:aduerſam valitudinem con-
traxit:qua & abſumptus migrauit ad dominū:& cui ſemper firmiterq;
ſeruierat:ſpiritum altiſſimo reddidit:& qui vi. Idus ſeptembres natus
erat anno ab exortu Saluatoris Ieſu chriſti.M.ccc.lxxx.xiii.kalē.Iunii.
qui eſt vigeſſimus mēſis huius:atq; hodiernus dies:rebus exceſſit huma
nis/annum agens.iii.& lx.adhibitis menſibus octo:diebus.xii. Aquila
ni corpus eius aſſeruant:quod ipſum tale eſt:vt vere perhibeat teſtimo-
nium ſanctitatis.Comprobata autem ſuæ perfectione virtutis: perſpi-
cua miraculorū atteſtante gloria:diuina diſpenſante clementia:a ſum
mo ſacerdote ac pontifice Maximo Nicolao.v.annis a Chriſti natiuita
te labentibus.M.cccc l.qui & annus remiſſionis erat: ſumma fere Chri-
ſtianorum omniū populorum celebritate:& conſpectu:ammirabili cæli
tis ipſius ſplendore.Sācta Romanæ eccleſiæ:& apoſtolicæ ſedis auctori
tate:iudicatum:definitumq; eſt:in canone conſtituendum eſſe Bernar-
dinum/annumerandumq; in ſanctorū catalogo.cuius det nobis ſecta-
ri veſtigia:qui vt eſt mirabilis in ſanctis ſuis: ita vult omnes homines
ſaluos fieri:& cæleſti ſecum gaudio perfrui per infinita ſæculorum ſæcu
la. Eya igitur omnes ſumma deuotione:atq; animorum lætitia/lætum
imprimis celebrem & feſtum agamus hunc diem.Hora dimando perdo-
no dal glorioſo ſancto Bernardino delle troppa breuita: & feſtinantia/
da le noſtre excellentiſſime Signorie :ſe haueſſe dato tedio con longo
parlare. Dixi.

¶ Aug Dathi oratio:iiii.de laudibus diuæ Chaterinæ Senenſis.

Magnus & toto penæ orbe celebratus orator excelſi/ac potē
tes domini:patres reuerēdi:religioſi ſacerdotes:voſq; om-
nes dilectiſſimi in Chriſto Ieſu.cū aliquādo in cauſa grauiſ-
ſima dicturus eſſet:vt & moleſtiā ſimul profiteretur.& neceſſarium dicē-
Cice.excuſatō. di officium nō deſereret:huiuſcemodi & luculentis verbis & honeſta ex
cuſatione vſus eſt.Mea inquit fuit ſemper in hac re voluntas atq; ſentē
tia/quæuis vt hoc mallem de his:qui eſſent idonei ſuſcipere ꝙ me:me vt
mallem ꝙ neminem. Ego vero tametſi nō ignoro ſummā illius ac præ-
claram eloquentiā:& meam contra vel infantiam maximam vel rudita
tem:tamen hoc mihi cum illo nō abſurde cōuenire videtur quod & res
ad dicendum grauiſſima oblata eſt:& eam præterire ſilentio: iuſta repræ
Introductō henſione nō poſſum. Nam ſi nullū; officiū referenda gratia magis neceſ
ſarium eſt vt eodē ipſo auctore teſtante didicimus:nos qui glorioſe vir
ginis Catherinæ intercedentibus meritis miranda quædam ab æterno
numine accæpimus beneficia/nefas putamus: ſi tantæ laudis præconi-
um/nullo vocis noſtræ oraculo proſequamur: non quidem id auſi ea fi
ducia: vt nos tantis explicandis rebus ſufficere poſſe arbitremur: abſit
Gregorius verum cum diuo Gregorio dicimus. ¶ Vires quas imperitia denegat:
charitas miniſtrabit:illa præſertim diuinum nobis impetrante præſidi-
um:quæ etiam infantiū; linguas facit diſertas:q ſuppliciter pcantibus
nūꝙ defuit q fidenter poſcentibus optatā ſemp opē atq; auxiliū pbet.

Sed & illud ſancti doctoris Hieronymi verum teſtimoniũ: ſpem noſtrã Hieronymus
et fouet, & auget: quod facilis & prona dicendi via eſt: quæ ipſa vberta-
te materiæ: curſum orationis accendit: qualem certo credimus eam: in
qua de beatæ virginis Catherinæ laudibus pertractandum eſt: cuius et
feſtum diem hodiernum agimus: & magno cum huius populi gaudio,
annua ſolemnitate lætamur. Qua de re nonnulla mihi hodie dicere cu-
pienti: illud mea ſententia congruum ac peroportunum occurrit exor-
dium: quod ipſa quoq; in huius diei ſacris ſolemnibus decantat ec-
cleſia. Hæc eſt virgo ſapiens: quam dominus vigilantem inuenit. Qui-
bus plane verbis abſoluta: & perfecta quædam huius virginis laus: ſum
ma virtutis eius plenitudo monſtratur. Quod exploratiſſimũ fore nõ
dubito: ſi virginitate, ſi de ſapientia: ſi de vigilãtia paulo loquemur vbe
rius. atq; eas præcipuas præclaraſq; virtutes: ad hanc glorioſam cœli-
tem accommodauerimus. Quanta ſit virtus: ꝙ ammiranda virginitas
tum perſpicua ratione: tum ſacris oraculis, & ſanctarum ſcripturarum
auctoritate dignoſcitur. Hæc enim præ cæteris virtus cunctas ſordidæ:
atq; obſcœnæ voluptatis illecebras ſpernit: ab omni labe humanæ fra-
gilitatis abſoluit. Qui vero illam firmo conſtantiq; animi propoſito
ſeruare decreuerint: hi ſupra humanam dignitatem attollantur: & cœ-
leſtium degentes vitam proxime accedunt ſuperis: et ſimillimi deo fi-
unt. Ac per virginitatem quidem tanto datur propius: et cœleſtia con-
templari: & diuinarum rerum perſpicere veritatem: quanto ea virtus a
corporum ſorde ſecretior eſt: & abeſt longius a fœditate omni: atq; cor
ruptionis contagiis. Eſt enim virginitas quemadmodum rectiſſime Au Definitõ virgſ.
relius Auguſtinus finit: in corpore corruptibili: incorruptionis perpe-
tua meditatio. Quocirca & euangelica veritas huic quaſi excellentiſſi
mæ virtuti præmium quoq; ampliſſimum deberi confirmat. Cunq; tri-
plicem fructum proponat .xxx. coniugatis: qui infimus gradus eſt. lx.
continentibus qui medium locum obtinent: virginibus autem quorum
dignitas cæteris omnibus antefertur: Mattheo euangeliſta prodente. Mattheus.
fructum centeſimum merito tribuendum eſſe intelligimus. Nam & hi
ſunt: qui in Apocalypſi Ioannis ſequuntur agnum quocunq; ierit: can Apocalypſis
tantes canticum nouum ante thronum dei: quod ſoli modulãtur: qui
cum mulieribus non ſunt coinquinati. & labem carnis atque immun-
diciam omnem execrati, amiciuntur ſtolis albis: & corona immortalis
gloriæ decorantur. Tanto quippe virginitas maior reliquis: tanto præ
ſtabilior eſt: quanto fructus centeſimus reliquos duos ſuperat: atque il
lis cumulatiorem menſuram reddit. Bene igitur de virginitate loquens
Ambroſius: Pulchritudinem inquit: quis poteſt maiorem æſtimare de- Ambroſius.
core virginis: quæ amatur a rege: probatur a iudice, dedicatur domino
conſecratur deo. Bene & Cyprianus: quo inquit. Virginum ſublimior
gloria eſt: maior eſt cura: flos eſt illa eccleſiaſtici germinis: decus, atque
ornamentum gratiæ ſpiritualis: illuſtrior portio gregis Chriſti. Hiero- Hieronymus
nymus autem qui primas ſemper virginitati dedit; virgines ſimiles An
gelorum eſſe aſſeuerat. & eas proculdubio affirmat eſſe fœlices: tanquam
vere imitentur Chriſtum. quem virginem de virgine natum: virginitateꝫ
prætuliſſe conſtat. Vere nanque virginitas a catholicis doctoribus An
gelis dicitur eſſe cognata. Quid eſt enim virginem agere niſi vt Hiero-

nymus noſter ait: in corpore ſine corpore viuere: vt ipſi dicimus in car-
nis ergaſtulo vitam imitari deorum. Quantis igitur Catherina Senē-
ſis laudibus efferenda eſt: quæ conciuis noſtra: bonis orta parentibus:
prius ſe dicauit deo: ꝙ deum poſſet per ætatem cognoſcere. Quæ inter
ipſa vitæ primordia: ſex annos nata: vt ſoli deo ſeruiret: heremi ſolitu-
dinem concupiuit: atque ab ipſa tenella ætate, virginitatem ſuam deo
conſecrauit: & ſe vni inſtituit cœleſti ſponſo, virginem caſtam exhibere
Chriſto. Sed quæ vera: quæ perfecta virginitas eſt. Illa nimirum quæ ſo-
ciam habuerit ſapientiam. Ad quam ſapientiam. Certe non humanam
de qua ſcriptum eſt. Perdam ſapientiam ſapientum: & prudentiā pru-
dentum reprobabo. Sed illam in quaȝ prudentiam: veramqȝ diuinam ſa-
pientiam: cuius duplex gradus eſt: falſa intelligere: vera cognoſcere.
Quæ vtique claritas eſt. & lumen cordis humani: per quam contempta
humanarum rerum fragilitate: ad cognitionem creatoris dei: & ad ve-
ram amplectendam religionem inſtituimur: cuius (vt ait glorioſus Ber-
Bernardus
nardus: duplex munus eſt: declinare a malo: & facere bonum. De qua ve-
Lactantius
re & eleganter a Lactantio Firmiano dictum eſt. idcirco data eſt homi-
ni ſapientia: vt cognita bonorum, malorumqȝ natura: & in appetendis
bonis: & in malis declinandis, vim ſuæ orationis exerceat. Et rurſum
Salomon
a Salomone. Infinitus eſt theſaurus hominibus ſapientia: quo qui vſi
ſunt, participes facti ſunt amicitiæ dei. Hanc qui adeptus eſt: genus om-
ne virtutis amplectitur: & in humana conciliatione iuſtitiam colit.
Pietatem vero ac religionem ad ſummum ſanctiſſimumqȝ diuini cul-
tus honorem: in cuius ſtudio ſemper & contemplatione verſatur. Nam
vera ſapientia, ac veræ religionis pietas: inexplicabili nexu: indiſſolubi-
li vinculo copulantur. Hanc vtranque Catherina Senenſis cumulatiſſi-
me affecuta eſt. Quippe quæ deum ſemper tota mente contemplaba-
tur: & erat orationi ſemper intenta. Quæ adhuc paruula ammirabili
viſione vidit in maieſtate ſedentem Chriſtum dei filium: & illa cum Pau-
lo apoſtolo intuita eſt arcana cæleſtia: quæ fari non poteſt lingua mor-
talis. Diuinarum autem rerum, & ſanctarum ſcripturarum peritiſſima:
de deo immortali: de religione: de pietate: ac diuino cultu: de diſcipli-
na virtutis: de iuſtitia: de charitate: multa & verbo præcepit: & litteris
commendauit. Multorum ſtultos errores: atque impiam ſuperſtitioneȝ
ſapientiſſime confutauit: & ſpiritu donata prophetico, multa & prædi-
xit ſæpe, antequam fierent: & occultiſſima reuelauit. Quod eius inſi-
gne virginitas: & ſapientia erat: virginitatis & ſapientiæ præmium pro-
phetia. Quamobrem & quidam Romani pontifices: Gregorius. xi. et
Vrbanus. vi. hac ipſa iubente deo: in rebus pro eccleſia gerendis aucto-
re ſunt vſi. Erat enim virgo ſapiens. Sed ſicut fides, ſic ſapientia, ſic vir-
ginitas ſine operibus mortua eſt. Itaque iubet ſaluator vigilandum: at-
que orandum: ne tentationi pareat carnis infirmitas. Et beatus ille
ſeruus: quem die noctuque: & in quacunque vigilia dominus vigilantē
atqȝ excubantem inuenit. Nam & ſobrii eſſe: & vigilare debemus: vt ſæ-
uiſſimi: & callidi hoſtis vitemus inſidias: qui tanquam leo rugiens, cir-
cuit, quærens quem deuoret: mille nocendi artes confingit: laqueos ne-
ctit: & multiplices machinatur dolos: cui reſiſtunt fortes in fide: & om-
ni tempore in ſanctæ religionis operibus vigilantes: quæ ſunt: humili-

tas:patientia:auſteritas vitæ:abſtinentia:animi magnitudo:miſericordia:laboris aſſiduitas:cæteraque id genus. Humilis fuit:quæ vilis apud homines:& abiecta videri voluit:& in paterna domo etiam ancillari officio functa eſt. Patiens fuit. quæ dyabolicas tentationes malignantium ſpirituum pugnas:improborum inſectationes:patientiæ clipeo: & fidei galea ſuperauit. Auſtera fuit:quæ dignos fructus penitentiæ fecit. et beati Dominici regulam.quæ in eccleſia dei maxime ſemper floruit: profeſſa,vſque in finem perſeuerans conſtantiſſime ſemper:cumulatiſſimeque ſeruauit. Abſtinens fuit:quæ carnem domuit:ieiuniis: vigiliis: verberibus:corpus afflixit:amicta cilicio:ligneo lectulo:& ſcabello pro puluillo vſa:plumas execrata:delitias omnes contempſit:vini & carnium vſum prorſus abiecit.aliquando ſolo herbarum ſucco : diu ſola eucharistiæ communione contenta:ita vt nec pane,nec leguminibus veſceretur. Accincta fortitudine omnes perturbationes animi ſuperauit: et cum demonibus crebro luctata:ſeſe inuictam præſtitit: victrix ſemper euaſit. Quis referat miſericordiam eius:quæ benigne Chriſti pauperes fouit.quia indulgente patre larga manu ſubuenit.pauit eſurientes:potauit ſitientes:nudos operuit: ægrotantibus miniſtrauit: afflictos & calamitate preſſos ſolata eſt:& ſtudioſe pro chriſti nomine corporali ſimul & ſpirituali auxilio profuit:nec modo ſingulis profuit hominibus:ſed etiam populis:quod Florentini teſtantur:pro quorum pace:quo temprore cum eccleſia diſſidebant: & erant interdicto ſuppoſiti,Apenninum,& Alpes tranſgreſſa:Auinionem vſque ad Romanum pontificem profecta eſt:fide:ſpe:& charitate munita. Poſtquam duas horas ſomno indulſerat:reliquum omne tempus vigilabat:orabat:prædicabat:opera miſericordiæ exercebat. O fœlicem virginem:o ancillam dei glorioſam:o præclaram chriſti ſponſam. Quis ſatis digne laudare virtutem eius. Quis referre innumeras:& ammirabiles huius virginis laudes. Quis commemorare poſſit. Sed magnum:ſed ſanctum:ſed celebre in populis eſt Catherinæ nomen: cuius ſanctiſſimam vitam ſecuta eſt glorioſa mors:ſiquidem peracto tertio,& triceſimo ætatis anno obdormiuit in domino:& quod multis ac perſpicuis reuelationibus innotuit:in cœlum tranſlata eſt: perpetuo regnatura cum Chriſto.

Coronam incorruptam:atque immarceſſibilem aſſecuta eſt in cœlis:miraculorum gloria refulget in terris. Sed eorum pene infinitus eſt numerus. ¶ Vnum nequeo prætermittere:quod ad filium ſpectat: quem habeo vnicum Nicolaum Franciſcum:qui proximis annis ægrotans:cum deſperata ſalute iam prorſus ab omnibus extinctus putaretur Caterinæ virgini commendatus:ſubito qui iam fere mortuus erat: reuixit: et dolore tabeſcenti:patri (mirabile dictu) breui fuit:ac diuinitus reſtitutus incolumis. Scitis plærique quia vera loquor:& qui vidit teſtimonium perhibet. Habeo ſummo deo grates:qui ſanctorum precibus :et huius glorioſæ virginis interceſſione tãto me dignatus eſt donare munere. Sed deficiat me dies : ſi de miraculis eius dicere pergam. Comprimam ſæpe me : nam multorum dierum oratione : ad hanc rem opus eſſet. Illud patet : in promptuque eſt omnibus : quod propter exploratam eius ſanctitatem:& ob ſummam miraculorũ gloriã diſpen

Miraculum

ſante Deo a diuino Pontifice Pio .ii. in ſanctarum virginum catalogū aſcita eſt: quas Romana veneratur eccleſia: eius glorioſa ſolennitas ab vniuerſali fidelium cōcione celebratur. Multæ orbis nationes ac populi ſanctis mulieribus gloriantur. Gloriatur Alexandria Martyre Catherina. Aſia Priſcilla. Anthiochia Margarita. Bithinia Theodora. Britānia Edeltruda. Capadocia Dorothea. Aegyptus Eugenia. Oriens Sothere. Paleſtina Maria quā Aegyptiacā cognominant. Mauritania Felicitate ac Perpetua. Thebaís Euphraſia. Sicilia, Agatha. Scotia, Brigida. Hiſpania, Eulalia. Vngaria, Elyſabeth. Gaudent Syracuſæ Lucia. Mediolanū Euphemia. Aſſiſium Clara. Tibur Simphoroſa. Cumæ Iuliana. Oſtia Prepedigna: Rauenna Valeria. Pariſius Genouepha. Tolletum Leocadia. Carthago Ianuaria. Tyrus Anatolia. Pergamum Agathonica. Ceſarea Reparata. Iconium Tecla. Ciʒicum Fauſta. Lætatur Sena nobilis vrbs Etruriæ. Lætatur Sena fœlix ciuitas Catherina Senenſi: cuius ſanctitas toto orbe diffuſa clareſcit: quæ patrum noſtrorum memoria, intra hæc mœnia orta: & cum parentibus noſtris conuerſata: nunc cum ſacratiſſimo choro Virginū cū Agnete Apolonia, Priſca, Emerentiana, Petronilla, Praxede: Chriſtina: Cecilia: Barbara: Iuſtina: Vrſula: cœteriſq; ſacris Virginibus triumphat in cœlis: & vna de numero prudentum: quæ ſumpſit oleum in vaſis ſuis: cū lampadibus obuiam ſponſo prodiens in cœleſtibus nuptiis optati ſponſi: optatis potitur amplexibus ac dulciſſima viſione pfruitur: & cū æternæ beatitudinis atq; immortalitatis gaudio: inter filias Hieruſalem: & inter ſanctos ſors illius eſt. Illud vere dicere poſſit Senenſis populus: neq; eſt: aut aliquando fuit tam grādis natio quæ habeat Deos appropinquantes ſibi: ſicut adeſt nobis Deus noſter. Ciuitas Virginis: quæq; genitricis Dei: almæ diuæ: ſuperorum atq; Angelorum Reginæ: titulo & nomine gloriatur: poſt inclytos Martyres Creſcentium, Anſanum, Sauinū. Victorem, Bernardinū prædicatorem veritatis, huius patriæ lumen noſtri ſæculi decus: intra ſuos penates aduocatam habet & Catherinam virginem apud deum: & patrē domini noſtri Ieſu Chriſti: vt iam multiplicatis interceſſoribus eiuſmodi beneficia conſequamur. quæ ſummum ſplendorem: ſummam huic populo conferant dignitatem. Tanto igitur fræti patrocinio maiore fiducia depræcemur æternum: atq; omnipotenteʒ deum: vt huius Virginis meritis: diaboli effugiamus inſidias, mundi deſpiciamus noxia blandimenta: repugnantem, ac reluctantem carnem mentis ac rationis legibus ſubiiciamus: vt ſobrie, iuſte, caſte, pie viuentes in hoc ſæculo: expectantes beatam ſpem: & aduentum gloriæ magni dei: & tam firma defenſione protecti: priuatim quidem adipiſcamur animarum ſaluteʒ: publice vero tranquillitatem: quietem, concordiā: & illam imprimis: quā mundus dare non poteſt pacem: ſed ille tribuit ſolus qui vnus viuit in trinitate perfecta per infinita ſæcula ſæculorum.

Illuſtres mulieres.

Dixi.

¶ Menſe Octobri Caliſto .III: Pont. Maxi. celebrata eſt ſancti Caliſti Martyris ſolennitas: & præcepto magiſtratuum ab omni ciuitate Senenſi feſtus dies actus eſt: & officium in cathedrali eccleſia a primis veſperis: & deinceps duplex ma

ſus decantatum eſt. Et cantata inſuper miſſarum ſolennia: cum adeſſent in eodem templo Magnfici domini: Vexilliſeri, quindecim viri: & omnes totius vrbis magiſtratus magna cum pompa: & apparatu: & ciuium ſumma frequentia: & totius populi magna celebritate: cum oblatione multorum cereorum, & deuotione omnia ad feſtum diem inſtructa ſunt, iuſſu .xv: virorũ: habuit Secretarius reipublicæ Auguſtinus Dathus in cathedrali eccleſia orationem in bonorem ipſius Martyris: quã & recitauit intra miſſarum ſolẽnia pro marmoreo excelſo ſuggeſto: & ea fuit huiuſmodi: quæ eſt ordine quinta.

COnſueuerunt pleræq; mundi nationes ac gentes, illuſtres Magiſtratus: orator clariſſime venerandi patres: voſq; reliqui viri Senenſes: eos miris ſemper ac ſummis laudibus efferre: quos præcipua virtute ſingulari integritate, ammirabili vitæ conſtantia præſtare animaduertiſſent. Id ſtatuentes (vt arbitror) non ſolũ vberrimum eſſe virtutis alimentũ laudem: ſed etiã verum conſentaneum & a deo conſtitutũ præmium: iis qui recte, iuſte ac pclare in terris vixerint. Itaq; alii coronati ſunt: aliis aurea argentea: aerea: marmorea ſigna ſunt poſita: Multi eruditorũ hominum voce carminibus hiſtoria celebrati: plerique omnes glorioſis inſignibus: atq; ornamẽtis affecti. Quod ſi & ſuſcipere: & aſſequi meruerunt: in quibus non vera: nõ perfecta: nõ abſoluta: ſed ficta quædam. atq; adumbrata virtus erat: quid nos facere debemus in eo qui veram ſapientiam: religionem iuſticiã: pietatem & cuiuſq; generis virtutem aſſecuti: tum ſolidæ laudis meritis claruerunt: tum ſoluti corporũ vinculis & in cœlum tranſlati: cum Chriſto regnant: & æuo ſempiterno atq; immortali gloria perfruũtur. Par eſſe ſtatuo viri Senenſes: vt ad eos efferẽdos celebrandãq; tante virtutis amplitudinẽ: & claritatem: omnes vires ingenii maximam dicendi copiam: ſummã eloquentiam intendere atq; adhibere debeamus. Et enim laudandos viros glorioſos ſapientiſſimus cõcionator hortatur ac præcipit: cuiuſmodi illum eſſe cõſtat: cuius hodie diem feſtũ agimus: Caliſtum virũ ſanctiſſimũ: ſacerdotem magnũ: inuictum Athletã: & glorioſum chriſti martyrẽ: cuius laudes cogitanti mihi. illud Lyſiæ magni oratoris cõueniat. Neq; omnem ætatem cunctis mortalibus parem orationẽ præclaris huius operibus præſtare poſſe. Nam cũ ſe ad ſummum bonũ adipiſcendum: ad cognoſcendum & diligendũ conditorem Deũ: ad imitandum redemptorem ac ſaluatorem Ieſum Chriſtũ: natum eſſe intelligeret ſpretis humanis ac fallacibus bonis ad æterna cœleſtis theſauri premia animum omnẽ & cognitionem conuertit. In lege domini dies meditatus & noctes: ita virtutem complexus eſt vt ſine macula mortalem vitam tranſigeret aurum. i. humanæ vitæ labem contẽneret nec ſperaret in pecuniæ ludibriis pro quibus pleriq; homines iura omnia diuina & humana ſubuertunt. Voluptatũ aſpernaretur illecebras. quæ animas hominũ pernitioſa titillatione deliniunt ac proinde teterrimã labem exoſus ſemetipſum abnegauit. & accæpta cruce ſua: ſecutus eſt eum: cui qui ſeruit regnat. qui

Lyſias orator.

S.Caliſti com- paret:imperat:qui placet beatus eſt.Præclara & eximia p̄dicanda eſt Ca
mēdatio. liſti virtus:qui bellator fortis ac pugnator acerrimus : mundi laqueos
confregit:laſciuientem carnis immunditiā domuit:callidi hoſtis:&ad
uerſarii diaboli ſuperauit inſidias:deniq; legitime decertans dignū ſe
corona præſtitit:quā repromiſitDeus diligentibus ſe.Cūq; ſancti ac di
uini numinis inſpirante gratia ad ſacri Pontificii culmēaſſumptus eēt –
ita chriſti gregi:& eccleſiæ ſanctæ præfuit:vt omnia cōſilio ꝓuideret:ſa
pientia regeret moderatione tēperaret:diligenter tueretur:virtute: iu
ſtitia:& ſanctitate perficeret.Illud Apoſtolicū probans. Q ui epiſcopa
tum deſiderat:bonū opus deſiderat.Deſiderare eum quidē bonū opus
oportere eiuſmodi hominē irreprehenſibilem eſſe.Verū vt ad faſtigium
pertingeret ſummæ laudis:voluit hic magnus Pontifex pro xp̄o mo
ri:grauia ſubire tormenta:exquiſitos perpeti cruciatus. Abluit ſtolam
ſuam in ſanguine agni:vt coronā incorruptibilē:ſemper virentem pal
mam:glorioſum martyrii diadema ſuſciperet:ſuos p̄deceſſores imita
tus:quos omnes ſanguinē pro Chriſti fide certantes fudiſſe cognoue
rat Petrum principē Apoſtolorum paſtorē electum dominici gregis:&
Petrus papa. ſaluatore Ieſu pontificem conſtitutū. Linum qui Petro in Apoſtolica
ſede ſucceſſit.Mox cæteros:qui deinceps ſerie quadam ſubſecuti ſunt.
Linus Petri ſuc Cletum:Clementē: Anacletum Euariſtū Alexandrum Sixtū Theleſpho
ceſſor: rum Iginum Piū Anicetum Sotherem Eleutheriū Victorē;zepherinum
Cui porro ſucceſſit Caliſtus:cuius hodie ſolēne:& memoriā recēſemus
Nam id erat per ea tempora pontificibus maxime propoſitū:vt pro tu
endo nomine chriſtiano præberent iugulum:& pro vere religionis fide
ſeruāda:vltro ſe extremo ſupplicio deuouerent. A quorū conſuetudine
ne diſcederet hic ſummus pontifex : & ipſe quoq; martyrio coronatus
eſt.Q uippe quē impius Cæſar Alexander ꝑrimū dierum quinq; affecit
inedia:ita vt nec cibum neq; potum ſumeret:deinde fuſtibus & verberi
bus cædi iuſſit.Poſtremo conſtrictū:& membra ligatum per feneſtrā præ
Mors Caliſti cipitem in puteū dari. Atq; ita migrauit ad dominū:cū ſediſſet annos
v.menſes.ii.dies vero.x.Q ui diem obiens:neq; de ſe fortunæ decernē
dum ꝑmiſit neq; maturam mortē expectauit:ſed p̄claram potius & glo
rioſam delegit:ſepultus eſt autem in eo loco quod ab eius nomine cimi
teriumCaliſti vocant.Huius illa extant præter cætera memorabilia ope
Q uattuor tp̄a ra:quod obſeruationem ieiuniorum per quatuor anni tēpeſtates inſti
ieiunanda in tuit:baſilicam transTiberim cōdidit:cimiteria in via Appia effecit. In
ſtituit Caliſt. quibus multa ſacerdotum Martyrium humata ſunt corpora.Huius ma
ximam in fide ſinceritatē:ſummam intollerandis ſuppliciis cōſtantia;
atq; animi magnitudinē:incredibilem in perſeueranda firmitatem:ſa
tis laudare nemo poſſit.Vere igitur Caliſtus & dictus & appellatus eſt:
qui Græco genere ſermonis interpretatur optimus.Sed quis non Cali
Tres Caliſti ſtus optimus.Tres namq; ad noſtra vſq; tempora in eccleſia Dei:Caliſti
ſummi pontifices celebrantur Diſpares quidem ætatibus:ſed certe mo
Primus Caliſt. ribus nō diſſimiles.Primus Romanus:quem hodierno die memerat ac
decantat eccleſia:qui vanam ſuperſtitionē:& abhominandā Idolorum
culturam improbauit:cuiuſq; precibus & quattuor eodē tempore Ido
lorum ſacerdotes diuino fulmine abſumpti ſunt: & ara Iouis incenſa:
Secundus ca: ammirabile dictu. Alter Caliſtus Burgundus:qui falſam:pernitioſam:

& nefariam Hereticorum prauitatem ſubſtulit. Nam & in Toloſana Sy-
nodo: quā frequentiſſimam anno primo ſui pontificatus coegit: accitis
cunctis ex Gotia: Gaſconia: Hiſpania, & citeriore Britannia magnis ſa
pientiſſimiſq; præſulibus dānati Hæretici: & ab eccleſia depulſi ſunt om
nes: qui ſub falſa religiōis ſpecie: dominici corporis & ſanguinis ſacra
mentum: baptiſma paruulorum: ſacerdotū, cæteroſq; eccleſiaſticos or
dines: & legitima dānabant fœdera nuptiarum. Nec multo poſt tempo
re cum Romā teneret vrbem: conuocato rurſum ſanctorum patrum cō-
uentu: omnia Burdini Hereſiarchæ deteſtanda dogmata ſublata: & quæ
ab eius ſectatoribus pſeudo Epiſcopis inſtituta forent: irrita facta ſunt
omnia. Tertius nunc Caliſtus ſedet: qui a ſnperioribus illis deleta Ido Tertius Ca-
lorum cultura: & hæretica prauitate ſublata (vt certe magna ſpes eſt)
Barbarorum immanitatem, perfidiam, & furorē comprimet: accinctus
beati Petri gladium armabit ſe ad vltionē impiorum: inſurget acriter
aduerſum ꝓfanum: agreſte ac teterrimum hominum genus: & magna-
nimis Principibus: ac regibus potentiſſimis conuenientibus in vnum:
potenti dextera excælſi. Turcorū fœdam: atq; impuriſſimam gentem
ſuperabit: quæ Conſtantinoli expugnata: Raſcia oppreſſa: Peloponneſo
Epiro cū exercitu tranſmiſſo: in tota Græcia debachatur. Iam vngaros
pium & fidele genus premit ac pene Italiæ finibus imminet. O magnū:
atq; diuinitus inſpiratum pontificem: qui ſimul atq; a ſacro patrum cœ
tu deſignatus eſt: votum vouit altiſſimo vt fidem Chriſti tueatur. Tur-
chos depellat illorum propulſet iniuriam: illatam catholicæ plebi con-
tumeliam vlciſcatur: Conſtantinopolim vindicet: ſubactā; Græciam de
manibus impiorum eripiat. Quod quidem ſanctiſſimum ꝓpoſitum ac
ſalutare conſilium: vt commodius: atq; efficatius proſequatur: ab opti-
mis fundamentis auſpicatus initium: ad conciliandam & ad firmandā
Italiæ pacem animum conuertit. & ſuæ ammirabilis ꝓuidentiæ operam
contulit: ratus fruſtra expeditionē in Turchos comparari: diſſidentibus
inter ſe ac belligerātibus Chriſtiāis populis. Quæ vero hactenus effece
rit: teſtis imprimis viri Senenſes. veſtra ſit ciuitas. cuius libertatem in-
iuſte laceſſitam conflato magno exercitu tanto amore: tam vero cordis
affectu: tam flagranti pietate defendendam ſuſcepit: vt nec vllis parſe-
rit ſumptibus nec laboribus: quo Senā. i. Romanæ eccleſiæ ſepem (vt ip
ſe appellat) ab inſidiantium omnium defendat iniuriis. Quæ omnia
idcirco facit prouidentiſſimus paſtor: vt ſedatis Italicis cōtentionibus
ſopitis inteſtinis bellis: aduerſus infideles arma conuertat: & hoſtem
impium & teterrimum ex Europa deturbet. Quam victoriam vt conſe
quatur: ſupplicibus vocibus deprecemur omnipotentem atq; immorta
lem Deum ieiuniis: elemoſinis: orationibus eius opem: atq; auxiliū im
plorantes: vt deuicta Barbarorum impietate: ſacri euangelii ſonus in
omnem terram exeat: & in fines orbis terre glorioſum Chriſtianæ no-
men ac decus longe lateq; fundatur. Glorioſiſſimæ virginis diuæ Mariæ
intercedentibus meritis: & adiuuantibus precibus qui pro Chriſti fide
hodie paſſus eſt. & nunc in cælis triumphator aſſiſtit ei qui infinitis ſæ-
culis regnat.

Dixi.

℄ Auguſti Dathi Oratio.VI.de laudibus diui
Andreæ Apoſtoli.

SVmmis laudibus patres clariſſimi,ſanctus dei Apoſtolus
eſt efferendus Andreas:qui a ſaluatore noſtro ī electiſſimū
gregem aſcitus:relictis omnibus quæ poſſidebat:vere ſecu
tus eſt dominum:Eruditus ab eo qui illuminat omnem ho
minem:ac ſalutarem diſciplinam præbet optantibus: vere
in iuſtitia & ſanctitate profecit:aquam ſapientiæ ſalutaris ex vberrimo
fonte manantem affatim bibit:abūde potauit. Qui vero audierat ma-
giſtrum:& dominum præcipientem:diſcite a me:quia mitis ſum & hu-
milis corde:illius omni ſtudio amplexatus veſtigia:factus eſt obediens
factus eſt mitis vſque ad mortem:mortem autem crucis.Illud enim ꝑ-
S. Andreas. Moyſes. preticum nouerat.Diriget manſuetos in iudicio:docebit mites vias ſu
as.Itaqȝ non iniuria id glorioſo dei apoſtolo Andreæ cōueniat: quod
de populi Iſraeliti duce Moyſe in Numerorum libris legitur. Fuit vir
mitiſſimus ſuper omnes.Vere ſiquidem appellatus eſt vir:a quo ipſa di-
cta eſt virtus:quod ſapientes veteres tradiderūt:quæ vna res hominem
a cæteris ſeparat animantibus.Iure mitiſſimus habitus Andreas:qui ꝑ
Chriſto mori cupiens:crucis patibulum ardenter optauit:iucūde ſubi-
uit:conſtanter pertulit. Atque ideo coronam & palmam aſſecutus: ſi in
beatorum numero mites recēſentur: tandem cæleſtis beatitudinis cō-
pos effectus Andreas:cum eo quem imitatus eſt.regnat glorioſus in ſæ
cula. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio ſeptima,de ſacramento altaris.

COgor optimi ac venerandi patres:qui pro ætatis ſimul atqȝ
ingenii imbecillitate rerum omnium ſim prorſus ignarus:
de ineffabilis rei ſacramento ſermonem facere:quā vix pro
fari poſſit lingua mortalis.Dicam igitur pauca : cum multi
temporis anguſtia non ſuppetat.vt veſtræ ſatiſfaciam volū-
tati:& horum patrum iuſſui paream.Piiſſimus generis humani redem-
ptor:cum ex hoc mundo eſſet trāſiturus ad patrem:ammirabile inſtitu
it ſacratiſſimi ſui corporis:& ſanguinis myſterium:vt qui noſtræ carnis
mortalitate ſuſcepta:formam ſerui induit: & adueniente plenitudine
temporis:per crucis patibulum:nos a ſæuiſſimi hoſtis poteſtate libera-
uit.vt noſtræ fragilitati mederetur:& totius humani generis ſaluti vſ-
quequaque conſuleret:carnem ſuam,quam de intemerata virgine ma-
tre ſumpſerat:in cibum:ſanguinem vero pretioſiſſimum in potum de-
dit:& illum in panis:hunc in vini ſpecie.deitatis ſuæ prouidentia:& in
credibili dono pietatis ſumendum inſtituit:vt tanti virtute ſacramen-
Mons Oreb ti:& cæleſtis alimenti fortitudine:non ad montem dei Oreb,quemad-
modum de diuino quondam propheta:diuina quoqȝ teſtantur eloquia
ſed ad ſupernam ciuitatem,ac ſanctam Hieruſalem facilis atqȝ expedi-
tiſſimus pateret acceſſus. Quapropter non maxima abſque ratione ſa
croſancta altaris hoſtia:quam verus Melchiſedech pontifex maximus,
ac ſummus ſacerdos Chriſtus Ieſus primus immolauit:panem ac vinuȝ
offerens:viatici nomen accæpit:vt intelligant omnes: quos veræ fidei,
ac diuinæ pietatis claritas illuſtrauit:eius viatici ſalutari præſidio. ad

æterne vitæ præmium veniendū. Quod in ſuprema nocte cœnæ confi-ciens dedit diſcipulis ſuis: quos tantopere in mundo dilexerat: & iuxta ſacri prophetæ vocem /veræ memoriam fecit mirabilium ſuorū /miſeri-cors & miſerator dominus/atq; eſcā dedit timentibus ſe. Quod enar-rans vas electionis ac magiſter gentium Paulus Corinthiis ſcribens: Ego inquit. accepi a domino /quod & tradidi vobis: quoniam dñs no-ſter Ieſus in qna nocte tradebatur/accepit panē: & gratias agens fregit & dixit. Accipite & manducate: hoc eſt corpus meū: quod pro vobis tra-detur: hoc facite in meam cōmemorationem. Hodie tāti ſacramenti in-effabile donum collatum eſt nobis. Itaq; ex toto corde & cunctis men-tis noſtræ viribus immortales piiſſimo ſaluatori gratias perſoluamus: & immenſam maieſtatis eius clementiā depcemur: vt nos & æternæ ſa-lutis participes dignetur efficere: & eam impartiri optantibus nobis fa-cultatem: per quā & iugi meditatione & aſſiduæ vocis præconio glorifi-cemus nomen eius excelſum ac benedictum in ſæcula ſæculorum.

Dauid

Paulus

Dixi.

¶ Auguſtini Dathi oratio. viii. habenda Epiphaniæ cele-britate: quam feſta totius anni ſolēnia /conuocato in tē-plum chriſtiano populo ſignificantur:

M Ira ſaluatoris noſtri benignitas fratres chariſſimi ab ipſo creationis initio /ineffabili pietate generi ſemper proſpe-xit humano: qui hominem ad imaginem ſuā: ac ſimilitu-dinem conditum innumeris decorauit muneribus: & coronatū gloria admirabilibus exornatu; inſignibus: cunctis creaturarū generibus præ-tulit: manuum ſuarū operibus quaſi dominatorem pfecit. Ad cœleſtis regni immortalitatem adipiſcendā genuit: vt ambulantē in lege eius: & iuſticiæ opera obeuntem: poſt mortalis vitæ curſum /diuinitatis ſuæ tribueret eſſe participem. Cumq; per culpā lapſus /ac per aduerſarii inſi-dias præuaricator effectus iura æternæ hæreditatis & cœleſtis gloriæ per-didiſſet: per ineffabilem redemptorē Dei bonitatem /tandem meruit re-parari. Itaq; adueniente plenitudine temporis: vt Apoſtolus ipſe teſta-tur: generis miſertus humani de cœlis a regalibus ſedibus & a ſuperni ſolii culmine venit in mundū. Et qui erat ſplendor patris /& figura ſub-ſtantiæ eius /natus ex muliere: vt Prophetarū ſcripturas impleret: verbū caro factum eſt: & habitauit in nobis. Id quod nuper dominicæ natiui-tatis ſolēnitas declarauit. Ille ipſe hodie adoratus a Magis: a Ioāne in Iordanis flumine baptizatus /& aqua vino facto deus apparuit. Per ſa-cratiſſimam mortem ſuā /mortem noſtram deſtruxit: & vitam reſurgen-do reparauit: aſcendenſq; ad cœlos /locum nobis æternæ beatitudinis comparauit. ¶ Miſſo deniq; Paraclito ſpiritu ſancto cœleſtiū bonoru; omniu; voluit nos eſſe participes: vt agnito ſummo & incōmutabili bo-no: quæ ſancta atq; indiuiſa Trinitas eſt: per ſacroſanctum atq; admira-bile ſacramentum & precioſi corporis & ſanguinis Chriſti ſalutare via-ticum ad æterna cœleſtis theſauri præmia dirigamur. Igitur ad veſtram ſpiritualem lætitiam atq; animorum ſalutem: ſcitote fratres chariſſimi VIII. kal: Februarias Septuageſimam fore.
III: Idus Februarii diem Cinerum & initiu; ſacri ieiunii quatragenarii.

Paraclitus pe-nultima pdu. alias Paracle-tus:

IIII.kalen. Aprilis Glorioſam reſurrectionem: cum paſcha noſtrum im-
molatus eſt Chriſtus.
Nonis Maiis: Eleuationem admirabilem Redemptoris noſtri: quando
aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem.
XVI.kalen.Iunias: ſacratiſſimam Fenthecoſten: in qua adueniente ſpi-
ritusſancti gratia, facta eſt ſumma bonorum omnium plenitudo:
IX.kalen.Iunii: ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis ſacra ſolennia: vnde ve-
rum eſt gaudium: atqʒ æternæ & mortalis beatitudinis premium:
N.kal.Iunii: venerandā dominici corporis & ſanguinis cōmemoratio-
nē: vt mētibus noſtris panis viuus, q̄ de cœlo deſcēdit iugiter pſeueret
Quæ diuina myſteria ac ſacra ſolennia recolentes, ad æterna merea-
mur cœleſtis patriæ gaudia peruenire illo ipſo tribuente, qui per infini
ta regnat ſæculorum ſæcula. Dixi..

Auguſtini Dathi oratio.ix.ad idem.

SAluator noſter fratres chariſſimi, qui erat ex patre ante ſæ-
cula genitus, de virgine quoqʒ in ſæcula naſci dignatus eſt
Et aſſumpta noſtræ carnis mortalitate, Prophetarum ſcri-
pturas impleuit: ſacra patefecit oracula: figurarum inuolu-
cra explicauit. Veteris legis vmbra ceſſante, exultare debe-
mus chriſto Ieſu redēptori noſtro. Nō quidem in Neomeniis ac Iudæo-
rum ſabbatis: ſed in ſignibus ac ſacris diebus ſolēnitatum noſtrarum:

Neomeniæ Iudæorum & ſabbata.

Natus eſt enim ſaluator noſter, nunciatus ab angelis: paſtoribus indi-
catus: Circunciſus pro lege: adoratus a Magis: a Ioanne baptizatus: ſi-
gnis ac prodigiis nō in Iudæa ſolum Deus: ſed toto potius orbe notiſ-
ſimus. A ſpiritu ſancto in deſertum ductus eſt: transfiguratus in mon-
te: paſſus eſt in cruce: ac per mortem deuicta morte profectus ad inferos
Tertia die prodiit victor glorioſus a mortuis: & poſt reſurrectionem ſu-
am, omnibus diſcipulis manifeſtus apparuit. Per aſcenſioneui vero ſu-
pera regna repetens, ſedet ad dexteram Dei patris. Demiſſo cœlitus ſpi-
ritu ſancto, Apoſtolorum perfecit corda, voces & opera. Vt euangeli-
zantibus illis, recondita illuſtrarentur magnalia. Et trini atque vnius
Dei admirabile ſacramentum & incarnati verbi myſterium panderetur:
Quod ſub panis ſpecie latens, fieret cibus hominum, & ſalutare viati-
cum perducens ad regna cœleſtia. Quæ cum fidelium anniuerſaria ce-
lebritate lætificent: par eſt, annunciare credentibus: quibus recolenda
ſint per inſtantis anni curriculum, ac ſtatutis recenſenda diebus. Itaqʒ
erit.&c. Dixi.

Auguſtini Dathi oratio.x.ad idem.

MAgno cunctis fidelibus populis gaudio, fratres chariſſi-
mi ratio ſuadet: & mira exultatione lætandum. Quod
per incarnati verbi myſterium noua mentis noſtræ oculis
lux ſuperne claritatis infulſit. Vt Deum viſibiliter agnoſcentia, in inui-
ſibilium amorem corda credentium rapiantur. Vere lætandum eſt no-
bis: quando æterno patri conſubſtantialis filius in ſubſtantia noſtræ
mortalitatis apparens, noua nos immortalitatis ſuæ luce reparauit.
Sacri inſtitutione ieiunii docuit terrena deſpicere: inhiare cœleſtibus:

ſolidam virtutem & immortalia præmia comparare. Atq; vt mundi labem & peccata tolleret: verus agnus oblatus ad victimam: & pro redimendis nobis, paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Humani generis ſalute in ligno crucis conſtituta: & per lignum deuicto hoſte: qui in ligno deuicerat: ex culpa manantem mortem noſtrā moriendo deſtruxit: & vitam reſurgendo reparauit. Ac poſt glorioſam reſurgentem ſuam, & diſcipulis omnibus manifeſtus apparuit: & videntibus illis in cœlum aſſumptus eſt: vt nos diuinitatis ſuæ tribueret eſſe participes. Itaq; aſcendens ſuper omnes cœlos, ſedenſq; ad patris dexteram in excelſis, ſacri dona myſterii largitus eſt: ac promiſſum Spiritum ſanctum in filios adoptionis effudit: Huius lumine illuſtratæ fidelium mentes, tūc tandem noſſe potuerunt: quoniam optimus & æternus pater cum vnigenito filio & Spiritu ſancto. vnus eſt Deus: vnus eſt dominus: vt a confitentibus veram ſempiternamque deitatem, quæ nobis diuinitus reuelata eſt: & in perſonis proprietas: & in eſſentia vnitas: & in maieſtate adoretur æqualitas. De huius munere venit: vt per viaticum ſalutare, pretioſi corporis & ſanguinis domini æterno & incommutabili bono, perenne ac fœliciter pretruamur. Quæ omnia vni electo dominico gregi tributæ ſunt: dum illum bonus paſtor per beatos apoſtolos continua protectione cuſtodit: atque iiſdem rectoribus gubernatur: quos tanti operis vicarios eidem grægi contulit præeſſe paſtores. Ad feſta igitur ventura nos præparet: & quas nunciaturi ſumus ſolennitatum gaudia, lætos diuina pietas pertingere nos concedat. Eius interuenieutibus præcibus: atque adiuuantibus meritis: quæ vnigenitum Dei filium: deum ex ſubſtantia patris ante ſæcula genitum: hominēq; quoque de puriſſimis ſanguinibus in ſæculo naſciturum: ſpiritus ſancti obumbratione concepit: & virginitatis gloria permanente lumen æternum mundo effudit Ieſum chriſtum dominum noſtrum. Ille ipſe nos quæſumus venturus iudex ſtatuat inter oues a dextris eius: & patri benedictione donatos: ac cœleſti pabulo refectos: ad immortalia præmia deduci faciat beatoruȝ Cuius Maieſtatem laudant Angeli atque archangeli: Cherubin quoqȝ ac Seraphin & virtutes cœlorum omnes glorificant in ſæcula ſeculoruȝ Scitote igitur fratres chariſſimi. &c:

Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio
xi. ad idem.

Lætemur fratres chariſſimi quod per natiuitatem Saluatoris atque incarnati verbi myſterium noua mentis noſtræ oculis lux ſupernæ claritatis infulſit: & æterno patri coæternus filius in ſubſtantia noſtræ mortalitatis apparens noua nos immortalitatis ſuæ lucæ reparauit. Qui ſacri inſtitutione ieiunii vitia comprimit: mentem eleuat: perfectam virtutem immarceſſibilia largitur & præmia. Et humani generis ſalute in ligno crucis conſtituta: ac per lignum deuicto hoſte: in ligno vicerat: figuratus agnus: ſalutaris victima: vere digna hoſtia: veruȝ paſcha noſtrum immolatus eſt chriſtus. Quæ autem ex peccati labe fluxerat mortem noſtrā moriendo deſtruxit: & vitā reſurgēdo repauit. Cūqȝ ſublatis æternalibus portis glio Progreſſio.

ſus reuixiſſet a mortuis.& multifariam reſurrectionis ſuæ gloriam oſtē
diſſet:tandem diſcipulis omnibus manifeſtus apparuit. Et ipſis cernen
tibus,eſt eleuatus in cœlum:vt nos diuinitatis ſuæ tribueret eſſe partici
pes. Itaq; aſcendens ſuper omnes cœlos:ſedēs ad dexterā patris:quos
præcipue in mundo dilexerat:ſeptemplici munere donauit:& promiſſū
ſpiritum ſanctum in filios adoptionis effudit. Cuius lumine illuſtratæ
fidelium mentes:tunc tandem noſſe potuerunt:quoniam omnipotens
pater cum vnigenito filio & ſpiritu ſancto:vnus eſt deus:vnus eſt dn̄s.
Vt a confitentibus veram ſempiternamq; deitatem:in perſonis ꝓprie-
tas:in eſſētia vnitas:in maieſtate adoretur æqualitas. Et adiecto ꝓtioſi
corporis & ſanguinis domini myſterio:ac ſalutari viatico:viam verita
tis ſectantibus:facilis ad cœlos aditus ac certus ad immortalia regna
præberetur ingreſſus. Quæ omnia dominico gregi tributa ſunt:quem
bonus paſtor per beatos apoſtolos ſuos continua protectione cuſtodit
Dum iiſdem rectoribus gubernatur:quos tanti operis vicarios,eidem
gregi contulit præeſſe paſtores. Ad feſta igitur ventura nos præparet:&
quæ nunciaturi ſumus ſolemnitatum gaudia:lætos diuina pietas per-
tingere nos concedat. Per ſanctam interceſſionem eius quæ vnigenitū
dei filium ante ſæcula genitum,mox hominem quoq; in ſæculo naſci-
turum:ſpiritus ſancti obumbratione concepit:& virginitatis gloria per
manente:lumen æternum mundo effudit Ieſum Chriſtum dominū no
ſtrum. Per quem æterni principis maieſtatem laudant Angeli atq; Ar-
changeli:adorant dominationes:tremunt Poteſtates:Cœli cœlorū vir
tutes. Sancta Cherubin,ac beata Seraphin glorificant,in ſæcula ſæcu-
lorum. Scitote igitur.&c: Dixi:

¶ Auguſtini Dathi Orō.XII.De laudibus glorioſiſſimæ
virginis matris dei Mariæ.

ADmonet hodierna ſolemnitas:cogit iuſte imperanti
um auctoritas:ſuadet obediendi voluntas,excelſi do
mini:ac excellentiſſimi patres:vt de intemerata virgi
gine & glorioſa dei matre,perpauca:cum multa neq-
at imbecillitas mea,in medium proferenda eſſe videā
tur. Vna cunctis ſæculis extitit:quæ mortalis condi-
tionis dignitatem antecelleret & gloriam,Maria in-
clyta regina cœlorū. Quæ vel in ipſo matris vtero a totius peccati la-
be,atq; culpæ omnis exempta contagio:æternæ prædeſtinationis fœli-
citatem auſpicata eſt. Quæ mundo exorta quaſi ſtella matutina: & au-
rora veri Solis prænunciata:venturo ſaluatori puriſſimum habitaculū
præparauit. A Gabriele Archangelo ſalutata:concepit de ſpiritu ſācto
ac grauis facta:confeſtim humanæ pignus redemptionis accepit. Illū
geſtauit in vtero:quem præcurſor glorioſus matris aluo clauſus: & ſen
ſit:& admirando exultauit gaudio. Quando & benedicta inter mulie
res.a cognata Elizabeth prædicata eſt:& benedictus fructus vētris eius
Quippe quæ ſaluatorem mundi genuit:& poſt partum virgo permāſit
Sed & quem adorat multitudo angelorum:anno.xiiii. concepit ætatis
quintodecimo peperit:legitimo tempore præſentauit in templo. Tres
circiter ac.xxx.cum illo vixit annos. Ad duodecim(vt pleriq; tradūt)

poſt filii paſſionem ſuperſtes.tandem ad regni gloriam tranſlata:& in
cælum aſſumpta eſt.Exaltata ſuper choros angelorum ad ſuperas bea-
torum ſedes:ſiue in corpore ſiue extra corpus/fatetur ſe neſcire Hiero-
nymus.Vel ſi cum Auguſtino ſentire malumus:& anima ſimul & corpo Hieronymus
re:vel ſanctæ mulieri Saxoniæ diuinitus reuelatum eſt. Prius quidē ani Auguſtinus
ma:mox vero etiam corpore.Nunc cum eo:quem eundem patrē habet:
et filium cæleſtis regni aſſecuta immortalem/æuo ſempiterno fruitur.
Et illum intuetur glorioſum in cæleſti ſolio:quem paſſum aſpexerat p
ſalute humani generis in crucis patibulo. Quo nos magno empti pre
tio:ſupplices deprecemur illam:quæ hunc ſalutis auctorem mundo edi
dit:& illum ſacris lactauit vberibus:vt eius interueniente ope:viuentes
in hoc ſæculo/mundi huius vitemus inſidias.Et corporum laxati vincu
lis:non quidem per ſpeculum in enigmate ſed glorificati deum facie vi
deamus ad faciem. Ac veſtra deniq; præclara ciuitas fieri mereatur tem
plum domini.Vos cum beata virgine ſacrariū ſpiritusſancti:noſq; om-
nes eadem optima viuendi duce:poſt mortalis vitæ curſum:æternæ fœ-
licitatis palmam aſſequamur & gloriam.Volente illo qui per ineffabilē
bonitatem dedit hanc dulciſſimam patriam glorioſiſſimæ virginis pa-
trocinio gubernari. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.XIII. De aſſumptione virginis:
quam habuit ad cœtum Florentinorum in eccleſia cathedra
li:cum Pius ſecundus pontifex maximus Senæ ageret.& tur-
ba frequentiſſima Epiſcoporum & maximorum patrum ac ci
uium Florentinorum & Senenſium adeſſent:

Magnæ feſtiuitatis celebritas:mutui amoris cōmemratio
veſtrorum meritorum amplitudo: ornatiſſimi conſeſſus
ſplendor optimi ac reuerendi patres & præſtantiſſimi viri
non indiſerti hominis incultam orationē:ſed eloquentiſſimi viri facū-
diam poſtulare non immerito videbantur.At me dicere & obedire com
pellit generoſi ac magnifici equitis auctoritas:eius quē hæc reſpublica
et Senenſis populus huius ſacratiſſimi templi amminiſtrationi præfecit
Proximis nanq; diebus celebrata eſt:& hodie quoq; recolitur glorioſa
ſolemnitas.in qua regina cæli:domina Angelorum:ianua paradiſi:fōs
virginitatis & pudoris:ſpeculum ſanctitatis:exemplar virtutum omni
um:tutiſſimus mortalium portus:ac ſingulare profugium:glorioſiſſima
mater Chriſti aſſumpta eſt ad æthereum thalamum:& peracto mortalis
æui curſu:rebus relictis humanis:exaltata eſt ſuper choros angelorum
ad cæleſtia regna:vbi cum illo viuit.& immortali atq; imarceſſibili glo-
ria fruitur:quæ noſtræ ſalutis auctorem genuit æterni patris vnigenitū
filium:quem ſi cæli & mundus totus capere non potuit:ſola meruit ob
ineffabilem virginitatis atq; humilitatis magnitudinem:intra vteri an
guſtias:mundi redemptorem piiſſimum continere. Hunc nos celebrem
ac lætiſſimum diem agimus:& quoniam amicoru; omnia merito debēt Amicitiæ laus
eſſe cōmunia:veſtra & optata præſentia & communi participatione:mul
to certe alacriorem ac iucundiorē intuemur. Nam ſcite/& præclare.F. Fab. Quintil.
Quintilianus non reperio(inquit)quid in rebus humanis excogitaue
rit natura præſtantius amicitia:quam laudās diuinus doctor Caſſiodo- Caſſiodorus

rus ait. In humanis rebus nihil dulcius inuenitur. nihil ſanctius appeti
tur: nihil fructuoſius cuſtoditur: habet enim vitæ quæ nunc eſt: & futuræ
Amicitia propria ſuauitate virtutes alias condit: aduerſa tẽperat: iuſti
tiam componit: triſtitiam iucundat. Hæc vero inter Florẽtinos ac Senẽ
ſes: maxime profecto viget: floret ac plurimũ: qui quemadmodũ proxi-
mis finibus iuncti ſunt: ita arctiſſimo amoris viculo & naturali quodã
atq; indiſſolubili charitatis fœdere copulantur. Atq; ob ſummam ani-
morum concordiã: tuendæ pacis ac ſeruandæ iuſtitiæ cõmune ſtudium:
ob præcipuũ deniq; tum in diuinis: tum in humanis rebus cũ beniuolẽ
tia & charitate conſenſum non iniuria vno ſpiritu viuere creduntur.
Qui igitur ad præclariſſimam huius diei ſolẽnitatem pie, amice, atq;
humaniter conueniſtis: maximis vos laudibus digniſſimos iudicamus
et pium glorioſiſſimæ virginis cultum, atq; ſummã illi exhibitã venera
tionem acceptiſſimam ferimus: tã ꝙ ab ea ciuitate quæ flore eximiæ lau
dis & maximarũ rerum omnium ſplendeſcit, atq; enitet gloria. De qua
præſertim ab indocto viro & in his temporum anguſtiis ſileri ſatius eſt
ꝙ exiliter prædicari. Dixi.

❡ Auguſtini Dathi Orõ. XIIII. de ſaluatoris aduentu coram ſum
mo pontifice, & ſacro cardinalium cœtu.

NOn ignorabam ſanctiſſime pontifex ac reuerendiſſimi in
Chriſto patres: qui magnis atq; ãpliſſimis de rebus, ora
tionem foret habiturus: ei non tam hominis eloquio: ꝙ
potius angelorum linguis (vt ita dixerim) vt ſupra humanum ingeniũ
facultate opus eſſe. Veteres nanq; tum apud Græcos: tum etiam apud
Romanos eloquentiſſimi oratores: ſi forẽſem cauſam acturi eſſent: per-
timeſcere plærunq; ac formidare conſueuerunt. Quanto igitur magis
imperito mihi: grauiſſimumq; hodierno die, onus ſubituro: & inbiicie-
batur metus: & ſilentium congruebat ea in re quã nullum dicẽdi genus
ſatis explicare poſſit: niſi imploratum, intecedẽte glorioſiſſima virgine
dei genitrice Maria, cœleſte ſubſidiũ & tuæ ſimul beatitudinis, ac tot re
uerendiſſimorum patrum explorata dementia: ad ſuſcipiendã tam diffi
cilem prouinciam: nonnullam fiduciã præbuiſſent. Verum ne ab inſtitu
to propoſito noſtra diſcedat oratio: ſacratiſſimi euangelii lectione ho-
die nobis præclara ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti natiuitas indicatur. De
us nanq; æternus conditor atq; omnipotens pater: qui pro ĩeffabili bo
nitate mundum condidit vniuerſum: cunctis quæ effecerat ammirãdis
operibus hoĩem præfecit: quaſi dominatorẽ omnium q̃ procreata ſunt
et per viſcera miſericordiæ eius: gloria & honore inſuper coronauit: et
creaturarũ pene oĩum varietatem: hominis ſubiecit imperio: vt intelli-
gi facillime poſſit: ꝙta ſit illius erga humanũ genus: ꝙq; ineffabilis at-
q; inaudita dilectio. Præſertim vero ſi creationis ipſius finem atq; cau
ſam ſolerti ſtudio ſcrutari ac perſpicere voluerimus. Nam idcirco cõdi
dit deus hominem (quod ſacra liquido teſtantur eloquia) vt cæleſtis hæ
reditatis particeps homo fieret: atq; immortalitatem ſimul aſſeq̃retur
et gloriam. Quibus quidem magnis atq; ammirandis muneribus, cũ
ſeſe homo per diuini mandati præuaricationem: & per peccati labem
exuiſſet: miſerta humanæ conditionis diuina pietas: per incarnati ver-

bi myſterium, rurſum adipiſcendæ beatitudinis iter aperuit: mortalis lapſus ruinam ſalutari remedio reparauit. Itaque adueniente plenitudine temporis & ipſo articulo inſtante gratiæ: qui a ſaluatoris aduentu ſumpſit exordium: miſit deus filium ſuum quemadmodum Galatis ſcribit apoſtolus. Natum de muliere: factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant, redimeret: vt adoptionem filiorum dei reciperemus. Proinde a regalibus ſedibus venit: cui nobis pietatis, & iuſtitiæ viam panderet.
Qui luce patefacta veritatis. & mundum cunctis purgaret erroribus: et hominum mentes: quæ in ſumma rerum ignoratione, & cæcitatis caligine verſabantur: ad contuendam ſuperni fulgoris claritatem perduceret. Hic eſt nimirum quem Ioannes Baptiſta poſt ſe venturum prædixit: cuius calciamenti corrigiam ſoluere nequaquam dignum ſeſe arbitrabatur. Cuius & præiuit aduentum: vt pararet viam domini: & rectas faceret ſemitas dei noſtri. Hic eſt ille qui poſt Ioannem quidem de matre ſine patre natus eſt: de ſpiritu ſancto conceptus: ſed ante ſæcula omnia ex patre genitus ſine matre. Duplicem vero piiſſimi ſaluatoris aduentum, quemadmodum ſancta repræſentaret eccleſia: ita quoque ſacri eloquii oracula prodiderunt. Nam & in humilitate venit dominus, & ſaluator noſter Ieſus Chriſtus: cum formam ſerui accipiens, exinaniuit ſe metipſum: & ad redemptionem generis humani perficiendam, carnem ſcilicet aſſumpſit humanam. Vere nanque aduenire dominus traditur: qui vbique per inuiſibilem maieſtatis ſuæ præſentiam adeſt: dum aſſumpto eo, quod viſibile eſt: viſibilem ſeſe obtutibus noſtræ carnis oſtendit.

Ioan. Baptiſta.

Duplex Chriſti aduentus

¶ Quod vtique tum factum eſſe non ambigitur: quando verbum caro factum eſt: & habitauit in nobis quum viſitauit, & fecit redemptionem plæbis ſuæ: & habitantibus in regione vmbræ mortis: lucem ſupernæ claritatis infudit. Ac tum quoque affuturum ſine dubitatione cenſe ſemus: quum videbimus filium hominis venientem in nubibus cæli: nõ quidem in humilitate: vt in priore illo, quem prædiximus aduentu: ſed tum virtute magna potius, ac maieſtate: quemadmodum ſacri euangelii teſtimonio: & ipſius ſaluatoris voce perſpicue comprobatur. Venit iam tandem igitur: nec certe diutius cunctatus eſt, expectatus redemptor, ac deſideratus cunctis gentibus: quem veteres patres preſtolati ſunt ad redimendos vtique illos: quos ſub peccati duriſſimo iugo vetuſta ſeruitus detinebat: nunc facti ſunt magni deſiderii compotes cuz nato domino. viderunt omnes termini terræ, ſalutare eius. Viderunt tempus acceptabile: dies optatæ ſalutis conſpexerunt: quos prædicator veritatis annunciat. Puer natus eſt nobis: filius datus eſt: vt magnus propheta inquit. Sed quorſum natus. quem ad finem datus nobis. Quo tandem vnigeniti filii dei in carnem aduentus: & noſtræ carnis tendit aſſumptio. Ad humani generis tandem ammirabile ſpectare ſacramentum negare poſſit nemo. Siquidem apoſtolo teſte vult deus omnes homines ſaluos fieri. O miram æterni conditoris clementiam. O ineffabilem diuinæ prouidentiæ largitatem: ¿Quæ tanta vis ingenii: quæ tam magna dicendi copia: quodnã eloquentiæ flumen: tãti myſterii dignitatẽ: tam icredibilis pietatis & miſericordiæ ſatis poſſit dignis laudibus enarrare præconium. Quis porro tam præclarus Orator, quiſue eximia doctrina præditus philoſophus: q̃ incarnati ver

bi ammirabile ſacramentum aut verbis explicare queat: aut mente & co gitatione complecti. Verbum caro factū eſt: Ioannes præcipuus cœleſti um arcanorum indagator: qui accumbenti Saluatori. ſupra pectus eius in cœna recubuit: voce cunctis antea inaudita ſæculis mirabiliter ac ve

Verbū caro

hementer intonuit. Verbū inquit: caro factum eſt: & habitauit in nobis Sed quid nam vult ſibi verbum carnem factum: niſi æternum verbū ſplen dore patris (vt ait apoſtolus) patri coeternū: & figuram ſubſtātiæ eius noſtræ carnis & mortalitatis inuolucra induiſſe. Verbum quod eſt inge nitus dei filius: & ante ſæcula natus aſſumpſit: ſed quid nam aſſumpſit: Carnem aſſumpſit humanam. Et ima ſummis copulata ſunt: & diuinita tis atq; humanitatis natura in vnam perſonam iuncta eſt. Quam ve

Eſaias.

ro prædixit Vates ſacratiſſimus Eſaias: Virgo concepit peperit filium: vocatumq; eſt nomen eius Emanuel: quod vtiq; Hebræorū verbum no ſtrate ſermone interpretatur nobiſcum deus. Vere nāq; nobiſcu; deus quoniam verbum caro factum eſt: & habitauit in nobis: Et quem ſacra prophetarum oracula cecinerunt: dei filius factus homo iam tādem in terris viſus eſt: & cū hominibus conuerſatus eſt. Nempe res mira & hu manis ſenſibus haud qua ꝗ peruia: diſparium rerum per incarnatione; filii Dei carnis & verbi iungitur contuberniū. Nunc veritas de terra or ta eſt: & iuſticia de cœlo proſpexit. Quandoquidem per aduentum ſal uatoris Ieſu chriſti rorarunt cœli deſuper: nubes pluerunt iuſtum: terra aperta eſt. ac pullulauit Saluator. Id namq; Hebræorum lingua: Ieſu no men perſonat: quod & vocauit Angelus miſſus a deo: prius ꝗ in vtero conciperetur: Atqui propter ſalutarem huiuſmodi diuinitatis & huma nitatis vnionem: ac propter incarnati verbi incomprehēſibile ſacramē tum accedat homo ad cor altum: & cum origine tanti myſterii ſolertiſſi mo contemplatore conſideret ſtupendam cōpagem: inauditam permi ſtione; animo menteq; volutet: qua Deus & homo: mater & virgo: fides & cor humanum adinuicem coniungitur: ſublimitas diuinæ poteſtatis dubio procul illuſtrata eſt: quæ & de nihlo vniuerſa initio condidit: & per aſſumptionem carnis extrema quæ ſuapte natura longiſſime oppo nuntur. Cœleſte ac terrenum, imum atq; ſummū, finitum & infinitū co pulauit in vnu;: quod multo ante per ſpiritum ſanctū intuitus atq; am miratus Eſaias. Generationem eius inquit, quis enarrabit. Diuina elu xit ſapientia: quæ ad redimendam hominis naturam: quæ duriſſimis ca ptiuitatis compedibus tenebatur: eam mirabile dictu ratione excogi tauit: quam callidus humani generis aduerſarius atq; antiquus hoſtis coniectare nō potuit. Siquidem delitëſcens in carne diuinitas, diabolū latuit: atq; ita reparatiōis noſtræ ſacramentū hoſtis ille perfidus igno rauit. Multifariam innotuit nobis: ac putefacta eſt diuina benignitas: quæ non vtiq; propter noſtram ſalutem carnem quidem ſuſcepit huma nam: vt qui mandatum nouum dederat vt inter nos diligeremus: ipſe imprimis ſummæ atq; ardentiſſimæ dilectionis laxarat habenas. Illud

Apoſtolus.

Apoſtoli & verum & perſpicuum teſtimoniū eſt, dicentis. Propter nimi am charitatem. qua dilexit nos: miſit Deus filium ſuum. Quāobrem nō temere gaudere debemus: & quidem gaudio magno valde: quia natus eſt nobis hodie Saluator mūdi. In cuius diebus orta iuſticia eſt: & habū dantia pacis. Lætemur omnes. ac profuſis exultemus gaudiis. Timore;

omnem cum paſtoribus cuſtodientibus vigilias noctis prorſus abiiciamus. En prolapſus de cœlo Angelus, nolite timere, inquit. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum: quod erit omni populo: quia natus eſt hodie ſalutis auctor. cui cœlum, terra, maria omnia ſeruiũt: omniaq; quæ in eis ſunt. Quem adorat multitudo cœleſtium militiarum quem ſupera & infera omnia venerantur: cui aſſiſtunt beatorum cœtus: Principatus omnes, ac Dominationes obediunt: tremunt Poteſtates. Qui ſi vnus pro nobis fuerit: erit certe contra nos nemo. Nec immaniſſimi hoſtis Maumetis prauualebit inſania. Nõ truculenta Turchorũ rabies: nõ veſana Barbarorum gentium poterit obeſſe malignitas. Chriſto duce, vel vnus fugabit mille: & duo fundent decem milia. Non enim in fortitudine equitum: nõ numeroſo exercitu: non armis, & bellica virtute: ſed in diuina ope & incarnati verbi ſingulari p̃ſidio, vincendi omnis ratio, ac ſpes tota ſita eſt. In hoc vno qui confidũt, nullius pertimeſcunt inſidias: ac facillime optatæ fiunt victoriæ cõpotes. In cuius manu omnis poteſtas eſt: cuius imperiũ nullis finibus circunſcribitur: nullis terminis clauditur: cœlo, terra, inferis longe lateq; propagatur. Bene igitur ammonuit cœleſtis nuncius, prorſus nihil eſſe extimeſcendũ. Prodiit in lucem lux vera: quæ illuminat mundum omnem: qua exorta, tenebræ pelluntur: mortis caligo diſcutitur: & ad debellãdam ſæuiſſimi hoſtis immanitatem, certa & inexpugnabilia auxilia præparantur. Regnat ſuper nos hodie Saluator mũdi. Hic contundet ceruices hoſtiũ: auferet bella vſq; ad finem terræ. Arcus fortium cõteret: & confringet arma: & ſcuta comburet igni. Solus nãq; exaltatur in gentibus: exaltatur in terra vere dominator dominus. De cuius natiuitate gaudent angeli lætantur Archãgeli: exultant iuſti: iubilat multitudo cœleſtis exercitus laudãs Deum: atq; inquiens. Gloria in altiſſimis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Proinde lætum hunc atq; hilarem ſumamus diem: in quo Redẽptor orbis venit in mundum: & ſublimẽ deprecemur maieſtatem eius: qui præfinito tempore rurſum venturus eſt: ac iudicaturus viuentes & mortuos: ſalutarem nobis incarnationis ſuæ largiatur effectum: vt deleta peccatorum omniũ labe cœleſtem atq; immortalem gloriam adipiſcamur: te aperiente ianuam regni cœleſtis: cuius claues tibi pater ſancte traditæ ſunt ab eo: qui per infinita viuit ſæculorum ſæcula. Dixi.

Attende:

¶ Auguſtini Dathi oratio .xv. quum Epiphaniarum celebritate: Chriſtianæ concioni conuocatæ in templum feſta totius anni ſolennia nunciantur.

Hodie fratres chariſſimi celeberrimus Epiphaniarũ dies pia deuotione celebratur. Vere namq; lux mundo inſoliti fulgoris & cœleſtis claritatis effulſit. Sedenti in tenebris populo: & ambulantibus in regione vmbræ mortis: ortus eſt ſol iuſticiæ: & diuturnis ſæculis expectatus: iam tandem in terris viſus Saluator: & cũctis gẽtibus manifeſtus eſt dominus in noſtræ carnis inuolucro: quæ inuiſibilis erat: mortalibus hodie viſibiliter apparuit ſuprema diuinitas. Hunc hodie ſtella quæ Magos duxit in præſepio patefecit: vox æterni patris & ſpiritus ſanctus in columbæ ſpecie: in

Iordanis fluuio declarauit:aqua in vinum verſa : in nuptiali manifeſtauit cóuiuio:panum multiplicatio:& cophinorũ exuberantia in deſerto monſtrauit. Qui igitur pro ſalute noſtra vt nos reconciliaret in mundum venit:vt nos redimeret crucis pependit in ligno:vt nos glorificaret:ſurrexit a mortuis:vt peruium iter monſtraret:ad cœlos aſcendit:vt ſanctificaret:Spiritus ſancti muneribus donauit:vt beatos faceret:trini & vnius Dei fruitionem oſtendit:vt in arduo difficultatis itinere:viaticum ſalutare præberet:carnem in cibum:ſanguinẽ in potum dedit:ille nos & in præſẽti ſæculo gratiæ ſalutaris:& in futuro ſempiterno æuo participes glorioſe immortalitatis efficiat. Vt queadmodũ ad ſanctã Hieruſalem ammirabilis ſtellæ ductu:hodie Magi profecti ſunt:& ad Regem auro:thure Deum:myrrha hominem teſtati ſunt:ita nos ad ſupernam Hieruſalem dignetur perducere:qui omnia mirabili diſpenſatione gubernat:& ſacra ſolennitatum myſteria recenſeri voluit ad eius gloriam & ad noſtræ ſalutis ac redemptionis effectũ. Proinde ſcitote dilectiſſimi noſtri.&c. Dixi.

Euagatio.

Auguſtini Dathi oratio.xvi.ad idem.

HOdie ſancta mater eccleſia dilectiſſimi:ſacra recenſet ſolennia:quibus ſaluatoris noſtri Ieſu chriſti diuina myſteria recoluntur. Vt in ſancto Ebiphaniarum die:in quo noſtræ mortalitati verbum caro factum eſt:deus homo multifariam patefactus eſt:& ex inuolucro carnis:ineffabilis eius diuinitas eluxit nobis:primum glorioſa ac celebri adoratione Magorum tum aqua in vinum verſa ſacri atteſtatione miraculi:tum ſanctæ atque indiuiduæ Trinitatis:ammirabili atq; perſpicua perſonarum demonſtratione:cum Pater in voce:Filius in carne ſe oſtendit nobis : Spiritus ſanctus in columbe ſpecie. Merito igitur Saluatorem noſtrum paucis ante diebus carnem noſtræ immortalitatis aſſumpſit:ab vltimis terrarum profecti finibus Reges adorant : Reges Tharſis & inſulæ munera offerunt:reges Arabum & Sabba dona adducunt:nos quoq; ſumma deuotionis pietate veneremur:qui pro nobis natus,paſſus,ſepultus,ſurrexit a mortuis:cœlos aſcendit:ſacris apoſtolos chriſmatibus inſigniuit:humanæ ſalutis atq; redemptionis noſtræ ſancta myſteria cõſumauit. Scitote igitur dilectiſſimi:quæ per anni circulum feſta ſunt celebranda ſolennia. Erit igitur.&c. Dixi.

Auguſtini Dathi oratio.xvii.ad Deum in honorem diui Bernardini Senenſis

DEus qui humanum genus, miro ſemper amore proſequeris, & benigno ac ſalutari nunquam deſeris auxilio. praſta quæſumus:vt qui beatum Bernardinum confeſſorem tuum & doctrinæ & ſplendore & miraculorum gloria illuſtrare voluiſti: eundem apud tuam clementiam perpetuum pro nobis interceſſorem habere mereamur. Per dominum noſtrum Ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit.&c.

Oratio.xviii. Secreta ad idem:

A nobis quæſumus domine intercedente beato Bernardi-
d no confeſſore tuo, optatum ſacramenti ſalutaris effectum:
& quod noſtra fragilitas obtinere non poteſt: dignare no-
bis eiuſdem placatus præcibus, benigne conferre. Per dominū noſtruꝫ
Ieſum chriſtum filium tuum.&c.

¶Oratio.xix.poſt communionem ad idem.

Væſumus omnipotens & miſericors deus: vt pium in no-
Q bis perficias ſanctæ religionis effectum: & confeſſoris tui
Bernardini adiuuantibus meritis: quod ore contigimus:
ac pia deuotione ſuſcepimus: & ad ſpiritualem nobis conferat medici-
nam.& ad æternæ ſalutis proficiat incrementum. Per dominum no-
ſtrum Ieſum chriſtum filium tuum.&c.

¶Item oratio.xx.ad idem:

Recibus domine ſupplicantis populi ꝓpicius ac benignus
P intende: & qui beati Bernardini ſolennia colimus: tribue
nobis illius meritis: vt expiata peccatorum omnium ſorde
ad tua ſancta celebranda myſteria, pura mente accedere valeamus. Per
dominum noſtrum Ieſum chriſtum filium tuum.&c.

¶Item oratio.xxi. Ad idem.

Efectos domine ſanctis ac ſalutaribus ſacramētis, fac nos
R quæſumus per interceſſionem beati confeſſoris tui Bernardi
ni: cuius hodie natalicia celebramus: & deſpicere ſemper ter
renam labem: & æternum atqꝫ incommutabile bonum: tota mentis di
lectione complecti. Per dominum noſtrum Ieſum chriſtum filium tuum
Qui tecum viuit & regnat.&c.

¶Item oratio.xxii.ad idem:

OMnipotens ſempiterne deus: qui ineffabili dono pietatis
glorioſum cōfeſſorem Bernardinum: & ſancti nominis præ-
conio: & euangelicæ doctrinæ inſtitutione illuſtrare volui-
ſti. præſta quæſumus. vt illius interuenientibus præcibus: &
virtutem conſequi: & ſolutis corporum vinculis: ad æter-
næ vitæ gloriam peruenire mereamur. Per dominum noſtrum Ieſum
chriſtum filium tuum. Qui tecuꝫ viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſan
cti deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

¶Item oratio.xxiii. Ad idem.

Ignare nobis domine celebrandi myſterii effectum impen-
d dere ſalutarem: & illum tota mente diligere: quem beatus
confeſſor Bernardinus & firmiter credidit: & ardenter præ-
dicauit Saluatorem Ieſum chriſtum dominum noſtrum.&c.

¶Auguſtini dathi Orationis Thomos.xxiiii. Qua opti
mum afferit eſſe ordinem: vt totius vel ver-
bi: vel operis: & a deo nobis ori-
go ſumatur: & in de
um cōſumatio
referatur.

Diuini numinis prouidentia omnia amminiſtrari/et regi:atq; illinc manare omnia:inde omne præclarū donum:ac perfectum proficiſci munus:qui negat:is non modo impietatis arguendus eſt:ſed etiam extremæ dementiæ. Nam verum bonum/ſummum bonum ſcatens vndiq; innumerabilium bonorum ſine dubitatione deus eſt. Ad quem cum acceſſeris: præſto ſunt tibi bona omnia:a quo cum diſceſſeris/nihil eſt quod vſpiam boni reperire queas. Solus eſt qui & beare hominem poteſt:& expetenda omnia abunde largiri. Quamobrem non ſolum ſacri & diuini eloquii ſalutaria inſtituta:ſed etiam vatum ac philoſophorum voces diuini cultus pietatem omni ſtudio nobis perſuadere conātur. Atq; vt ommittamus eos:qui ipſi cum magnum aliquid exordiuntur:diuinam opem implorant:is enim pene infinitus eſt numerus: eos maxime referamus:qui ante omnia piam/& caſtam diuini numinis ve-
Pythagoras nerationem præceperunt. Pythagoras nanq; ſumma auctoritate philoſophus:vitam hominis rectam inſtituens:immortales quidē (inqt) deos primum:quemadmodum lege cautum eſt:venerare/& iuſiurandū cole. A diis immortalibus ſumpſit initium:quibus primam ac præcipuam debemus pietatem. Quod quidem merito laudamus:ſi illud exceptum ſit:non plures:ſed vnum eſſe venerandum deum:quem diuina ora-
Iſocrates cula prodiderunt. Iſocrates vir magna doctrina ac ſumma eloquentia ſcite præcepit hæc:inquiens. Primum quidem quæ ad deos ſpectant:venerare:nec ſacris litandis ſolum:ſed etiam iuſiurandi religiōe tuenda. Et illud quidem diuitiarum affluentiam indicat:hoc vero morum probitatem. Cole deum:cum alias ſemper:tum vel maxime cum ciuitate. Ita enim videberis:& ſacrificia diis immortalibus exhibere:& ſimul pa-
Xenophon. rere legibus: Quid Xenophon Socraticus:nonne maxime pietatem colendam cenſet:cum dicit Cum in paruis:tum in magnis inchoandis negociis:primi motus a diis proficiſcantur. Huiuſmodi quidem apud. M. Tullium in libris de legibus proditum eſt a diis immortalibus/agendi
Nota legem nobis capienda primordia. Illa quoq; vetus lex traditur. Diuos & eos qui cæleſtes ſemper habiti colunto. Proinde fuit Romanorum vetus inſtitutum:vt & publice/& priuatim/ſumpto prius auſpicio:quod ad religionem pertinebat:omnia gererentur. Nam quemadmodum prima officia deberi diis immortalibus manifeſtum eſt:ita & imprimis rebus di-
Virgilius uinis dandam operam ſuademus. Quod magnus vates Virgilius Ma-
ro nequaquam prætermiſit. qui in hunc modum cecinit. Imprimis vene-
Columella: rare deos. Moderatus autem Columella patremfamilias:qui larem ſuū familiarem ſalutat:ante omnia deos penates iubet adorare. Nam ſi ab re diuina ſumatur exordium:plærunq; ipſe dies pulchro diſtiguitur or-
Martialis. dine rerum. Itaq; Martialis quum ſcribit:quid agat rure morans:ſic ce-
Boetius cinit. Mane deos oro. &c. Quocirca Seuerinus Boetius recte inſtituere viſus eſt. inuocandum rerum omnium patrem:quo prætermiſſo:nullum rite fundatur exordium. Ad eius igitur opem confugiendum eſt: vt inceptis ac votis omnibus aſpiret. Adſit autem propitius noſtris tū conſiliis:tum etiam actionibus. Ita eni optima & ſtabilia ieciſſe videbimur noſtrorum operum fundamenta. Quod ſaluatoris diuina vox præce-

piſſe creditur: quæ ait. Primum quærite regnum dei: & hæc omnia adiicientur vobis. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. XXV. Quæ quidem inuocatio quædam eſt ad deum in principio alicuius operis peragendi.

EXiſtimauerunt viri ſapientes: qui omnibus de rebus præclare & ſplendide ſunt locuti. vnum quodq; humanu; opus ad optatum tandem exitum peruenire. ſi ab eius nomine profectum fuerit. cuius prouidentia ac moderatione cuncta reguntur. Et enim vt magiſtro gentium prodente cognouimus. Deum trinum atq; vnum eſſe cōſtat. ex quo omnia. in quo omnia. per quem omnia. Et nos quoq; illius ineffabilem maieſtatem ſupplices deprecemur. vt noſtræ actiones: ac ſermo omnis & ab eius nomine ſumat exordium. & ad eius gloriam fœliciſſime dirigatur. Ad quod quidē facilius implorandum intercedat pro ampliſſimis meritis primū alma ac glorioſiſſima dei genitrix. Apoſtolorum principes Petrus & Paulus: Penates regni huius: & noſtræ ciuitatis. N. &. N. omnis deniq; cœtus cæleſtis ac triumphantis exercitus. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Senenſis Orationum Liber Tertius Fœliciter Incipit.

¶ Auguſtini Dathi Oratio Prima De laudibus Senenſis patriæ. & optima reipublicæ gubernatione & conſignatione vexillorum pro vetere illius inclytæ ciuitatis ſingulo quoque Semeſtri ſeruata cōſuetudine.

T RADVNT Veteres ſapiētes viri patres: qui omnibus de rebus tum grauiter ac ſplendide: tum ornate copioſeq; differuerunt. nihil in cūctis humanis rebus eſſe maius: nihil melius: nihil omnino præſtabilius. ꝙ concilia cœtuſq; hominum iure ſociatos. quas vno ac ꝓprio nomine ciuitates appellant. Nam cum homo quem rationis præſtantia longe natura ſeiunxit a bellua: gregale ac ſociale ſit animal: tum is demum rectam videtur aſſecutus vitæ rationem: ſi conſtituta ciuitate quæ diſciplina moribus conſtat & legibus: tempus atq; ætatem omnem ad perfectum vitæ cultum atq; ad virtutis executionem accomodauerit: ſi ad bene. laudabiliter. honeſte. trāq̄lle. beate viuendum animum omnem: cogitationemq; conuerterit. Id vero nuſquam facilius ꝙ in ipſa hominum conciliatione fieri poſſit. Cicero de rep.

¶ Quocirca maxime laudantur qui primi vrbes condiderunt: & diſpſos montibus & ſiluis homines: ac paſſim belluarum more vagātes: ad ſocietatem vitæ conuocauerunt. Itaq; exiſtimant ſapientes: & quidem non iniuria: valde præclarum vrbem condere: multo præclarius conditam inſtituere. longe vero præclariſſimum: inſtitutam recte gubernare. Horum primum mœnibus: legibus alterum. tertium magiſtratibus ꝓbe conficitur. Et quidem vrbium conditores inſtar deorum in cœlum Attende.

ni.

tranſlati ferunt. Legumlatores maximis vbiq; gentium celebrãtur honoribus: optimi ciuitatum rectores & conſeruatores immortalem gloriam in terris aſſecuti: beatiſſimas quoq; in cælo ſedes adipiſcuntur. Summis efferendi ſunt laudibus: maiores noſtri viri Senenſes. qui nobis præclare fundatam vrbem reliquerunt: ampliſſimis decoratam ornamentis: ſanctiſſimis munitam legibus: optimis & inſtitutis & moribus temperatam. Mitto vrbis originem: de qua Galli præſertim Senones ac veteres Romani certant. Siue Senas: vt plæriq;: ſiue Senam: vt Liuius: vt Appion Alexandrinus: & nonnulli præterea nobiles hiſtoriarũ ſcriptores appellare malimus. Ac ſiue a Senonibus Gallis: quos per hæc loca (vt fãma eſt) Furius quõdam fugauit Camillus: ſiue a Senis collibus in quibus editis poſita eſt: ſiue potius a Senatus auctoritate: vt quidã arbitrantur: ſiue deniq; quod probabilius eſt: a conditoris nomine qui per Romuli tempora prima huius vrbis fundamenta iecit: Sena vocitata eſt. Illud certo affirmare poſſimus matrem Senenſem populum profiteri vrbem Romam non ſolum Latii decus: ſed etiam totius caput orbis. ſiue veterum quondam Romanorum Colonia: ſiue municipium Sena fuerit. Indicant cum alia documenta complura: tum illuſtria ſignia ac vetuſta monumenta. Lupa nutrix ac lactẽtes pueri Remus ac Romulus. In promptu ſunt huiuſce vrbis laudes: nobilitas generis: amœnitas regionis loci ingenium: vetuſta primordia: præclara ædificia: magnifica tecta: ingentia templa: auguſta ac ſancta delubra: religioſiſſima phana: tum cœli clamẽtia: lætitia ſoli: agrorũ vbertas: terræ ac maris opportunitas. Illa præterea præſtantiora: imperii dignitas: libertatis ſplẽdor litterarum ac ſtudiorum gloria: recta bene viuẽdi ratio atq; inſtitutio: ammirabilis reipublicæ diſciplina: optima legum atq; inſtitutorũ ſanctio: quibus certe laudibus inter Etruriæ præclaras vrbes Sena floret: & cum in pleriſq; cæteris impar habenda non eſt: tum nonnullis & quidẽ grauioribus: ita pollet vt multas non æquare ſolum, ſed etiam ſuperare videatur. Sed hæc de his hactenus perſtrinxerimus ſatis. Verum nõnulla de optimo reipublicæ ſtatu & ciuitatis conſeruatione in medium allaturi: de ciuitatis nomine, diffinitione, diuiſione, paucula præferemus Alia nanq; eſt vrbis ratio: alia ciuitatis: alia reipublicæ: Et vrbs quidẽ muros complectitur: mœnia, ædificia, pergama, tecta, vel ab orbe dicta quod in orbem antiquæ conderentur ciuitates: vel quod vrbare aratro definire eſt. & ab vrbo parte & curuatura aratri appellata: qua olim mœnia ſignabantur. Ciuitas autem ciuium multitudinem: & collectionem quandam. quod & perſpicuum eſt: & vis ipſa vocabuli manifeſtat. Reſpublica vero modus: ordo. diſciplina ciuitatis ac ratio: per quam bene ac recte viuitur. Diffiniunt ciuitatem plæriq; magna eruditione ac doctria viri: collectam ciuium multitudinem ad bene viuendum coactam. Diffinit M. Tullius, magnus ſimul philoſophus & orator. in ſexto, pſertim de Republica libro: concilium cœtumq; hominum iure ſociatum. Diffinit Ariſtoteles Peripateticorum princeps in Oeconomicis libris: multitudinem domorum: agro & pecunia ſatis ſuperq; abundãtem: ad bene viuendum. Hæc vtique omnia non nihil fortaſſe verbo differunt: atre ipſa prorſus conueniunt. Nam omnium quæ modo expoſitæ ſunt: diffinitionum illa vna eademq; ratio eſt: vt & plures in vnum collectos: &

Senẽ. vrbis conditores.

Galli Senones

Vrbs

Ciuitas

Reſpublica.

ad bene viuendum congregatos:ac iure ſociatos eſſe cōueniat.Quod
omnibus accuratius contemplantibus plane liquebit.Multifariam ve-
ro ciuitatē doctiſſimi veteres partiri ac diſtribuere conſueuerunt. Diui- Ciuita.diuiſio.
ditur nāq; ciuitas primo in domos & pagos.Hæ ſunt enim partes eius
Et domus quidem multitudinē perſonaru;:cuiuſmodi ſunt maritus & Domus.
vxor:parentes & liberi:dominus & ſerui.Pagi vero domorū multitudi Pagus.
nem continent.Diuiditur ciuitas pro Ariſtotelis ſententia in principē
conſilium.prætorium.populū.Principem quidem ad imperandum Con
ſilium ad decernendum.Prætoriū ad iudicandum populū ad parendum
atq; obtemperādum.Diuiditur ciuitas in tribus:vnde & Tribuni quod Tribuni
his præeſſent appellati.quod quidē Romanæ vrbis cōditor fecit Romu
lus.& Ramnenſes Tatienſes Luceres vocauit.Diuiditur ciuitas in Curi Officia ciuita:
as:Centurias:Claſſes. Quod tū Romulus ipſe:tum Seruius Tullius:&
veteres Romanorum reges feciſſe monſtrantur:Diuiditur ciuitas in varia
diuerſorum munerum loca.qualia apud Romanos.M.Cicerone compro-
bante:forum:campus:roſtra:ſubſellia.Diuiditur ciuitas ī diuerſos plæ
runq; ordines:velut Roma in nobilitatē ac plæbem:& harū medium eq̄
ſtrem ordinem.Diuiditur ciuitas:& in diuerſa quoq; miniſteria: veluti
agricolarum qui victum miniſtrant:artificū qui reliquū ſuppeditant vi
tæ cultum:bellatorum ac militū:qui & parta tueātur:& externas populſar.t
iniurias.quemadmodū diſtinxit Hippodamus.Diuiditur ciuitas in vari Magiſtratus
os magiſtratus:cuiuſmodi apud Romanos fuere:Dictator:Conſules:
Prætores:Quæſtores:Tribuni:Præfecti:Triūuiri:Aediles:alii itē per-
multi:& ii præcipue quos perpulchre cōmemorat:atq; exponit Varro
Latini quidē parens eloquii.Diuiditur ciuitas in res vrbanas ac belli-
cas:quarum hæ robore.viribus:animi magnitudine exercentur in bel-
lo:illæ pacis tēporibus potius cōſilio.æquitate.iuſtitia.Poſtremo diui-
ditur ciuitas in plura membra.Nam quoddā ciuitas ac reſpublica cor-
pus eſt.quod recte oſtendit philoſophorū priceps Plato.Eius vero cor Plato
poris plura ſunt membra:ſed caput principes ſunt ciuitatis:& maximi
Magiſtratus:quod eleganter & concinne Plutarchus Cheronæus autu Plutarchus.
mat Peripateticus apprime nobilis:oculi:atq; aures:prætores ac iudi-
ces:& omnino qui viri dicendo præſunt.Cor patres Senatores:Conſi-
liarii.Manus bellatores & milites.Pedes agricolæ.Et eius loci atq; or
dinis inferioris homines:ſine quorum opera:reliquum corpus ſubſtine
ri nequit.Sed cæteris prætermiſſis:quæ ad nomen:finitionem:diuiſio-
nem pertinent ciuitatis:pergamus ad ea:quæ conſeruationem ſpectāt
et optimum continent reipublicæ ſtatum.non ex noſtro ducenda ſen-
ſu:ſed haurienda potius ex Ariſtotelis ac Peripateticorū fontibus:hoc
quidem ordine vt primum explicemus:quæ ad ciuitatē tuendā:rerūpu-
blicarum rectores ſeruare conueniat.Deinde in quibus eorum conſilia:
tum illa adiiciamus:quæ accuratiore ſtudio declinare. Nam qui Rei-
publicæ præfuturi ſint:vt communi ciuium vtilitati proſpiciant Ariſto-
tele duce:qui præclaros de bene regenda Republica libros confecit:
ita vigilare oportet:vt ciues a labe turpitudinis arceant. vt ne vel le-
uem quidem noxam permittendam intelligant:ac veluti in ſemine:ne-
quitiam elidendam:obſiſtendum nanque leuioribus:ne ſenſim ad gra-
uiora ſerpatur:ſi mortale genus procliue ad malū dū ſemel capit labitur:

&fuit nemo etiam poeta teſte:repente turpiſſimus:paruum initio erro
rem ait ſummus philoſophus Plato:plærunq; tandem fieri maximum:
Parua autem ſæpe culpa:ſi crebrius repetatur:facile maioris turpitudi-
nis incrementum ſuſcipiat. Neq; enim inſcite Plutarchus illud ꝓbat
Heſiodi:etiam pauxillula adiectione ſi ſit forte frequenter:ingentem ſæ
pius aceruum conflari. Diſtribuendi autem ſunt ꝓ dignitate ciuitatis
honores:ac maiores afficiẽdi:qui maioribus excelluerint laudibus.mi-
noribus vero qui virtute & ſapientia inferiores extiterint.Id enim ma-
xime proprium iuſticiæ eſt:eius quæ in diſtribuendo verſatur.Sed & ne-
mini inferenda iniuria eſt.nemini prorſum nocendum.Siquidẽ ita na-
tura:equitas ratio:honeſtas ꝑcipit. Eo nanq; pacto recte ciues habue-
rint:& præclare patebit ciuitas conſtituta.Nõ autem ab re fuerit:ea ci-
ues bonos extimeſcere quæ optimũ queant aut infringere: aut labefa-
ctare ciuitatis ſtatum.ſi recte Reipublicæ firmamentũ formido ponitur
& parit ſi(Lactantio credimus)cautionem metus.Nõ is quidem quem
Stoici in pturbationibus numerant& a ratione recedit.Sed qui ita pru
dentiam vt ira nõnunq̃ fortitudinẽ iuuat.Quare & apud veteres Lace

Tẽplũ timoris dæmonios timori dicatum templũ oſtendit Plutarchus Chæronenſis:
quod maxime rempublicã timorẽ arbitrarentur. Pericula eñ & clades
re quidẽ longiſſime.metu vero ꝓpiſſime ab eſſe præſtat.Quod ſi exter
na pertimeſcant ciues bella nihil loci relinquetur in teſtinis ſeditioni-
bus ac ciuilibus diſſidiis ac facile ciuiũ animi iure concordes eadẽ ſpe-
ctabunt.vna erit omnium voluntas eadẽ omnibus in rebus conſenſio
quæ vtiq; vera eſt concordiæ ratio,& quædam proſpera vniuerſum Rei-
publicæ corporis valitudo ac firmitas ceu contra diſcordia triſtis lues
& ciuilis (vt ita dixerim) cõpagis direptio.Peſtis edax ac totius ciui-
tatis excidium.Iure igitur ciuitates laudantur:q̃ inſtitutis reguntur:&
legibus:modo hæ ſanciantur:ꝑ quas facillime diſſenſionũ omniũ ac diſ
cordiarũ auferãtur ſeminaria,ac penitus tollantur e medio.Illud pro-
bant vehementer:qui de bene gubernãda re publica ꝑceperunt:vt in ma
giſtratibus deligẽdis,delectus habeatur imprimis diligens aſciſcẽdis
bonis:improbis reiiciendis:Nã qui rõne,fide,integritate magiſtratus
gerunt:iis potiſſimũ credenda eſt:& cõmittenda reſpublica. Qui vero
iniuria præfuerint ac ſe perperã geſſerint:ii nõ ſolum a poteſtatibus re-
pellendi ſunt.verũ etiam pœna,ac digno ſua improbitate afficiendi ſup
plicio. Atqui omni ſtudio ſapientes ꝓcurandũ cenſent:nec cui amplio
res:q̃ vel ratio vel dignitas poſtulet.honores deferãtur.Et enĩ qui præ
ter dignitatem,ꝑterq; rationẽ fortaſſe ad honorum gradus fuerint ere
cti:inſolentiores plærũq; euadere cõſuerũt:vt qui copiis:opibus,hono
ribus nõ quidem ad decus:ſed ad ſuam ſimul ac cæterorũ vtantur labẽ
Et id quidẽ vſu venit iis ꝑſertim qui ex iĩfima fortuna & humili loco ad
honorum amplitudinẽ attolluntur:& repente nimis:magis præficiun-
tur rebus gerendis:iure laudatur rerũ omniũ modus: certis progredi-
tur gradibus ratio:nõ ſubito:ſed ſenſim,ac pedetentim eo deductura:
quo virtutis momẽta ꝓpenderint:Arctiſſimũ omniũ quo inter ſeſe na-
tura hoĩes vinciũtur:vinculũ,charitas:& beniuolẽtia merito iudicatur:
eã cũ amplecti oẽs oportet:tũ eos ꝑcipue,quibus data eſt imperãdi po-
teſtas,ac populis regendis præſunt. Quos non abſque optima ratio-

ne priſci nonnulli auctores:paſtores appellare ſunt ſoliti.Nam id eoꝝ
fertur ingenium.vt pro grege tuēdo:etiam animam fundere parati ſint
& cunctis ſe obiectare periculis.Rex tyranno quid interſit:quis eſt qui
neſciat. Qui ſe regem gerit:is cōmunem ſuorumvtilitatem ſpectat:
a ſuis commodis animum auertit:& tyranni mores aſpernatus: dū ſa-
luti conmuni proſpiciat:cetera poſt habet vel potius contemnit om-
nia.Regis iſtar:qui pro temporibus imperat optimus magiſtratus rei-
publice:&vniuerſorum ciuium ſalutē longe anteponit ſuæ.Quod qui
dem ibi fit:vbi vis beniuolentiæ:&caritatis viget ratio.Beniuolentiaꝫ
aūt:atqꝫ animorum ſtudium facile beneficentia conſequitur:& officiuꝫ
comitatur.qui rerum humanarum nodus eſt:et ciuilis ſocietatis ſtabi
le firmamentum.Sed ad cohercendaꝫ improborum audaciam:quæ ma-
xime in hoc lubrico temporum dominatur.operepretium eſt iuſtam ad
hiberi poteſtatem:per quam a male viuendo deterreātur. Atqꝫ ita ma-
leficii ac ſceleris adimatur facultas:vt quos non cohibet ratio:leguꝫ &
iudiciorum compellat metus.Sed ad poteſtatem quoqꝫ vel retinendam
vel augendam:opes & copias adeſſe:conducet plurimum reipublicæ: vt
non ſolum ciues mali comprimantur:ſed etiam externorum ſi quando
vſus acciderit:propulſetur iniuria.Tam et ſi potentia firmior: nō tam
opibus atqꝫ diuitiis conſtet:non tam milite & armis. non tam exter-
narum rerum affluentia: ꝙ iuris æqualitate: ꝙ legum robore: ꝙ ciuium
concordia: ꝙ deniqꝫ conſilio:ſapientia atqꝫ exercitatione virtutis:ad-
hibito & amicorum præſidio:quos par ſtudium: conſimilis voluntas:
quos probitas conciliauit & fides.Ita comparatam ciuitatē nec labe-
factare improbi:nec inuadere finitimi hoſtes,aut exteri auſint.Qui cæ
teris īperant:integros ſe atqꝫ innocentes p̄beant:ſi abuocare reliquos
ciues a turpitudine:atqꝫ ad capeſſendam rectā viuēdi viam:excitare vo
luerint.Neqꝫ enim fruſtra dicitur quales ſint in repub.principes: tales
reliquos ſolere eſſe ciues.Itaqꝫ oportet eos qui cæteris præſunt:eā ſub
ire agendæ ætatis rationem:vt non tam verbo erudiendis ꝙ excitādis
exemplo:fiant cæteris bene viuendi magiſtri:ſi non immerito populo-
rum errata in eorum principes referuntur:quādo vel propoſita impuni-
tate delinquunt:vel ſe auctorum ſuorū imitatores præſtant. Sit igitur
ſtudium diligens ei:qui rempublicam gubernat:virtutē,æquitatē:fru-
galitatem.rectamqꝫ in omni vita tueri rationem:ſi forte cupiat ſubdi
tos habere cōſimiles:quibus pateat ipſe aut vitii aut virtutis exēplar.
Proſpiciat autē in dies:& vigili cura rebus incumbat: quæ noxiæ reipu
blicæ:quæ ſalutares cadere poſſint:vt has ſtudioſiſſime proſequatur: il-
las tanꝙ ſcopulum fugiat.Quod certius,commodiuſqꝫ aſſequatur: ſi
præterita mente repetat:& ſimilitudine comparata annectat futura p̄-
ſentibus:& omnem vitæ curſum ſolertiſſime complectatur:vt ī hūc mo
dum excubanti nihil nouum:nihil improuiſum.nihil inopinatum: ni-
hil deniqꝫ non ſtudioſiſſime meditatum veniat.Ita enim & ſuæ digni-
tati & ſuorum ſaluti facile conſuluerit.Cunqꝫ rebus probe amminiſtrā
dis conſilium prætermittendum ſit:eo quidem ad ea omnia: quæ cōdu
cere reipublice videantur:Id autem magnæ curæ ſit:ne publicæ pecuniæ
profundātur: q̄ nerui ſunt ciuitatis:& tū ornamenta pacis:tū belli p̄ſi-
dia.Diligentē habeat vectigaliū rationē, q̄ & nitori ciuitatis:& neceſſi

tati temporũ plurimum inſeruiunt:meminerit quod a Cicerone in .iii
de republica libro traditur:optimum & in priuatis familiis:& in repu-
blica vectigal eſſe parſimoniam. Videat vti alimenta omnia: frumentũ
vinum:oleum:poculenta atqꝫ eſculenta omnia abunde ſuppetãt:ac ni-
hil deſit omnino ex iis rebus quæ ad reliquum vitæ cultum ſpectent.

De pace

Quæ negociatores:quæ artifices:quæ agricolæ ſuffecerint:iuſto parã-
da proponantur:copia adſit:modus & pretiuꝫ adhibeatur:dolus:fraus
vanitas:procul abſint. Præficiantur cuſtodes ac vigiles vrbi:qui eam p̃-
ſto ſint.tum ab inſidiis omnibus:tum quoruuis hoſtium incurſu vin-
dicare:ſeditionem amoliri:tumultus compeſcere. Sit ante omnia accu-
ratiſſimum pacis ſtudium:in qua plane non populorum modo trãquil
litas:& ciuium ſalus:ſed ipſa quoqꝫ ſita ẽ vitæ beatitudo. Quod ſi bel
lorum vrgeant tempora:de libertate:de ſalute:de imperii dignitate vi
riliter decertetur. Ferendis legibus:ſumma adhibeatur induſtria:vt a iu
ſtitia perfectæ eiuſmodi ſanciantur:quæ & optimum tueantur reipubli
cæ ſtatum:vtilitatem augeant:decus amplificent:& facile ciuium accõ-
modentur ingeniis. Sit condendarum legum magna cura: longe autẽ
ſeruandarum maior:vt ita virtutum omnium cultus vigeat:quæ legali
iuſtitia continentur:& flagitiorum:ac facinorũ omnium : quæ hominũ
conciliationi aduerſantur:ſeminarium extinguatur:auaritiæ,& cupidi
tatis imprimis:quæ ſapientum teſtimonio,radix malorum eſt omniuꝫ
et ad quæ vis ſcelera rapit mortalium pectora. Tum nefandæ libidinis:
et illicitæ Veneris:quæ & ipſa eſca malorum eſt:& molles animos blan
de deliniens:haud dubie:& virtutis labem ſemper affert:& plærũqꝫ eti-
am vitæ cladem. Præterea inertiæ,deſidiæ,& turpis ocii:quæ res vna mul
tiplicem nequitiam gignit:& maximam docet improbitatem:poſtremo
elationis:ſuperbiæ:odii:crudelitatis:inuidiæ:& omnium deniqꝫ id ge-
nus malorum:quæ maxime apta ſunt:ſanctam dirimere humani gene
ris ſocietatem. Sed aſſueſcant ciues ad peſtem auaritiæ propellendã pe-
cuniam contemnere.ad vitandam obſcœnæ libidis ſordem: ſacra am-
plexentur coniugia:nec iuuentutem cælibem eſſe patiãtur:matrimonio
rum frequentia celebretur:quæ libidinem frenat:incontinẽtiam pellit:
ſobolem gignit:ciuium multitudinem auget:perennis durationis cau
ſam ſuppeditat. Ac ne langueſcant ciues ocio magno:in honore artes
habeantur,& ſtudia. Poſtremo diſcant ſapienter & conſiderate,iuſte at
qꝫ innocẽter,conſtãter ac fortiter:temperanter ac verecunde:honeſte-
ac laudabiliter viuere. Sed video me progreſſum longius. Vos igitur iã
tandem obſecro ampliſſimi magiſtratus,libeat iuſtitiam capeſſere: pa-
cem ſectari:concordiam atqꝫ vnanimitatem ſeruare:patriam diligere:
libertatem amplecti ac firmiter retinere. Vna iuſtitia eſt,& mater om-
nium:& regina virtutum:& quæ philoſophorum omnium voce atqꝫ cõ
ſenſu in omni rerumpublicarum amminiſtratione maxime dominatur
et floret:viget plurimum:ſplendeſcit:excellit:malos plectens:dans bo
nis præmia. Pax dulce eſt humanæ vitæ pabulum:firmamentum ſalutis
fructus ſummæ vbertatis:opus peculiare iuſtitiæ:incolumitas populo-
rum:ſtatus quidam bonorum omnium congregatione cumulatus: ve-
Silius Italicus. rum honeſtum iucundum:perfectum bonum. De quo bene Silius Itali-
cus magnus vates. Pax optima rerũ. Quas homini natura dedit. Por-

ro concordia quæ cũ pace tota prorſus apta coniugata: ĩplicata eſt: et naturali quadã ſocietate coniuncta: a corde appellata: vnũ efficit cor ciuium oĩum, vnum ex pluribus animũ: mentem vnam, vnam eandemq; oĩum voluntatẽ. vt ſit ciuiũ iter ſeſe veræ fraternitatis ratio. & illa quã natura ipſa præcipuam ingenerauit amicitia: quod eſt oĩum rerũ diuinarum atq; humanarũ cum beniuolentia, & charitate ſũma conſenſio. Vos optimi magiſtratus memento te Empedoclis Agrigẽtini ſententiã non ſolum domũ & ciuitatẽ: ſed etiã quæ ſunt, quæq; mouentur oĩa: ea conſtare amicitia, diſpari diſcordia. Patria vero poſt immortale numen, ac ſuperos merito iure in officiorũ gradibus ſecundũ locũ obtinet. Patria nanq; queadmodum parentes: & ipſa quoq; generatiõis ẽ auctor: quippe quæ nos genuit, aluit, educauit, in vrbe, in domo, in recta viuendi ratione collocauit. Itaq; patriã diligere. patriã adiuuare. patriã conſeruare. patriã amplificare debemus. Bene, & compoſite locutus eſt Aurelius Auguſtinus. dulcis patriæ amor. domus dulcior. dulciſſimus parentum. Luculente. M. Tullius. Vnicuiq; noſtrũ chari ſunt parentes. liberi. propinqui. familiares. ſed omnes omniũ charitates patria vna cõplexa eſt. Pro qua qs bonus nunq̃ mortẽ dubitauit oppetere: cũ ei pfuturus eſſet. Accedit libertas cæleſte donũ: humanæ nobilitatis: vitæ ſpecimẽ ſignaculũ gloriæ. diuinæ largitatis & parentis indulgẽtiſſimæ naturæ præclarũ monumentũ: ac ſummi pignus amoris: Hæc cũctis theſauris antecellit: qñ nec bene pro toto libertas venditur auro. Etenim fructus eius pretioſior eſt cunctis opibus: vt quæ expetũtur oĩa: huic neque ãt cõparari. Veniunt fere bona oĩa pariter cũ illa: vt mori malit vir magnus & ſapiens: q̃ ammittere libertatem patiatur. pro qua tuenda magnanimis viris omnis debet eſſe contẽtio. Hanc nil præter pacem ſuperat. quæ ipſa nihil eſt aliud (vt probe deſiniunt ſapientes) q̃ tranquilla libertas. Hæc igitur cogitate patres: hæc meditemini. ad hæc enitimini et contendite cunctis viribus: ĩ his diebus laborate & noctibus. ad hæc animum. ſtudium. operam conferte. & quæ cæteras virtutes cõdit: ſimul et perſicit: diligentiam adhibete. Quæ ſi diligenti vobis fuerit ſeruata cuſtodia: quatenus capit noſtra fragilitas: humanam fœlicitatem quæcunq; tandem illa ſit conſequimini in terris. ſed & quo omniũ mortalium cura: & noſtra omnis aſpirat intentio. ſoluti corporum vinculis: nãciſcemini beatas ſedes: vbi interminatis ſæculis: quod ſacri vates diuinitus inſpirati cecinerunt. coram licebit intueri dominum gloriæ. deũ inquam deorum dominum. quod ſummum. quod ſolum verum incommutabile bonum eſt: & eorum potiri quæ nec vidit quiſquam. nec audiuit. nec capere quiſquam cogitatione poſſit. quæ (vt ĩ Thimeo diuinus locutus eſt Plato) mens humana nullo modo complecti. lingua mortalis neutiquam valeat explicare. Et ea parauit immortalis princeps diligentibus ſe. & tum pie viuentibus: tum iuſte rempublicam gubernantibus. Sed iam tandem tempus ammonet paſſa hæc conferre vexilla. & victricia: vos optimi magiſtratus capeſſere ſigna. quæ tribuum ſunt ducibus conferenda. Qua quidem in re: & nobilium Hebræorum morem: & veterum Romanorum ſolemnem ritum & Platonis inſtitutum imitati Senenſes cum cæteris laudibus: perſpicuum afferunt optimæ inſtitutæ ciuitatis: ac reipublicæ documentum. Dixi.

Empedocles.

Aurelius Aug.

M. Tullius

Plato.

Auguſtini Dathi oratio.II.de laudibus Senenſis ciuitatis: quum glorioſiſſimus rex / ac princeps magnanimus Ferdinandus:& excælſa Senenſis reſpublica /ſancto iuncti ſunt fœdere.

HEc ciuitas/& veſtra reſpublica illuſtres magiſtratus:patres
& viri Senenſes:quod minime cuiq̃ obſcuruꝫ putamus:ma
gnis iampridem ſplendeſcit laudibus:ingenti excellit glo
ria:multis atqꝫ ampliſſimis ornamentis floret. Et vt mit-
tam ingenium loci agri fœlicitatem:cœli clementiam:ter-
ræ & maris ditionem:vetuſtæ decus originis:quippe quæ veteres Roma
Senenſis vrbis commendatio. nos auctores habet.Vt mittam ingẽtia tecta:præclara mœnia:excelſo-
ra pergama.religioſa /ac locupletiſſima templa: totius ſplendorem vr-
bis:imperii dignitatem:cũ illi & numeroſi/ & celebres ac vetuſti pareãt
populi:quæ omnia oculis ſubiacent:& in cuiuſqꝫ facile conſpectum ca-
dunt.Illa certe maiora ac mirabiliora videri debent:q̃ mentis atqꝫ ani-
mi cogitatione cernuntur ſumma religio /ac diuini cultus pietas:recta
gubernandi ratio:reipublicæ ordo:diſciplina virtutis:legum atqꝫ inſti
tutorum ſanctimonia:maiorum conſuetudo:ingeniorũ benignitas: ci
uium æqualitas atqꝫ concordia:& quod ſolum beatas facit reſpub.na-
turale quoddam ac diligens ſtudium pacis.Hinc fulget diuinum /ac cœ-
leſte donum:incorrupta & ſerena libertas:hinc litterarum & ſtudiorum
viget gloria.Ingenuarum artiũ:ac diſciplinarum cultus exiſtit:hinc ex
ternarum rerum affluentia patet:& magna quædam vbertas & copia:vt
in hac celebri admodũ patria /tum naturæ adiumenta /tum illa quæ pu-
tantur fortunæ cõmoda /tum vel maxime diuinæ bonitatis munera af-
fatim ſuppetere videantur. Quare inter antiquas ac nobiles nõ modo
Etruriæ:ſed etiam totius Italiæ vrbes annumerata eſt:& ad vltimas vſ-
qꝫ oras:& remotiſſimas orbis regiones:Sena vetus ac ciuitas virginis
nomen propagauit:& gloriam.Sed quænã eſt humanarũ rerum condi-
tio.Quod nemo ignorat:quod etiam ingemiſcendum eſt:virtus ſem-
per /& quæ maxime a virtute oritur:fœlicitas patet ĩuidiæ.Bonitas mũ-
Plato. dum effecit omnẽ:quod quidem in Timæo oſtendit Plato:& quæ in mũ
do ſunt condidit omnia.Hic eſt enim creator omnium:& mũdanæ vni-
uerſitatis opifex /effector ac molitor Deus:a quo omnis (vt idem Philo
ſophus inquit) procul abeſt /ac longe faceſſit inuidia.Mundum contra
omnem. quæ in mundo conſtant:quæqꝫ mouentur/omnia ſoluere / ac
Cõtra inuidiã labefactare conatur inuidia.Inuidia primum humanũ genus inuaſit:per
inuidiam primum ingreſſa mors eſt orbem terrarum.Nõ temere igitur
Homerus ſapiens ac nobiliſſimus vates Homerus:inuidiã execratus/ truculentam
belluam:aculeatuꝫ ſcorpium:voraciſſimam Tygridem:& quaſi quandã
humani generis cladem appellauit inuidiaꝫ. Quorſum vero hæc.Multi
per diuerſa tempora:quod vel accæpimus patrũ memoria /vel etiam ipſi
vidimus /liberam /pacatam/florentem /opulentã.Beatam rempublicaꝫ
Senenſibus inuidentes ſimul aut ſæua rapiendi cupiditate /aut execran
da dñandi libidine cõmoti:noua moliri iniuria laceſſere /bellũ inferre /
temere auſi ſunt.Alias clãdeſtinis cõſpirationibus /ac dolis malis inſi-
diãtes /alias palã delectu & magno conflato exercitu:& eq̃ſtribus:atqꝫ

pedeſtribus vndiqꝫ collectis copiis:in Senenſe ſolū irruentes:paſſiꝫ graſ ſantes:hoſtiliter inſultantes nobis. Idem nōnunꝙ exteri duces:idē nō nulli ſæpe finitimi ſunt aggreſſi. Per ſæpe in graue diſcrimen Sena voca ta ad extremum (vt ita dixerim) vitæ periculum:& pene vltimam liber tatis cladem redacta eſt. Proh mira immortalis Dei bonitas:proh inau dita atqꝫ incredibilis diuæ Mariæ virginis pietas. Omnium reſtitit ad uerſarioruꝫ telis:arma repulit:omnes proſtrauit inimicos:ſuperbos op pugnatores deiecit:hoſtes profligauit:Senenſi populo vrbi vetuſtiſſimæ ciuitati virginis proſpexit:victoriam peperit : veſtram rempublicā ſal uam fecit. Semper ciuitas virginis manſit incolumis:diuino ſepta præſi dio:& cœleſti illa protecta dextera quā nec hominis lingua:nec vox an geli fari poſſit. Iam non abſurde de illa Dauid cōcinat ſacratiſſimus va tes. Glorioſa dicta ſunt de te:ciuitas Dei:ciuitas Virginis:Vere nanqꝫ memorabile atqꝫ admirandū videri debet:vt vnus fuderit mille : & duo fugarint decem milia:Nomino ego neminem. ne in quēpiam fortaſſe contumelioſior videri poſſim. Referam tamen vnum de multis:quod & geſtum & verum fuiſſe cognouimus. Nā annis ſalutaribus. M.cclx (ſi re cte memoria teneo) ad montem apertum trans Arbiam fluuium:con tra aduerſantes atqꝫ oppugnātes finitimos:qui opibus:qui armis:qui magno equitum:atqꝫ peditum numero valebāt:a Senenſibus Ducibus parua educta manu:non modo fuſi:& fugati hoſtes:verum etiam capti multi:multi cæſi:reliqui profligati ſunt:ac de ſuperatis hoſtibus:quaſi optima quædam:Senam reportata ſunt ſpolia:præda ingens allata: il luſtris comparata victoria:glorioſus partus triumphus:vt tum pene vi cti hoſtes victoribus Senenſibus ſeruire viderentur. Nihil multis iam ſæ culis noſtra in regione tam magnum: tam præclarum. Sed quid vetera perſequimur. Cum ſæpe alias:tum proxima nuper æſtate quidam belli duces:non tam ſuis viribus freti:ꝙ eorum occultiore conſilio:atqꝫ ope qui nunꝙ eo contenti ſunt:quod eſt:& alienis occupandis opes augere ſuas quærunt:nihil tale Senenſes opinātes adorti ſunt: & in eorū agrū facto impetu:prædonum ac latronum more inſidiātium innocentibus & rectis corde:vaſtare omnia delere infeſta habere:armis:rapinis:cædi bus permiſcere omnia conabantur. Confuſa omnia:& perturbata vide bantur:aduerſus Romanam quoqꝫ eccleſiam:ſecretiora agitabātur cō ſilia:En reſpexit de cœlo Deus humanorum operū iudex:& iniuria laceſ ſitis Senenſibus:auxilium ferendum ſtatuit. Pulſauit idcirco ea res ani mum Sixti pontificis maximi:quem chriſtianæ reipublicæ principem:& Chriſti vicarium:propulſatorem iniuriarū:& caduceatorem ſanctū eſſe decet:Excitauit imprimis glorioſiſſimum Ferdinandum regem quidem potentiſſimum:ac principem pacis:qui ſæuam tyrannidem exoſus dura pectora mulcere didicit:belli motus compeſcere:improboruꝫ ſedare tu multus:Regali deniqꝫ poteſtate parceret ſubiectis : & debellaret ſuper bos. Regem inꝙ pacificum:ac noſtræ propugnatorem libertatis:qui ve re ad mortales iuuandos:atqꝫ ad prodeſſendum omnibus natus perſpi citur:quod non modo ſiculi norunt: Apuli:Lucani:Calabri:Brutii: cæ teriqꝫ quibus ille iuſte:atqꝫ legitime imperat:ſed longinquæ nationes: atqꝫ exteræ gentes:tum Ciſalpini plærique ac trāſalpini populi:quibus ille nunꝙ defuit:quos ſæpe:manu:exercitu:claſſe afflictis rebus iuuit.

Attende

Teſtes ſunt in proximiore regione aliquando Veneti: teſtes Mediolanenſes: teſtes Ferrarienſes: teſtes Florentini: teſtes ſunt Senenſes: quorum paulo ante oppugnatores debellauit: atq; ita debellauit: vt turpiter in fugam ceſſerint: & veteres Lares turpiter deſerere ſint coacti. Vt iam illud plane affirmare nõ dubitem: quotquot Senenſi patriæ aliquando inſidiati ſunt iniuriamue tulerunt: fœlicem Senenſibus rempublicã inuidentes: tum priſcis temporibus: tum noſtra etiã tempeſtate: eos & irrita atq; inania habuiſſe conſilia. & iuſtas tandem ac ſuis ſceleribus dignas dediſſe pœnas. Verum ad comprimendas impias atq; nefarias: improborum cogitationes: ad occurrendũ malignantium ſtudiis: vt in longitudinẽ quoq; ꝓſpiciatur: quod ſuũ ſapientis eſt: operepretiũ fuit ſalutare conſilium: atq; efficax remedium adhibere. Placuit igitur æterno principi: qui maxime res curat humanas: id quod diuam cœli reginã Mariam virginem vna cũ cæteris ſacris penatibus noſtris cõprecatam arbitramur: vt rex pacificus Ferdinandus: & pacificus Senenſis populus quod lætum: fœlix: fauſtũq; ſit ſancto fœdere iungerentur: amicitiam: ac ſanctam coirent ſocietatem: vt ſectatoribus pacis in vnum conuenientibus: quantũ tribuerit diuina benignitas: tranquilla ſint tempora: ſecura: & tuta ſint omnia: & nequitia atq; iniquitate ſublata: ſumma in pace viuatur. Hæc vero optabilia: & præclara ab immortali deo omnia profecta ſunt dona: a quo bona cuncta mortalibus tribuuntur. Muniſicentiſſima hæc ſũt munera. Magnifice igitur quatenus imbecillitas humana ꝓgreditur. omnipotentẽ cœlorum principem glorificemus: benedicamus: veneremur adoremus: grates imortales perſoluamus: ne tot tantorumq; beneficiorum immemores: ne ingrati prorſum videamur. Cæteri hoſtias cædant: victimas: ſua ſacra atq; holocauſtomata ferant mactent delectas de more bidentes: Hircorum atq; vitulorũ ſanguine litent. Nos pias preces ſacrificii cordis: ſolennia vota: ſacra adhibeamus ſupplicia: ante omnia expiatas mentes: accincti gladio iuſticiæ potentiſſimæ: quæ ſola eſt pacis ac beatitudinis auctor. Sit igitur gloria ĩ altiſſimis Deo: in terra pax hominibus: ad quã Senenſis populi tendunt ſtudia: veſtra omnia aſpirant conſilia: & pace firmiter conſtituta: bene: vt fœliciter ſit ſplendidiſſimo Ferdinando regi & illuſtri Senenſi generi: ac peculiari populo virginis. Poſtremo ille nobis pacẽ tribuat: q̃ vnus eſt auctor pacis: in cuius diebus orta eſt abundantia pacis: qui hominũ conciliationẽ lætari iubet in vinculo pacis: qui filios ſibi arrogat conſectatores pacis: ſi poſſident filii Dei optimum legatum: præclaram hæreditatem: & verum patrimoniũ pacis ſi dulce eſt præ cæteris rebus nomen pacis: ſi res iucunda & ſalutaris poſſeſſio pacis: ſi bonum & iucundum eſt in vnum habitare ciues: in vnitate concordiæ: ac tranquillitate pacis. Pax nobiſcum ſecura in terris: perennis in cœlo & eius in hoc ſæculo gratia: qui per omnia ſæcula ſæculorum viuit & regnat.

Peroratio:

Dixi.

¶ Auguſtini Dathi oratio. III. de Senenſis vrbis dignitate: atq; præſtantia: & recta eius ciuitatis inſtitutione: deq; ſeruanda reipublicæ tranquillitate & gloria:

PRodunt veteres hiſtoriarum ſcriptores:magiſtratus Lycurgus.
præclariſſimi ,ac vos omnes viri Seneſes:Lycurgum
Lacedæmoniorum regē qui ea in vrbe ſalutares im-
primis ,ac ſanctiſſimas leges condidit ,populum ad
obſequia principum:princeps ad iuſticiā imperiorū
inſtituiſſe. Neq3 enī quicꝗ aut in iis qui præſunt iu-
ſticia melius:aut in iis quos parere oportet:obediē
di volūtate ,laudabilius cogitari poteſt. Atq3 ita demū recte & præclare
hominum conciliatio:ac ſocietas regitur: ſi principes & ciuitatum re-
ctores iuſticiam tueantur:inferiores vero prōptos ſe & alacres ad parē
dum exhibeant. Quod ipſe mecū reputans ,ꝙuis nec ingenio ,nec do
ctrina ,nec dicendi exercitatione ſim ꝑditus:tum magnifici capitanei ,
& horum patrum imperio atq3 auctoritate coactus:quibus obtēperare
neceſſe eſt:ſuſcipiendum mihi hoc orandi munus:potiuſꝙ recuſandū cē
ſui. Non eram ipſe neſcius in hac præclara concione:& celebri atq3 fre-
quentiſſimo conſeſſu ,ſummam dicendi copiam:præcipuā orationis ele
gantiam ſingularem verborū dignitatem: iure optimo poſtulari. Verū
ad hoc magnum ,ac perdificile onus ſubeundū:nō mea me perduxit vo
luntas:ſed parendi neceſſitas compulit:quæ res ſpem haud dubiam in-
ſpectandæ veniæ pollicetur:præſertim a veſtra facilitate atq3 clæmentia
quæ ibi culpam eſſe minime putabit:vbi nulla præceſſit peccandi volun-
tas. Res magna hodierna die ſeſe mihi explicandam offert ,cuius ma-
gnitudo ac ſplendor etiam eloquentiſſimi cuiuſq3 oratoris copiam ,&
vbertatē antecellat:ſed huic pro ingenii fragilitate ſatiſfeciſſe videor: Diuiſio orōnis
ſi tria fuero breui oratione complexus. Dicam igitur pauca de Senenſis
vrbis dignitate:atq3 ꝑſtantia:de recta huius ciuitatis inſtitutione: de
tuenda reipublicæ tranquillitate:& gloria. ¶Conſideranti mihi mul- Narratio
tas ,ac præclaras Senenſis vrbis laudes: occurrit primum antiqua eiuſ-
dem vrbis origo: & a clariſſimis maioribus orta vetuſtas. Habet enim
Senenſis ciuitas matrem Romam: & omnium: quæ in toto orbe terra-
rum ſunt opulentiſſimam ciuitatē:habet progenitorem ac parentem vi
ctorē quondam gentium omnium ac dominum Romanorum populū
cuius decus:atq3 ampliſſimam gloriam:& latinæ omnes:& Græce de-
cantant hiſtoriæ. Quippe iactis Romanæ vrbis primordiis: qui a con-
ditore tanti imperii fluxerunt:profecti ad hæc loca:Senam condiderūt
& auctorem ſuum imitati.in collibus velut arcem quampiam mox futu
ram vrbem poſuere:quæ a paruis profecta initiis.vt in plæriſq3 contin-
git:paulatim exinde ad vrbis magnitudinem excreuit. Ea res dedit Se-
nenſi populo:quaſi originis ſuæ certum inditium ac perpetuū inſigne
Lupam nutricem:lactentes Remulum ac Romulum. Quod quidā non Inſigne vrbis Senenſis.
ignobiles auctores tradunt a Seno quodam Romano: & clariſſimo vi-
ro fuiſſe profectum:& ab eodem ipſo Sene inditum fuiſſe nomen. Hinc
Sena vetus ob priſcæ originis vetuſtatem: non modo Italorum vſur-
patione: ſed ferme populorum omnium conſenſu meruit appellari. In-
dicant vetuſta monumenta: ſigna cōpluria:monetæ inſcriptio:& mul-
tæ pluribus in locis ipſa vetuſtate pene oblitteratæ marmoreæ litteræ.
¶Quod ſi loci in quo ſita eſt:opportunitatem quærimus eminet hæc
quidē in editis ac ſaluberrimis collibus:viget amœnitate regiōis q̄ nec

humili planitie deprimitur:nec rurſum in ſublimiorem altitudinē eri gitur:quæ nec feruentiore æſtu flagrat:nec eluuione aquarum exundat nec aut Aquilonis/aut Auſtri impetu quatitur.nec exuritur ſolis ardoribus:nec niuibus/aut aſperiore gelu riget.Medium quoddā(vt ita dixerim)temperamentum aſſecuta eſt & locum eiuſcemodi:qui cæli excellit ſalubritate/atq; clæmentia:aeris temperie:vbertate agrorum:varietate earum rerum & copia:quæ neceſſarium victum & ſufficiētem alimoniam præbeat.Vt quantum Florentia finitima vrbs in planitie: tantū Sena in Hetruſcis collibus poſita:pluriſq; ciuitatibus antecellat.Hoc tamen ammirabilior:quod pro nemoribus & ſiluis:atq; agreſtium ferarū habitaculis:manu & opera ad cultum amœniſſimæ vrbis redacta eſt. Atq; vt ſi vrbem ipſam conſiderare voluerimus:extant ingētia ædificia præclara mœnia:ſplēdida ac magnifica tecta:religioſa delubra:fana augustiſſima:ammirabilia templa:marmore/ſignis/tabulis/pictura/atq; omni nitore fulgentia.Ex his baſilica maior:quæ eſt cathedralis eccleſia:& e regione eius hoſpitalis ædes vtraq; in honorem dicata virginis communi omnium iudicio tales ſunt:vt nuſquam conſimiles apud omnes fideles populos reperiri queant.quarum propter eximiam pulchritudinem/ac magnificentiam.longe lateq; fama vagatur:& plurimū Senenſis vrbis illuſtrat gloriam.Cuius quantus ſit decor:declarat pretioſus campus:latitudine:circuitu:& ornatu inſignis:ppulchro latere ſtratus:altis vndiq;:& præclaris circundatus ac redimitus tectis:tum viarū et platearum ordo:plurimi & ſcatentes aquarum fontes.deniq; omnis generis vel præſidia vel ornamēta:quæ ipſa in promptu ſunt omnibus: Iam de ampliſſima eius ditione quid multa dicere opus eſt. Terra mari q; Sena imperat:oppida complura:caſtella permulta:populi non ignobiles illi ſeruiunt:vrbes etiam non incelebres eius ditioni ſubiacent. In his feraciſſima ora:& omnis regio circunſcripta littoribus Tyrrheni maris:gregibus atq; armentis fœcūda:fertilitate ſoli:varietate fructuum.vbertate & multitudine paſcuorum vehementer abundans:q̄ quaſi frumentaria cella finitimorum omnium:ac per Altum præcipue ex celeberrimo Thelamonis portu multa exportans neceſſaria alimenta:etiā exteris & longinquis populis ſubminiſtrat.Sed quanta ſit Senenſis vrbis gloria.hinc maxime conſtare poteſt: quod non modo Cluſium Hetruſcorum quondam regum florentiſſimum domicilium:& inſignis regia:ſed etiam totius Hetruſci regni decus:in Senenſis ciuitatis imperium tranſlatum eſt. Et Romani quidem ab Hetruſcis regibus ſellam curulem:littores:togam pictam prætextam:magiſtratuum inſignia: Senēſes vero eximium regiminis ſplendorem:&maximam imperii gloriam acceperunt. Quid dicam de ciuium ingenio:facillimis moribus: naturali quadam vitæ ſuauitate:iucunda conſuetudine:mutuo inter ſe amore:charitate in ſuos.hoſpitalitate in peregrinos:beniuolentia in oēs. Quales viros hæc ciuitas tulerit:inumerabiles poſſint nobis exemplo eſſe. Ac plurimi in omni genere laudis multifariam floruerunt. Teſtis ſit cæles inclytus Bernardinus alter poſt apoſtolū Paulum prædicator veritatis. Teſtis ſit numeroſa turba beatorum Senenſium ciuium:quā firmiter credimus in cælo regnare cum Chriſto. Teſtis ſit virgo ammirabilis Catherina:non mulier:ſed Virago:& quæ in figura hominis cæleſtē

Cluſium

ſpiritum geſſit. In ſumma vero doctiſſimorum hominū multitudine: & copia: teſtes ſint Gerardus diuinus philoſophus: Petrus Ruffius noſtra memoria ammirandus philoſophus: Vgo Bentius alter quodāmodo mortalibus datus Hippocrates: multi in omni doctrinæ genere cum ſuperiore floruerunt ætate, tum noſtris tēporibus celebres: & illuſtres viri ammirabili gloria præſtant. Et vt taceam Alexandrū.iii. quem veteres narrant hiſtoriæ: vt taceam reliquos: quos narrare longū ſit: teſtem habemus locupletiſſimum Pium.ii: qui nunc in apoſtolatu ſedet virtute, ſapientia rerum omniū cognitione ac laude præſtantiſſimum: & pene ſupra hominis ingeniū innumeris decoratū, clariſſimum terreſtre ſydus & catholicæ fidei fulgentiſſimum lumen. Sed ad rectam ciuitatis inſtitutionem feſtinat oratio. Maiores noſtri Romanorum ſectatores: qui nobis hanc remp. tam præclare fundatam reliquere: optimis illam conſormarunt inſtitutis ac legibus: quibus & diuino cultui debitus honos exhibetur: & ſaluti ciuium: & cōmuni vtilitati conſulitur. Hinc ſolēnes cerimoniæ: anniuerſaria ſacra: multa ad diuini numinis cultum & venerationem religioſiſſime ſunt conſtituta. Nec vſq̄ gētium ſuperorum regina piiſſima: mortalium defenſatrix: incorrupta dei mater: & glorioſiſſima virgo: religioſius colitur, amplioribus honoribus celebratur: cuius nō ſolum tutela & ope hæc ciuitas fræta eſt: ſed etiam nutu poteſtate & legitimo imperio gubernatur & regitur. Porro iura, leges, inſtituta, municipales ſanctiones, probati mores, reliqua Senenſis ciuitatis diſciplina eiuſmodi eſt: vt vere a Romanorum fontibus orta eſſe videatur: Hinc forum prætoriū habendi ſenatus locus, comitiorū ordo: hinc ſubſellia: & plura tribunalia ciuilibus muneribus obeundis comparata Hinc ærarium: vectigalia: hinc tribuum trina partitio: hinc nobilitatis: & populi diſtincti ordines: hinc ſtudiorū Gymnaſia: in quibus theologi philoſophi, iuriſcōſulti, rhetores & diſciplinarū omnium ꝓfeſſores publice docent. Hinc magiſtratus cōſtituti: qui reip. præſint: qui ciuitatis ſalutē tueantur: q̄ eius dignitatē & decus ſuſtineant. Quos omnes a Romanis traxiſſe originē declarat hodierna celebritas: i qua hæc victricia ſigna: & p̄clara vexilla magiſtratibus tribuūtur: principi populi & vexillifero iuſticiæ ante omnes: tribunis populi qui cuſtodiæ ciuitatis inuigilant: Centurionibus & Centuriarū ſigniferis: quos ſequātur qui ex ſuburbanis locis mox qui ex agricolis delectū faciant: vt ita omnia Senenſis imperii mēbra ad vrbem: quæ caput eſt: quaſi ad domiciliū vitæ: & ad tutiſſimam arcem intendere videātur. Nec temere militaria hæc ſigna magiſtratibus ſunt tributa: vt intelligant omnes vigili cura: & militari quodam ſtudio: ac ſumma animi magnitudine laborandū: vt rectam diligentiſſimamq; reipublicæ amminiſtrationem tueantur. Ac de his quidem ſatis. Dixi.

Vgo Bentius.

¶ Auguſtini Dathi Orō. IIII. de optimis & rectoribus: & cōſeruatoribus rerum publicarum.

¶ Qui cuncta moderatur: & regit omnipotens deus pater & filius & ſpiritus ſanctus ille aperiat labia noſtra. vt ea fari poſſimus: q̄ & veritatis iter oſtendant: & nobis conferant ad ſalutem.

Exordium: NIhil eſt in cunctis humanis rebus maius excellentiſſimi do-
mini viri Senenſes: nihil ſummo oratore teſtante: illi opti-
mo: maximo: & omnipotenti principi: atq; immortali Deo
qui omnem mundũ regit: quod quidem fiat in terris acceptius: q̃ con-
cilia cœtuſq; hominum iure ſociati: q̃ ciuitatis vno: & proprio nomine
Idẽ Cic. de rep. appellantur. Et illi quidem qui primi vrbes cõdiderunt: & diſperſos mõ
tibus & ſiluis homines ac paſſim belluarum more vagantes: ad ſocieta-
tatem vitæ conuocauerunt: proculdubio magni viri extiterunt: ac iure
habiti ſunt: & appellati ſapientes. Sed pari quoq; digni ſunt laude: ea-
rundem ciuitatuꝫ rectores & conſeruatores: quorũ virtute: opera: aucto
ritate illa geruntur: quæ a totius mundi principe: ac rectore deo impe-
rata ſunt: in quibus vniuerſa lex pendet: & tota ſita eſt religionis ratio:
& recte ac laudabiliter viuendi diſciplina. Hæc duo ſunt æterni mãdata
principis: primum vt colatur deus: alterum huic ſimile: vt proximus di
ligatur. Hoc iubent leges: hoc populorum ſcita ſunt. Hoc iura diuina &
humana contendũt. Hoc ſtudio omni curare debent rerũ publicarum re
ctores & magiſtratus: vt per rectam illorũ amminiſtrationem: iuſte: pie
moderate: tranquille viuatur hominum conciliatione ac ſocietate. Tan
tiſper enim bona fuerit: tranquilla: & beata reſpublica: dũ boni & ſapi-
entes extiterint: qui magiſtratus gerunt. Tales nãq; conſtat eſſe ciuita-
tes ac populos: quales hi fuerint: qui eis gubernandis: ac regendis præ-
Confirmatio. ſunt. Boni ſunt autem qui acriter libertatem retinent: & ad libertatem
patriæ tuendam parati ſunt etiam vitam & ſanguinẽ fundere. Boni ſũt
qui omnia ad cõmunem referunt vtilitatem ac decus: obliti commodo
rum ſuorum Boni ſunt: qui totũ corpus reipublicæ procurant, nec dum
partem aliquam tuentur, reliquas deſerunt. Boni ſunt qui factioſorum
ſeditionem execrãtur: quæ res vna perniciem ciuitatis inducit: & vel fir
miſſimam labefactat ſepe rempub. Boni ſunt qui ira, odio, inuidia, ini-
micitia ac cæteris pturbationibus vacuos ſeſe pſtiterint. Boni ſunt rur
ſus qui intelligunt ſe gerere perſonam ciuitatis: & eius dignitateꝫ ſub-
ſtinent, ac decus: Boni ſunt: qui iuſticiam diligunt, leges ſeruant, iura
atq; inſtituta tuentur. Boni ſunt: qui diligunt inuicem, concordiam a-
mant, vnitatem ſpiritus conſectantur: pacem amplectuntur: quæ bono
rum omnium cumulũ præſtat: quæ totius humani generis ſaluteꝫ con-
tinet: & aurei ſæculi ſpeciem quandam imaginemq; reducit: cuius dulce
eſt nomen res ipſa iucunda ac vere ſalutaris: & quia a Saluatore xp̄o &
ſummo patre relicta: ideo certe cũctis theſauris p̄cioſior & patrimonio
omni: atq; hæreditate præſtantior. Boni deniq; magiſtratus ſunt: qui
omnia quaſi, deo teſte: quẽ trinum & vnum venerantur, ac metuunt: pie
agunt, cogitant, dicunt: nihil cupide & auare: nihil timide & ignaue: ni
hil intemperanter: nihil incontinenter, ac molliter gerũt. Qui non fa-
mam: vt ſtulti faciunt: ſed ſolam conſcientiã verentur: & dum rationeꝫ
virtutem veritatem ſequãtur: cætera pro nihilo putant omnia. Hos ſo
lent ſapientes dignos exiſtimare: qui reipub. præſint: qui magiſtratus ge
rant qui magnis negocis miniſtrandis & populorũ gubernaculis præ-
ficiantur. Ita enim ſubiectis proderunt hominibus: & eorum qui ab eis
reguntur, q̃ optimam geſtabunt curam: boni paſtoris exemplo; qui vel
animam ſuam dat pro ouibus ſuis: & rapacium luporum deuitat inſidi

as. Paſtores nāq; ſunt qui alios regunt & qui reguntur, merito Ariſto- tele teſte ouibus comparantur. vt ſcite Homerus paſtorem populorum Agamennonem appellare ſit ſolitus. Eiuſmodi nos magiſtratus ꝓba- mus: hos quærimus: hos optamus dari nobis in hac præclara ciuitate: atq; optime iſtituta repub. Quæ vna noſtris ſæculis floret: nec minus ſplendeſcit: ꝗ quondam bellica gloria præſtans Lacedemon: doctrina- rum laude clarentes Athenæ: imperio, & ſummis opibus Roma reful- gens: in hac in ꝗ vrbe: in qua omnium pene conſenſu aurea dominatur libertas. Tales nos magiſtratus intuemur: qui modo gubernant viros ſapientia, moderatione, integritate ornatos: & ciuitatis ſtudio: ac pa- triæ charitate flagrantes. Tales quoque annuat nobis Deus: hodie in hac præclara comitiorum celebritate: vt & ſumma ipſi virtute præditi: & eorum qui modo præſunt: inuitati exemplo patriam conſeruent, iuuēt amplificent. glorioſa dei matre, Regina cœli: & huius vrbis domina in- tercedente Maria & penatibus noſtris fauentibus ac propiciis: quorum ope & præſidio fræta Senenſis patria quæſo ſit illa quo ad fieri poteſt: im perium acceano: famam quæ terminet aſtris: ad æterni principis decus & huius florentiſſimi populi tranquillitatem & gloriam.

Homerus

Agamennon.

Lacedemon.

Dixi.

¶ Auguſtini Dathi oratio. V. de ampliſſimis laudibus Se nenſis, & vrbis & ciuitatis: deq; optima eius reipub: diſci plina: & recta gubernantium ciuium ratione: & modo vi- ce illius. qui ſanctæ Synodi Religioſorum omnium ſa- cri alicuius ordinis celebritate concionem ſit habiturus ad Senenſem popu- lum: generali eorū duce ac rhetore iu bente.

M

Emini me reuerendi patres ac ſacratiſſime cœtus: & in fre quentibus hominum conciliis: & apud viros ſapientes: & doctrina atq; auctoritate præſtantes. orationem habuiſſe ac perſæpe magnis de rebus verba feciſſe. nec tamen aut vires ſuccubue runt ingenii: aut dicendi fiducia nobis defuit. Nunc vero contra & ip- ſa ingenii mei fragilitas: & conſpectus veſter metuendus: ac veneran- dus: ab huius præclari muneris ſuſceptione: & a dicendo in hoc ſplen- dido conſeſſu longiſſime deterrebat: niſi veſtrarum dominationum: & paternitatum comperta benignitas: dicendi auſum præſtitiſſe.

Proloquium.

¶ Quod ſi dicam fortaſſe confidentius: veſtram incredibilem ſapien- tiam: & ſingularem rerum omnium doctrinam ignorare videar. Si vero nimium pertimeſcam: credat fortaſſe quiſpiā latere me maximā veſtram ammirabilēq; clementiam. Itaq; hinc atq; inde rebus omnibus exacti- us impenſiuſq; perſpectis, hoc michi accipiā dicendi tēperamentū: vt & parendi neceſſitati nō deſim: & orandi imperitiā: ꝗta pro rerū magnitu dine liceat orationis breuitate compēſem. Ea potiſſimū ſpe fretus: q̄ ab ingenti paternitatū veſtrarū facultate ꝓfecta: quibus ipſe careo: vires ſubminiſtret ingenii. Primum igitur cœleſtis numinis inuocato p̄ſidio de huius ciuitatis ampliſſimis laudibus dicēdū videtur: ne ab eorū diſſi

deam cõſuetudine: qui tum ex hoc loco tum etiam hoc tempore habe-re rationem conſueuerunt: Atq; illud imprimis cogitanti mihi ea de re explicandum occurrit: quod Scipio Naſica apud Romanos quondã ſapientiſſimus: & vir optimus a ſenatu iudicatus: vſurpare ſolitus erat cum de ciuitatis ratione: deq; republica tractandum cenſuiſſet. Nam & muros ſpectandos. & mores multo magis conſiderandos eſſe exiſtimauit. quorum quidem alterum mouet oculos & delectat ſi ordine: ſi modo: ſi ordine: ſi pulchritudine: & recta ratione conſtiterit: alterius longe maior oblectatio eſt. quum virtutis momentum: quum honeſtatis ĩſtitutio: quum rationis diſciplina a clibramẽtum affuerit. Sed vere hæc ciuitas quocunq; nos animo & cogitatione verterimus: quocũq; oculi aſpectauerint: & præcipuis inſignitur ornamẽtis: & ſũmiſſe laudibus efferendam præbet. Atq; vt ab his quæ in aſpectum cadũt: noſtra hæc ꝑficiſcatur oratio: præclara ſunt imprimis huius florentiſſimæ vrbis mœnia: celebria ædificia: magnifica tecta: religioſiſſima templa: ſancta delubra: ædes magno nitore fulgentes: vrbs ipſa ingentibus circundata muris: celſis ſepta propugnaculis: variis ac mirificis decorata ornamẽtis: vt merito iure inter celebres totius Italiæ ciuitates ob multarum rerum ſplendorem ãnumerari poſſit. Quæ vtiq; omnia ſi ſingulatim qſpiam complecti velit: vel Athenienſis Demoſthenis: vel Romani Ciceronis ſit opus eloquio. Forum nanq; ipſum: plateæ angiporta: compita / quadriuia: fana: porticus: viarum ordo: illuſtrium multitudo domorũ; Scatentium aquarum fontes: multiplex diuerſorum locorum: tum diſtĩctio: tum amœnitas: tum deniq; eorum quæ artificioſe cõpoſita & magnifice ſtructa ſunt: ac reliqua eius generis permulta: ita omnibus perſpicua atq; explorata ſunt: vt nec profecto meis verbis: nec cuiuſquam explicatione egere videantur. Erat priſcorum antiqua natio parum differens ab immanitate ferarum: quippe quæ paſſim ac libere / beſtiarum more: in ſiluis vagabatur & montibus: nec dum ciuitatum excogitatis conciliis. Primus autem vrbis conditor: quod maximorum bonorum

Ariſtoteles causa extiterit: quemadmodum Peripateticorum princeps Ariſtoteles ait. non ſolum in magno pretio habitus & honore eſt: ſed etiam veneratus vt deus. quippe qui id domicilium primus effinxit: ad quod gregale & ſociale anima hominem natura genuerat. Mox Semiramis Babylo

Semiramis. niorum regina ꝙꝙ alias fortaſſe non ſatis laudata: & veterum poetarũ carminibus: & doctiſſimorum hominum celebratur hyſtoriis: quæ priã inſtitutam & iam conditam vrbem cocto latere circunſepſit: ac tantæ rei præclarum inuentum artificioſo munimine redimiuit. Siue ipſa natura duce: quæ hominum maxime conciliationem reſpexit: ſiue vt qbuſdam videri ſolet: a conſtituentibus nidos auibus ſimilitudine ſumpta: Quas res declarat mea quidem ſententia inter præclara humani generis opera: vrbem imprimis conſtituendam eſſe: quæ parata & a quopiã ſapientiſſimo viro excogitata primum hominem maxime ſeiunxit a ferino victu: diſſeparauitq; a natura ferarum. Sed illa demum vrbs ãte alias magnis laudibus extollenda eſt: in qua ſicuti de hac conſtat: non ſolum murorum ædificiorumq; habita ratio eſt: ſed longe magis earũ rerum: quæ vel maxime ad humanæ naturæ præſtantiam: & quandam veluti ampliſſimam celſitudinem ſpectant: Ea vero ſunt quæ in abſoluta

ciuitatis ratione & perfecta reip. laude: ſita eſſe cognoſcimus. Quæ quidem pleraqꝫ oĩa huic ciuitati de qua loquimur: cuiuſqꝫ ornamenta nõ-
nulla pro ingenii noſtri ſũma imbecillitate delibamus: ſine dubitatiõe
adeſſe perſpicimus. Et.n. viri ſapientes & qui in omni philoſophantiũ
numero palmam obtinent: ciuitatẽ cum diffiniunt: hiſce terminis com
plectuntur. Multitudinẽ illam quidem eſſe domorum: agro ſufficienter
ac pecuniis abundantẽ ad bene viuendum. Paucis verbis plurimum ieſt
ponderis: & multa quæ ad magnum ciuitatis ſplendorẽ ac decus referũ
tur: luculente & grauiter collecta ſunt. Nihil deniqꝫ prætermiſſum quod
vel conditis vrbibus neceſſariũ eſt: vel huic ciuitati: quam laudandã ſu-
ſcepimus: aptũ atqꝫ conueniens. Non.n. tam magnifica tecta & muro-
rum compoſite atqꝫ artificioſe ſtructa congeries ciuitatẽ exornant: ꝙ
ciuium potius ſpectati mores: ꝓbatiſſime ac laudabiliter inſtituta vita
et recta deniqꝫ ac p̃clara reip. gubernatio. Quæ omnia proculdubio ĩ
hac ipſa vrbe cumulatiſſime eluceſcunt. Taceo igitur cœli clæmentiam:
aeris ſalubritatem ac temperiẽ. Vbertatem ſoli: agrorum fertilitatem:
loci oportunitatem: ſegetum cõmoditatem: varietatem fructuũ: cuiuſ-
qꝫ generis annonæ mirificam copiã: magnam vim frumentorꝝ & legu-
minum. Cereris & Liberi (vt aiunt) præcipuam affluentiã. Optimi peco
ris poſſeſſionem: numeroſa armenta: numeroſos greges: paſcuorꝝ fera-
citatem: optima & pinguiũ pratorũ: collium: & virentiũ conuallium
pabula. oĩum quæ ad vitam tuendam attinent: multitudinẽ ac redundã
tiam. Opes item atqꝫ ingentes facultates ſilentio p̃tereo. Externarꝝ re
rum nitorem atqꝫ elegantiã miſſam facio. Illa certe non poſſum non at
tingere: quæ ꝓ ſapientiſſimorꝝ hominum iudicio & vere opulentã ciui-
tatem: & vrbem ſplendidiſſimã reddunt: Itaqꝫ abundat hæc ciuitas ma
gnis ac p̃ſtantibus viris: optimos habet ac diligentiſſimos patreſfami
lias. Lætetur reſp. piiſſimis rectoribus. vt ſiue ſingulos conſideremus ci
ues: ſiue paucos: ſeu deniqꝫ vniuerſos: abunde ſuppetat pleniſſimæ atqꝫ
abſolutiſſimæ laudis cumulus. Nempe ciues ipſi primũ his omnibus p̃-
diti ſunt: ac decorati muneribus. q̃ in ſummis a clariſſimis viris ineſſe
ſolent. Bifariam philoſophi conſueuerunt partiri virtutes: & alias qdẽ
tradiderunt: q̃ natura nobis ingenitæ ſunt: alias porro quas diſciplina: Virtutũ ꝑtitio
vſus: atqꝫ exercitatio cõparauit. Primas illas quæ oẽs vno ingenti no-
mine continentur: huius vrbis ciues pleriqꝫ oẽs aſſecuti ſunt. vt & do-
ciles exiſtant: quæ res vna præ cæteris oĩbus præſtantiã hominis diſtin
guit a belluis: & memoriæ polleant bono. & demũ incredibilẽ animorꝝ
fœlicitatem. manſuetudinẽ: humanitatemqꝫ poſſideant. Quarꝝ rerum
tam etſi non ipſa laudetur adeptio: qñquidẽ illas natura dedit. at cer-
te rectus ac moderatus vſus plurimũ non ĩmerito laudatur: quod de vo
bis ciues clariſſimi liq̃do ac perſpicue conſtat. Atqꝫ vigẽt præterea acu
ta & ſplendidiſſima hoĩum ingenia. Itaqꝫ tulit ſemper hæc ciuitas viros
magnos: doctrina. gloria. ſũmæ eruditionis laude p̃ſtantes: & in oĩ ſtu
diorum ac litterarꝝ genere illuſtres ac præclariſſimos. q vel in diuinis:
ac ſacris eloquiis: & ſanctarꝝ ſcripturarũ oraculis. vel in altiſſimarũ oc
cultiſſimarũqꝫ rerũ contemplatione: cognitioneqꝫ admirabiliũ cauſarꝝ
vel in iuris tum ciuilis tũ pontificii tum diuini. tum etiã humani ſoler
tiſſima prudẽtia. ſanctiſſimarꝝ legũ peritia. vel in Medicinæ ſalutari ſapiẽ

ti a.vel in dicendi copia & eloquētiæ ſplēdore atq; oratoriæ laudis ele
gantia:vel deniq; in cæteris artibus atq; liberaliſſimis diſciplinis pluri
mum floruerunt.O præclarā ciuitatē.O vrbem viroꝝ illuſtriū feracē:&
oī genere laudis præſtantiſſimā.Q ui ſatis tuam amplitudinē & tuaru;
rerum icrebibilem maieſtatē referre poſſit.Sed pauca de multis q̄ ad ſci
entiæ pertinent laudē:hæc delibaſſe ſufficiat.Impar ē noſtri īgenii imbe
cillitas tantaꝝ rerum efferendis præconiis.Q uid dicā de eaꝝ virtutū
ſumma præſtantia·in q̄bus vera laus ſita eſſe dignoſcitur.Magna & ad
mirabilis virtus Prudentia eſt.& rebus hūanis recte gerēdis maxime ne
ceſſaria.quæ res bonas:malaſq; diiudicat..q̄ cæteris virtutibus oībus
Socrates adeſſe ſemper & itermiſceri debet.vt & p̄cipua ſit ac præſtantiſſima oīu;
et nulla ſine prudētia.id qđ Socrates rectiſſime ſenſiſſe creditur:rite lau
dari poſſit.Verum q̄s dubitat hanc adeo vigere ac pollere apud vos ci-
ues ornatiſſimi:vt nemo non prudēs:non ſapientiſſimus & haberi & ap
pellari poſſit.Q uā rem profecto facilius quis noſſe q̄ explicari queat.
Eximia atq; excellentiſſima virtus Iuſtitia eſt:q̄ reddit ius ſuum cuiq;:
quæ nemini nocet:prodeſt omnibus:quālibet propulſat iniuriam:com.
munem vtilitatem ſectatur:oīum hominum ſaluti conſulit:dignitatē
conſeruat.At ſplendeſcit ea quidem:& in mirum modum in hac veſtra
præclariſſima ciuitate luceſcit.Q uod & raro per hæc polluta tempora
ac deprauata ſæcula vſpiam cernitur:& de hac vna vrbe veſtra ægregie p̄
ter cæteras omnes quæ quidē recte iudicare poſſunt:fere vno ore & vna
eademq; voce teſtātur.Q uod ſi animi magnitudo miris effertur laudi
bus:quod emineat atq; antecellat imprimis:quoniam circa res arctas
ac perdifficiles:circa labores perpetiendos:circa ſubeunda pericula:nō
recuſanda etiam grauiſſima diſcrimina.Circa glorioſam quoq; ſuſcipi
endam mortem:abſq; dubitatione verſatur.Nemo eſt:qui neſciat hāc
vnam cupidius coli accuratiſſimeq; ſeruari:præſertim cum vtilitate p̱-
poſita:& ad tuendam amplificandamq; ciuitatis ſalutem ac dignitatē
Q uamobrem ea virtus maxime a ſapientiſſimis viris laudari cōſueuit
vt per fortitudinem & per maximam hanc ſplendidiſſimamq; virtutem
patriæ commodis ac reip.p̱ſpiciatur honoribus.Q uotiēs magno ela
to/excelſo animo/hac vſi ſint:tum ſinguli veſtrum:tum etiam vniuerſi:
cum reip.vtilitas:cum patriæ neceſſitas poſtularit:innumera poſſint in
medium exempla proferri:vt ob eam cauſam.viros magnos:viros for-
tes/magnanimos/glorioſos/& omnium ſumma prædicatione di
gniſſimos cenſeamus habendos:& ſæpenumero veteribus comproban-
dos Romanis:qui patriæ ſalutem ac decus/vitæ anteponere non dubi-
tabant:& modo ciuitati prodeſſent:& ſanguinem profundebant:& ſe-
Decii ctati Deciorum:quos hiſtoriæ celebrant:præclara veſtigia:morti ſeſe vl
tro ac ſponte deuouebant.Q uid loquar de temperantia/moderatiōe
frugalitate:in qua vna præcipue admirabilis virtutis ſplēdor & laudis
Tēperātia claritudo verſatur atq; conſiſtit.Nam ſi temperantia eſt(vt philoſophi
tradunt)animi circa res inutiles atq; inhoneſtas/victrix ac pudica do-
minatio:cuius nitore & luce tota hominis vita refulget.Q uis eſt:qui
ignoret huius laudē in hac ciuitate clareſcere/ac plurimum dominari:
Modus in rebus:ordo in humanis actionibus:hinc vel maxime ſum-
pſit exordium.Modum vero tueri/ordinem in cunctis gerendis rebus

conſeruare ,magna ac ſplendidiſſima virtus eſt:quæ ab ipſa quoq; rerũ
omnium procreatrice,& optima parente ,natura nobis omnibus indi
ta vel ingenita videtur potius. Illud Horatii Fracci teſtimonium verũ ẽ — Horatius Flac.

Eſt modus in rebus:ſunt certi deniq; fines:
Quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum.

Hæc vos virtus ciues ampliſſimi ,celebres & glorioſos reddit. Itaq; Chi — Chilon Lace.
lon Lacedæmonius ſcite dixiſſe fertur:qui vnus fuit ex ſeptem ſapientũ
numero:quodq; ab omnibus rectiſſimo animi iudicio comprobatur.
μηδεν αγαν. quod Latini interpretantur. Nihil nimis. Quandoquidẽ
virtutes omnes mediocritates quaſdam philoſophi eſſe aſſeuerant. Atq;
ita omnibus in rebus optimam eſſe mediocritatis regulã: vt omne qđ
nimium ſit ,vituperatione ac probro carere non poſſit. Quocirca illud
laudatur Pythagoricum εν πασιτο μετρον αρισον. In cunctis menſura — Pythagoricum
optima. Quis igitur vos non laudet:quis non prædicet:quis non plu — ſymbolum
rimum admiretur:apud quos certi ſunt rerum fines:& conſiliorum at
q; operum:totiuſq; deniq; vitæ ordo moduſq; ſeruatur:& eorum q̃ vel
dicuntur vel fiunt:recta menſura eſt. Fidem:conſtantiam:grauitatẽ:ani
mi magnitudinem:probitatem:cæteraſq; tum multas: tum maximas
virtutes ſi pergam:non dicam laudare:ſed referre deficiat me dies: ad
quod explicandum(vt Hieronymi verbis vtar)Tulliani fluuius ſiccare — Hieronymus.
tur eloquii. De re autem familiari:deq; domeſtica adminiſtrationis in
ſtitutione nihil eſt:quod fuſius dicendum eſſe videatur. Quæ cum in li
beris educandis imprimis eluceat:quanta ea in re veſtra hæc laude di
gna ſit ciuitas:cum multa argumento ſunt: tum hoc præ cæteris quod
veſtra pubes : & bene inſtituta iuuentus:ita bonis artibus : & laudatis
exercitationibus mancipatur:vt ſuo poſt tempore mirificos : ac lætiſſi
mos fructus efferat:quod eſt ciues bonos:ſtudioſos integritatis:ama
tores patriæ:contemptores libidinum:inſectatores turpitudinis:lau
dis & ſolidæ:appetentiſſimos gloriæ. Quod ſi ad initiorum regulam
reliqua vita decurrit:vt ad Demetriadem ſcribẽs teſtatur ſacratiſſimus
doctor Hieronymus:veſtræ vrbis glorioſa iuuentus: optimis a teneris
annis virtutum imbuta odoribus:eoſdem in omnem producit vitam:
et in vniuerſam iugiter conſeruat ætatem. Venio nunc ad ea:quæ veſtræ
reipublicæ extollunt gloriam : ad diſciplinam ciuitatis.& rectam gu
bernandi rationem. Cum enim in artifices: agricolas: milites : magi
ſtratus:bene inſtituta ciuitas partiatur:ab re eſt:vt de agricolis: deque
artificibus :longiorem ſermonem faciamus . qui omnes vberem re
rum omnium ſubminiſtrant : ac ſuppeditant copiam : & neceſſariam
ad cultum vitæ ſufficientiam præſtant. Artium tamen multitudo : &
ſumma miniſteriorum varietas:veſtram hanc & decorant : & longiſſi
me illuſtrant ciuitatem. quibus excolitur: ac expolitur humanum ge
nus. Vnde eleganter:ſane:ac luculente : magnus philoſophus : & im
primis ſapientiſſimus Plato : negociatores : & mercaturæ ſectato
res plurimum laudare conſueuit. Itaque & a Iureconſultis: hæc ver
ba de Platone ſcripta ſunt. Vir ſummæ prudentiæ: & auctoritatis
apud Græcos Plato : quum inſtrueret : quemadmodum ciuitas — Plato.
omnis bene : ac beate : habitari poſſit : huiuſmodi negociato

res imprimis neceſſarios duxit. Reuerendi patres ac vos ciues p̄ſtantiſ
ſimi veſtræ ciuitatis inſtitutione ſi quis recta & euoluta animi notione
contemplari voluerit: nihil compoſitius, nihil ſanctius, nihil melius: ni
chil ornatius cogitari queat. Iura diuina: humanæ leges: & præclara in-
ſtituta teſtantur. Scimus iuſticiam & pietatē eſſe ſeruandam in his ciui
tatibus: quæ recte ſunt legibus ac moribus conſtitutæ. Vt per pietatem
ſanctiſſime diuini cultus cuſtodiatur honos. deum verum trinū & vnū
omnipotentem mundi rectorē: creatorem viſibilium omniū atq; inuiſi
bilium creaturarum largitorē bonorum omnium: cūq; illo glorioſiſſi-
mam atq; intemeratam virginem ſaluatoris noſtri dei genitricē & ſa-
cratiſſima cœlitū concilia pia & congrua celebritate veneremur. Per iu-
ſticiam ad bene uiuendum: & ad rationis normā hominum vita ſalubri
ter dirigatur. Quibus ex rebus bene cōſtitutæ ciuitatis diſciplina pro
ficiſcitur. Proh deus immortalis quanta harū rerū omniū hæc vna ciui
tas laude floreſcit: pia in deum ſtudioſiſſima chriſtiani cultus orthodo-
xæ & catholicæ religionis obſeruantiſſima ſacrorum & cerimoniarum
cultrix diligens: gens ſācta: populus fidelis: ciuitas diuinis miniſteriis
libenter intenta. de qua illud ꝓpheticū iure conueniat. Glorioſa dicta
ſunt de te ciuitas dei: cuius fundamenta ꝓculdubio locata ſunt ſuper
firmam petrā: & in montibus ſanctis conſtituta. Ciuitas dilectionis, ci
uitas concordiæ, ciuitas charitatis & pacis. Quā iccirco beatam ſen-
tire debemus: ipſa quoq; euangelica veritate teſtāte: quæ ait. Beati paci
fici: quoniā filii dei vocabuntur. Beata igitur & pacifica ciuitas: & q̄uis
pace gaudens hominū conciliatio ac ſocietas: quā dei filiā & dilectam
deo atq; hoībus exiſtimare debemus. Cuius leges: cuius mores: cuius
inſtituta: cuius diſciplina omnis ad virtutē, ad iuſticiā, ad honeſtatem
ad decus ſpectat: & ad ſolidā dirigitur gloriā. Inſtituta ad exēpla recte
viuendi: exēpla ad ſpecimen veræ laudis eluceſcunt. Laudāt veteres ma
iores Athenienſiū vrbem: ſed in ea vna floruit humanæ ſapientiæ & do
ctrinæ cognitio. Quippe ex qua plurimæ phōrum diſciplinæ fluxerunt
Lacedæmon — Laudant & glorioſam Lacedæmona p̄dicant: Sed quæ eius cōmendatio
alia afferre poteſt, q̄ rei militaris & bellicæ exercitatiōis gloria. Laudāt
Chorinthus — ac plurimū Chorinthum efferunt. Sed quorſum eius niſi ad nitorē ac lau
ticiam: ad opes delitiaſq; laus intenditur: vt totius Græciæ lumen Cice
rone ꝓdente appellaretur. Singulæ ſingulis ornamentis antecellebant.
At veſtra hæc nulla vera & certa bonarū laudatiſſimarūq; rerum omniū
atq; artium laude deficit. Quam non Solones, aut Dracones: aut hu-
manarum conditores legum extollunt: ſed chriſtianiſſimi ritus ſanctiſſi
ma obſeruatio & iuſticiæ firma cuſtodia: vt ſi Thales triplicē ob cauſam
Triplex fortunæ gratia. — fortunæ gratiam agendam putaret, quod homo non bellua: quod mas
non fœmina: quod Græcus, non autem Barbarus natus eſſet: vos ciues
præſtantiſſimi cœlorum principi: cuius verum numen eſt: grates immor-
tales perſoluere conueniat: quibus tam glorioſa ciuitas, tamq; multis
ornata laudibus patria cōtingit quā patres noſtri huius ſacræ religio-
nis profeſſores deligere inſtituerunt. in qua ſanctam hanc ſynodum cele
brarēt: quoniā ibi plærūq; diuini numinis inſpirante gratia, cūcta rite
procedunt: vbi ſobrie, iuſte, pie, ac religioſe viuitur: vbi viget dei timor
quod vt cecinit ſacratiſſimus vates, rerum omnium primum eſt: vbi re-

gnat Prudentia:cōmunis vtilitatis affectio:dilectio proximi:virtutum chorus incredibili fulgore clareſcit. Quibus de rebus lōge fortaſſe melius erat:nihil fuiſſe locutū:ꝙin concinna & breui nimiū orōne voluiſſe complecti. Sed quod ingenii imbecillitas prætermiſit:adiungit optima ac ſincera voluntas. Nos vero:qui intellexerimus hunc cœtum:& ſeruorum chriſti congregationem humaniter benigne:& lætiſſimis animis fuiſſe ſuſceptam:arbitramur nullam poſſe a nobis æquam tātis meritis rependi gratiam. Nō enim Homerum ſecuti eſtis dicentem. Sed Apoſtolicū:qui volentem abire ſaluatorem:coegerunt illū:vt ſecū maneret inclinata die. Quam vero agere nequit noſtræ tenuitatis fragilitas:mens ipſa cuius multo amplior vis ac poteſtas eſt:habebit immortalem ac ſempiternam. Quodq; datū eſt his qui contemptis humanis delitiis:& terreſtribus rebus abiectis:Deo ſeruiunt:& in lege domini dies meditantur. ac noctes deuotiſſimas fundemus pces ad eius incōprehenſibilem maieſtatē. qui orationes exaudire dignetur humiliter ſupplicantium:& vota mortaliū reſpicit:ſi iactauerimus cogitatum in eum:vt ipſe nos enutriat:tueatur:foueat:vt hæc glorioſa & præclara ciuitas in bonis operibus perſeueret:& ab eius gratia nuſquā diſcedat qui cumulū largiturnobis bonorū omnium:vt pro ſua ineffabili bonitate vos adiuuet:defendat amplificet:augeat rempub. ac fœliciſſimā faciat:& cœleſti benedictione dignetur:vt ab omnibus liberetur inſidiis hoſtili quaq; inuaſione cuſtodiatur. cunctis ꝓtegatur aduerſis:vt in huius vitæ varietate concordiam:dignitatem:vnanimitatē:mutuam beniuolentiam ſeruare poſſitis:& illa lætari perpetuo:quam mundus dare non poteſt pacem. Finem igitur dicendi faciam:& Apoſtoli verbis vtar pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum:cuſtodiat corda veſtra:& intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu domino noſtro. Scio me:qui nō ſum exigui mei ignarus ingenii:minime tantarū rerum magnitudinem potuiſſe conſequi. Peto veniam ſupplex:& horum qui adſunt:imploro clemētiam:præſerſim reuerendiſſimi patris noſtri ſummam benignitatem. vt congruam ac debitā erratorum emendationē adhibere velit. Spes eſt in reuerendiſſimi noſtri Generalis incredibili humanitate:qui nō ſine maximis rationibus tanto miniſterio dignus habitus eſt: dilectus deo & hominibus ob ſummam integritatē:præcipuam virtutem:morum ſanctimoniam:agendarum rerū peritiam:exquiſitam eruditionem atq; doctrinam:diuinæ legis perfectam inſtitutionem:ſacratiſſimæ diſciplinæ notitiam:& perfectam quandam cūctis in rebus prudentiam:quem paſtorem:quem rectorem:quem tantæ religionis cuſtodē dedit nobis dominus:qui nos dirigat in viam ſalutis:& huius dominici gregis curā & vigilantiſſimam cuſtodiam gerat. Eius igitur ſufficientia quæ omnibus a deo:apoſtolo teſte:& meos omnes tum emendabit errores: tum etiam defectus explebit:illo fauente:qui infinitis ſæculis regnat.

Homerus

Lucæ vltimo.

Peroratio.

Dixi

¶ Auguſtini Dathi oratio. VI. De iis rebus: quas rerumpublicarum rectores ac magiſtratus habere conueniat.

Excuſatio. NOn ſum neſcius magnifici atq; excelſi domini & chariſſimi magiſtratus vos reliqui præſtantiſſimi ciues eum qui in tã celebri loco verba facturus ſit: magnis quibuſdam & ꝑclaris laudibus ornatum eſſe oportere: vt nõ modo loci dignitati. ſed etiã rei magnitudini: & eorum qui adſint: expectationi ſatiſfacere poſſit. Scite & vere doctor ſacratiſſimus dicere ſolitus erat: grãdes materias. ingenia parua non ſufferunt: vt cũ ea omnia mecum animo repetam: ſubuercar ne nõ potius inconſulto: ꝙ modeſte feciſſe videar: qui in tam claro & illuſtri conſeſſu orationem habere decreuerim apud eos: quorum plane eruditio ac ſapientia exploratiſſima eſt. Sed fiduciam p̄ſtat veſtra ſumma facilitas: quæ nõ orationis ſplendorem poſtulabit (vt arbitror) ſed potius ſententiæ veritatẽ: & dicentis non arrogans inſtitutum: ſed optimam mentem: rectiſſimũq; ꝓpoſitum.

Narratio Q uæri igitur ſolet a doctis ac ſapiẽtiſſimis viris quæ illa ſint: quæ ciuitatũ rectores ac magiſtratus habere conueniat: vt bene pacate: ac tranquille vna quæq; ciuitas ac reſpub. gubernetur. vt & veram beatitudinẽ adipiſci poſſit: & ꝑpetuo ocio ac diuturna pace fruatur. Sed ea demũ maxime ſeruanda ſunt: quæ nos hodie apud veſtram celſitudinem breui percurremus. Nã præ cæteris rebus diuini cultus reuerentia tuenda eſt. Iuſticiæ conſeruatio: cõcordiæ vnitas: recta adminiſtrandarũ rerum ratio. Et enĩ ciuitas teſte magno Philoſopho: ſocietatũ omniũ principaliſſima eſt: & principalis boni gratia conſtituta: ſed hominibus bona: niſi ab omnipotente rerũ omnium creatore tribuuntur. Nã omne datum optimũ: atq; omne perfectum donum deſurſum eſt: deſcendens a patre luminum. Ille auctor pacis eſt ille dator quietis: ille largitor ſapientiæ: ille deniq; gratiarum omniũ fons vberrimus. Illum igitur venerari: illum ſuppliciter obſecrare debemus: vt pro ſua immenſa clementia ciuitatẽ veſtram cuſtodiat: & remp. tueatur. Proxime accedat iuſticia: quæ vt in publicis adminiſtratiõibus maxime dominatur: quæ reddens cuiq; quod ſuum eſt, bonos extollit: malos deprimit: probos honorat: mulctat improbos: ſuperbis reſiſtit: humilibus dat gratiã: inſolentiam cohercet: virtutẽ celebrat: atq; omnia gerit: quibus ciuitatis ſtatus, decus ac dignitas conſeruatur. Nã huius virtutis ꝓprium eſt, declinare a malo, & facere bonum: ex quibus operibus prophetæ teſtimonio oritur: atq; manat tranquillitas quod eſt ſummum atq; ampliſſimum ciuitatis bonũ. Q uod de concordia multa dicamus. Vinculũ ciuilis ſocietatis vnanimitas eſt: quæ dũ vna eademq; voluntate reipub. ſalutem & conſeruationem intendit: omnia fœliciter omnia proſpere: omnia pro voto ſuccedunt. Ecce ꝙ bonũ inquit ꝓpheta: & ꝙ iucundum habitare fratres in vnum. Magnũ bonum concordia eſt: quæ remp. vel ſola tuetur iucundum bonũ: quod perpetuam pacẽ: ac ſecuritatem parit: vt vbi ea fuerit: ibi vera ac ꝑpetua tranquillitas eluceſcat. Poſtremo recta gerendarum rerum ratio neceſſaria eſt. Q uæ omnia & cõſilia & cogitationes & opera reipub. vtilitatem referat: & ad ciuitatis ſalutem: & ad cõmune bonum dirigat. Q uoniam factio & priuatarum rerum reſpectus: & ſuorum commodorum cupiditas: vt p̄clare hiſtoricus magnus inquit: ſemper nocuerunt: nocebuntq; conſiliis: Ciuitatis bonum proponendũ eſt: & ad illud aſſequendũ tenendumq; omnis eſt adhibenda cõtentio. Hæc veſtra nouit ſumma prudentia: hæc ve-

ſtra ſeruat induſtria:quæ ſi eadẽ exercere diligentiſſime perrexeritis:flo rentiſſimã ſemperq̃ poſſidebitis remp.libertatem/pacẽ & gloriam reti nebitis:quæ magna & pcipua ciuitatis bona ille ſemper impartiri & cõ ſeruare dignetur:qui ad imitationẽ Hieruſalem ciuitatis ſupnæ per vir tum obſeruationẽ voluit & in terris illius imaginẽ condi.Veſtra autẽ illa ſit:q̃ imprimis omniũ bonorũ amplitudine atq̃ vbertate floreſcat. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi oratio:VII.De republica vere beata.

D Ecebat nõ imperitum hominẽ ac peradoleſcentem me vel puerum potius celebres magiſtratus atq̃ excelſi dñi.ſed vi rum auctoritate præſtãtem & eloquentiæ ornatã laudibus in hoc illuſtri loco & pclaro conſeſſu verba facere.Excuſationẽ afferet: quæ ſola coegit parendi voluntas/& ſumma pro viribus orationis bre uitas.Præcipue vero cũ non ad recte gubernandã remp.cohortanda ſit veſtra amplitudo:ſed de bene/ſapienter/moderate/ac iuſte adminiſtra ta:ſit certe ſummis laudibus efferenda.Nã qui cupiunt vere beatam eſſe remp.ii.pculdubio diuini numinis maieſtatẽ:& cælites ac ſuperos om nes ſumma veneratione & ampliſſimis pſequũtur honoribus. Si omne datum optimũ/& omne donum perfectum deſurſum eſt: & ab immorta lis principis largitate pia ſanctorũ interceſſione bona cuncta pcedunt: Proxime iuſticiam proponũt:atq̃ eam ſtudio omni ac totis viribus cõ plectuntur:quæ reddens vnicuiq̃ quod ſuũ eſt/vna præ cæteris in omni reipub.adminiſtratione maxime dñantur:reſiſtens vbiq̃ ſuperbis:dans verã humilibus gratiã.Adhibent porro concordiã/atq̃ vnanimitatẽ quod eſt vel maximũ ciuilis ſocietatis vinculũ:& ciuitatis ſalutẽ/ſecu ritatem conſeruationem inducit.Quandoquidẽ optimum & ſalutare eſt habitate fratres in vnũ:vt inquit propreta:& in vnam ſemp conueni re animorum ſententiã: Ad hec autem ſuorũ obliti cõmodorũ/omnia Dauid. conſilia/verba opera/ad reip.decus & cõmunẽ referunt vtilitatem.deni q̃ ſalutem patriæ nõ modo externis rebus:ſed vitæ quoq̃ anteponunt & ſanguini. Quæ omnia excelſi magiſtratus cũ de veſtra amplitudine exploratiſſima ſint/cæteris relictis:quæ probe nouit veſtra incredibilis ſapientia:& ſæpe a doctiſſimis viris ex hoc loco pertrãctata ſunt. Fũde mus pias a d deũ & genitricem eius pces:vt veſtrũ imperium & præclarã ciuitatem ornatã armis/legibus armatam:quæq̃ in ſummorũ ciuiũ ad miniſtrationem incidit in tranquillitate pacis & rerũ omnium ſplendo re & gloria perpetuis ſæculis tueatur:ad ipſius omnipotentis dei laudẽ Dixi.

¶ Aug.Dathi oratio.VIII.de pclara reipublicæ inſtitutione.

E Rant partes meæ:niſi fallor excelſi atq̃ illuſtres domini:& ampliſſimi magiſtratus:qui ad hanc pclaram læti diei hu ius ſolennitatem cõueniſtis:hanc tam grauẽ & imbecilita ti meæ intollerandam orandi pvinciam:iis agendam relinquere: quo rum & eloquendi copia & elaborata induſtria comperta omnibus atq̃ explorata ſit.Partes magni oratoris datæ ſunt mihi: quæ illum dece bant:quem merito ob maximas virtutis & ſapientiæ laudes:Capitane um populi : magnis rebus gerendis conſtituit veſtra reſpublica.

Nec me fugiebat hōc mihi tum per ætatem:tum ob inſcitiam minime conuenire.Sed ſi mihi hoc indecorum:illud certe multo erat magis aſpernari magnifici capitanei iuſſa:quæ me proculdubio capeſſere fas eſt. Qua ſola ratione ductus:inde mihi ſumam dicendi exordium: vnde omnis tantæ celebritatis ratio profecta eſt.Nec quæ ad rem non pertinent.curæ erit mihi vt aggrediar:quod facere ii ſolent: qui vel multa ſeſe ſcire profitentur:vel vberiore oratione adminiſtrationem ꝙ maximam apud eos qui audiunt:& ampliſſimam laudem conantur adipiſci. Ego vero quæ de præclara reipublicæ inſtitutione dicenda exiſtimauerī ea perbreui quadam ſum oratione proſecuturus.Socrates parens philoſophiæ:quem ſapientiſſimum oraculo Delphici Apollinis iudicatū ſeꝛunt:cum de optima republica loqueretur:& quidnam de illa ſentiret:ī medium proferret.Optima ciuitatis iacta fundamenta dicebat:& ppetua firmitate conſtare:ſi ſapiens:ſi virilis:ſi temperās:ſi iuſta foret.quæ quidem magnæ eximiæq; virtutes:tam &ſi totius humanæ vitæ continent rationem:præcipue tamen ad bene regendam ciuitatem neceſſariæ ſunt:vt abſq; earum præſidio nulla nec munita ſatis:nec tuta ſit ciuitas.Sed quippe ſtabilitas omnis & tota imperii diuturnitas:ab iis ſalubribus fontibus orta:tum demum hominū concilia tuetur ac ſeruat. ſi earum quas Socrates numerabat virtutum robur:perpetua atq; icōcuſſa firmitate teneretur.Præclare Socrates:& hoc quidem imprimis eleganter.Nam quis dubitare poſſit rationem:quæ ſoli in omni animantium numero homini data eſt:hominem ſeparare a natura ferarum:ac longiſſime a belluarum immanitate ſegregare.Sed quid ratio petit.q̄d ſpectat aliud ꝙ virtutis actionem atq; exercitationem:quæ ab ipſa ratione profecta latiſſime patet:& tum ſapientiam prudentiāq; tum æqtatem animi magnitudinem verecundiam modeſtiam probitatem. Fidem colendam ſuadet.præcipit:imperat.Quarum virtutum ſapientia quæ vna omnium excellentiſſima eſt:in maximarum rerū cognitione conſiſtit:Prudentia in capiendis conſiliis:& bonarum malarumq; rerum habendo delectu: Aequitas in hominum ſocietate tuēda:ac ius ſuum reddendo cuiq;.Animi magnitudo alias in perturbationibus repellendis:ſedandiſq; iniuſtis motibus.alias in fragilibus contemnendis rebus tota verſatur.Modeſtia in omnium conſiliorumq; ſeruāda ratione:& eorum omnium quæ vel dicuntur:vel aguntur ordine & modo quibus ex rebus conflatur.ac demum conficitur id: ad quod naſci hominem Philoſophi vero teſtimonio profitentur:quod eſt ad fœlicitatē adipiſcendam:& illam conſequendam beatitudinem:quæ certe ſtatus ē bonorum omnium congregatiōe perfectus.Sed ſi ſingulis hominibus hæc vehementer ſunt neceſſaria:ſi beati eſſe volunt:& a mutorum animalium feritate diſtingui:quanto magis hominum conciliis ac cœtibus: quæ ciuitates appellantur:vt nihil ſit:quod illis pricipi deo placeat magis:nihil quod omnino poſſit eſſe acceptius.Vere nanq; homo gregale animal eſt:& ad ſocietatem natum. Sed omnium principaliſſima ſocietatum ciuitas eſt:quæ Ariſtotele magno teſtante philoſopho cæteras omnes abſq; dubitatione complectitur.Quare ſi recte noſſe:ſi vere ſentire voluerimus:ſtatuemus proculdubio totam & bene viuendi & bene regendi rationem in ſola virtutis actione conſiſtere: & a ſapientia

Socrates.

Ariſtoteles.

fluentis:quæ vna virtutes omnes ſuo ambitu cōtinet:dubio procul ma
nare ac proficiſci. Atqꝫ hinc erat illa Platonis iam nota omnibus ac ce
lebrata ſententia. Qui dicere ſolebat:beatas fore reſpublicas ſi eas vel Plato.
ſtudioſi ſapientiæ regerent:vel earum rectores ſtudere ſapientiæ conti-
giſſet. Ac propterea ſcite ſimul atqꝫ imprimis vtiliter:optimus vitæ in-
ſtitutor:qui luculentum de hac virtute librum edidit his verbis.terrarū
principes ac rerumpublicarum rectores inſtruit. O reges populi(inquit)
diligite ſapientiam:vt regnetis in perpetuum:diligite lumen ſapiētiæ
omnes qui præeſtis populis. Vere nanqꝫ ſapientia mater dicitur oīum
ac regina virtutum. Quam qui ſequuntur:a recta viuendi ratione nūꝙ
aberrant. Parit enim virtutes omnes eas imprimis:& quibus ſeruatis:
præclara eſt ac merito laudanda omnis reip.conſtitutio:totaqꝫ hoīum
conciliatio:& rite ſimul & beate procedit. Nec eſt aliunde pietas ac reli
gio:per quam immortali totius mundi principi:ac reliquis ſuperis ho
nores:ſacrificia:cerimoniæ:ſumma animorum deuotione ac cultu:ſta
tutis temporibus perſoluuntur:per quam certo ſibi perſuadet mortali
um genus.æternum ac diuinum numē:res curare humanas.& quod' ip
ſe quoqꝫ teſtatus eſt Cicero.piorum atqꝫ impiorum habere rationē.vt
qui bene & cum virtute vixerint:præmia digna reportēt.ſcelerati vero:
atqꝫ improbi iuſtis pœnis ac vitiis ſuppliciorum generibus afficiantur
vt qui patriam adiuuerint:ſeruauerint:auxerint:ſolutis corporum vin-
culis fœlici æuo atqꝫ immortalitate fruantur.qui vero in ea delēda fue
rint occupati in terra:horrida.formidoloſa in inferorū loca mergātur.
Non eſt aliunde iuſtitia:quæ vna virtus totius humanæ ſocietatis dici
tur fundamentum:quam non iniuria regendarum ciuitatū,veteres ſa
pientes:principem eſſe tradiderunt:quippe quæ ſola ſummos cum infi-
mis pari iure tueatur.nemini nocet.tribuit cuiqꝫ ſecundum propriā di
gnitatem:hanc patere latiſſime nemo ignorat:cum nulla pars vitæ ne-
qꝫ publicis:neqꝫ priuatis in rebus.neqꝫ in domeſticis negociis atqꝫ fo
renſibus.neqꝫ ſi priuatim quid agatur:neqꝫ ſi contrahatur cum altero:
vacare iuſtitia poſſit:atqꝫ in colenda iuſtitia maximus īeſt virtutis ſplē
dor:vt merito tradiderit teſtis locuples,Euripides iuſtitiam:ſydera q̄- Euripides
qꝫ fulgentiſſima luce & claritate præſtare:hanc Chryſippus philoſophus
in Stoicorum diſciplina clariſſimus (vt ait Gellius) condigne & deco- Gellius:
re depinxit:cum eius imaginem a priſcis rhetoribus pictoribuſqꝫ fieri Imago iuſtitiæ
ſolitam ſcribit. Forma atqꝫ filo virginali.aſpectu vehementi & formida
bili:luminibus oculorum acribus:neqꝫ humilis:neqꝫ atrocis.ſed reue-
rendæ cuiuſdam triſtitiæ dignitate. Quibus quidem ex imaginibus in
telligi voluit præclariſſimus philoſophus eum:qui vel iudicando.vel ge-
rendo magiſtratui ſit præfectus:quorum vterqꝫ quidam iuſtitiæ ātiſtes
habendus eſt:oportere eſſe grauem:ſanctum.ſeuerum.incorruptum. in
adulabilem.contraqꝫ improbos nocenteſqꝫ immiſericordem,atqꝫ in-
exorabilem.erectumqꝫ & arduum:& vi potentem:& maieſtate æquitatis
veritatiſqꝫ terrificum. Quod vtiqꝫ non magna ſine ratione,tum a ve-
tuſtis artificibus:tum a doctiſſimo philoſopho effectum eſt.vt itelligāt
omnes verum eſſe:quod & Græcus Plato,&.M.Tullius i Politica inſti-
tutione tradiderunt:in cunctis ciuitatum ac populorum guberna culis
oportere imprimis vigere iuſtitiam : qua ſi caruerint homines : inter-

eat omnis humana ſocietas:neceſſe eſt.Quod ſi ſapiens extiterit:qui
rempub.gubernat:Iuſtitiā omni ſtudio ac diligenti induſtria tueri co
nabitur:ſi tranquillā:pacatā:ſi glorioſā:ſi diuturnā:ſi deniq; ſaluā eſſe
velit rempub.Sed ab eodē quoq; ſapientiæ germine:concordia pullu-
lat:de qua minime opus eſt plura in mediū proferre.Vere namq; dulce
eſt concordiæ nomen.veluti arctiſſimū vinculū:ad connectanda ciuiu;
corda:vt vno conſenſu.vna eadēq; voluntate:eadem cupiant ſemper.
qui rempub.gubernant:eadem ſpectent:eadem ſequantur.quod eſt:vt
vniuerſorū ciuium ſalutē tueantur:totum corpus reipublice procurēt:
incolumitatem ciuitatis omni ſtudio:et cunctis (vt aiunt) viribus et
magna ſemper induſtria:diligentiaq; ſemper cuſtodiant:imprimis vt
paci conſulant:quæ res Cicerone teſtante:tum iucunda eſt:tū etiā ſa-
lutaris.Per quā vere etiā paruæ res augeſcunt:& magna in dies incre-
menta ſuſcipiunt:quēadmodū et diſcordia vel florentiſſima.Impia et
ciuitates quoq; ampliſſima dilabuntur.Nā quod de diuiſo regno Euā
gelicū oraculū prodit:deſolationi patere:id profecto patet latius:vt
Per oratio
ne parua quidē domus abſq; concordia poſſit diutius permanere.Igi-
tur ciuiū vnitas atq; concordia:pax ciuitatis vna cum ſanctiſſima Iuſti
tiæ ſocietate beatitudinē pariunt illā:ad quā omnium certe mortaliu;
aſpirat intentio:qua adepta:ſuperorū vitā imitantur in terris.Sed ſu;
fortaſſe.ꝙ credidi:longior ipſe mihi iam finē dicendi faciam:ſi paucis
antea ad hac præclara capeſſanda ornamenta veſtrā amplitudinē clariſ
ſimi atq; inſignes patres:qui nouos Magiſtratus ingreſſuri eſtis:fuero
cohortatus. Dixi.

Augustini Dathi De Iuſtitia & laudibus ſtudiorum & Mercaturæ
Oratio.IX.Qum ꝑ vetere Senenſis patriæ conſuetudine:nouis Ma
giſtratibus vexilla victricia & glorioſa inſignia publice cōmendantur.

MAgna & dicendi facundia:et multaru; rerū cognitio neceſ
ſaria eſſe videbatur.Magiſtratus celeberrimi:atq; optimi
patres:ei:qui corā conſpectu veſtro magnis et grauiſſimis
de rebus ſermonē facturus eſſet.Ea in me nulla eſſe video:& idcirco li-
benter a tā claro dicendi officio abſtinuiſſem:niſi huius loci ſors & no
ſtræ reipub.conſuetudo ad dicendū compuliſſet.Nec me perduxit volū-
tas:ſed magis coegit neceſſitas.Verūtamen duo me iure & merito cō-
pellunt:vt breui oratione apud vos vtar optimi.Magiſtratus:ac preſtā
tiſſimi viri:primū ruditas & ingenii mei imbecillitas:quæ,lōgius pua-
gari non debet:deinde vel diei anguſtiæ:vel aſperitas temporis:ſne in-
ſtam reprehenſionē incurrā:ſi plura ꝙ deceat:in mediū proferre velim.
Scio igitur pleroſq; hoc loco:atq; hoc tēpore de Iuſtitia:de eius virtu-
tis officio & laudibus loqui ſolitos.Sed cum ſatis multa ea de re atq;
ex hoc ipſo loco dicta ſint per homines diſertos:atq; eloquētiſſimos:
iudico minime opus eſſe:vt alia de Iuſtitiæ laudibus vlterius annectan
tur:præſertim cum pſpicuus ſit eius virtutis fructus:& ſplēdor ampliſ-
ſimus:vt iure cæteris virtutibus oībus preferenda eſſe videatur.Quid
autē ciuitatē & rempub.ſeruet conſideranti mihi:quid vrbes celebres
faciat:duo potiſſimū occurrunt:& animo ſe præſentant litterarū ſtudia
et Mercatorū negociationes:atq; artificū miniſteria.Na; de litterarū
ſtudiis quid multa dicere neceſſe eſt.Hæc cognitionē pariunt:intellectū

Duo reipub. conſeruatiua:

perficiunt:hoīem:i.aīal rationale exornant:& a beſtiarum & mutorum
animalium feritate diſtingunt: aperiunt ad capienda conſilia/ſalutis
viam:vt per ſcientiā & rerum inueſtigationē & cognitā veritatem/ci
uitatis ſalutē/reipub.vtilitatē3/patriæ firmamentū/& gloriā/cōmunē
tranquillitatē & pacē tueri et conſeruare poſſimus:vnde elegāter & ſa
pientiſſime ſūmus.Orator laudat litterarū ſtudia in oratione pro Ar
chia Poeta/& dicit.Hec ſtudia adoleſcentiā agunt:ſenectutē oblectāt: M.Tullius:
ſecundas res ornant:aduerſis pfugium ac ſolatiū præbent: delectant
domi:non impediunt foris:pernoctant nobiſcū:peregrinantur:ruſticā
tur:Proxime poſt rerū ſcientiā/ratione & ordine ſequitur artiū multi
tudo:ac varietas:que ad rectā ac perfectā ciuitatis inſtitutionē ac di
ſciplinā:neceſſaria eſt.Et.n.oportet ciuitatē rerum omniū habere ſuffi
cientiā & copiā.perquas hoīm vita conſeruari ac ſubſtineri poſſit. Ita
nāq3 & vera ciuitas & beata iudicari debet:ſi ad bene viuendum conſti
tuta legibus & moribus cōfirmata: munita ſapientum virorū conſilio
omniūabunde ſuppeditet:& ſubminiſtret vbertatē:ac circūfluentiam:
quibus inter ſe homines iuuare:ciuitates continere. neceſſaria alimen
ta comparare:vitæ præſidia:& maxima quæq3 adiumēta cōferre poſſint
Hinc reperta & inuenta eſt primū Mercatorū induſtria. deinde artificū
labores:atq3 opera. Illi ex alto & ex longinquis regionibus adducunt
et important:quibus ipſi caremus:& exportantur: quæ ſupra neceſſita
tem ſuppetunt nobis. Artifices vero miniſteriorū diuerſitate & multi
plici exercitatione:& ſufficientē et expolitā atq3 excultā vitā hominum
reddunt. Alii ædificant:et architecturā exercēt:alii lanificio intendūt:
alii texturā3 agunt:alii alias vtilitates et vitæ cultus expediunt:ſine q
bus hominū ſocietas parū differret a natura ferarum: quæ naturali tan
tum inſtinctu agitur:nihil conſilio:nihil ratione:nihil induſtria ac ſtu
dio molitur:& efficit. Ad hæc duo mentē ciues conuertite: ad ſtudiorū
augendam celebritatem in veſtra glorioſa repub.ad frequētanda & cō
ponenda artium miniſteria:vires et operā adhibete:quæ duo præclarā
veſtrā efficient ciuitatem: et illa ſine labore parabitis:ſi Iuſtitiam et cō
cordiā & legū ſanctitatē ſtudioſe & vnanimiter ſeruare volueritis. Et
ego veſtras Magnificentias quantū mea exhortatione valeo:vt cunctis
conatibus perficiatis:plurimum oro:atq3 obſecro:& poteſtatis publi
cæ inſignia:et victricia hæc vexilla:vt ad pacem & gloriam huius ciuita
tis accipiatis:vehementer exhortor:illo concedente:qui ſine fine viuit
et regnat.

Dixi

¶ Auguſtini Dathi Oratio.X.De laudibus Iuſtitiæ:et optima
et Regum:ac ciuitatū Rectorū gubernatione.

Siquid in me eſſet earum laudum:ſacra Maieſtas:ac vos Pro Exordium.
ceres nobiliſſimi quæ et huius loci auctoritati:et rei ip
ſius ſplendori conueniunt: maiore proculdubio fiducia
dicendi initium exordiri.et hoc magnum orandi munus
ſuſcipere potuiſſem. Sed cummultarum rerum ratio:

hínc eloquendi imperitia, vnde rei magnitudo: illinc glorioſi cõſenſus maieſtas: hanc dicendi prouincíã ꝓhibere videatur, vereor: ne quis me temere atq; impudenter feciſſe arbitretur: qui tam difficiles partes ſum pſerim. Præſertim cũ fragilitatis meæ propriũ munus ſit potius audi re ꝙ loqui. Cæterũ parendi voluntas & ſumma imperantis auctoritas, tantũ valere apud me debet: vt nõ tam virium mearũ, quã neceſſaria ꝓce pti habenda mihi ratio ſit. Nã præclare & ſplendide doctor inſignis at q; inclytus Aurelius Auguſtinus: obedientia inquit, mater quodãmo do eſt omniũ cuſtoſq; virtutum. Hanc tueri: hanc colere neceſſe eſt: ſine qua reliquarum virtutũ omniũ decus amittitur. Proinde & parendi ne ceſſitate cõpulſus, & tuæ maieſtatis clemẽtia ac cæterorũ qui adſunt hu manitate ac facilitate fretus: quæ hodie m… ſpiritus ſancti gratia illu ſtranda dederit: ea omnia diuino opitulãte numine, breui oratione per ſtringam.

Narratio

Magnus igitur & illuſtris orator ac ſũma apud Romanos au ctoritate Phũs. M. Tullius cũ de repub. ſcriberet: Platonis ſententiã ſe cutus tradidit nihil eſſe illi principi Deo qui omnem mundũ regit: quod quidem in terris fiat acceptius, ꝙ concilia cœtuſq; hominũ iure ſocia ti: quæ ciuitates appellantur. Sed quid eſt: iure ſociata ciuium multitu do: niſi quæ optimi principis gubernaculis ſubiacet: quæ legũ religio ne conformatur: inſtitutis regitur: moribus ac diſciplina virtutis cõſti tuta eſt.

Iuſticiæ commendatio.

Quæ deniq; iuſticiæ laude continetur: cui nõ iniuria, palmam in omni rerumpublicarũ adminiſtratione viri ſapientiſſimi tribuerunt: Quocirca bene ac ſcite ſapientiæ monimentis ꝓditur. Diligite iuſtici am: q̃ iudicatis terrã. Et. n. ꝙ ſit iuſticiæ neceſſaria virtus: qui ciuitatu; & populorũ gubernationi præſunt: ꝙ late pateat: quanto ſplendore ful geat: nequaꝙ ſit explicare difficile. Nã perſpicuũ eſt ad ciuilẽ ſocietatẽ naſci hoiem: q̃ ſine iuris æqualitate: abſq; recta iuſticiæ diſtributione di utius ꝑdurare non poteſt. Tantiſper. n. firma eſt: atq; incolumis hũana conciliatio: dum quod ſuu; eſt: pro ſua quiſq; dignitate ſuſceperit. Sed id certe huius virtutis proprium munus eſt: quæ vt deuinciat inter ſe ho mines: ac perpetuam illoru; ſocietatem tueatur, cõmuni hominum vti litati conſulit: & ius ſuum cuiq; reddens, propriam cuiuſq; dignitate; conſeruat. Egregia quæda; eſt præ cæteris atq; admirabilis virtus quæ cum ſtudioſe omnibus colẽda eſt: tum vel maxime regibus, principibus & qui ciuitates gubernant: qui magiſtratus ampliſſimos gerunt: qui po pulis & rebus publicis præſunt: ac maximis funguntur muneribus.

Plato:

Quamobrem & princeps philoſophorum Plato in omni ſemper reipu. inſtitutione, infundendã animis iuſticiæ amorem cenſuit: ſine qua non ſolum reſpublica (vt ipſe dicebat) ſed nec exiguus hominum cœtus poteſt: nec domus quidem parua conſtare. Nec vlla profecto re alia: quod ſcire omnes ac poſſe debent: tam longe abſumus a natura fera rum, ꝙ rationis præſtantia, ꝙ virtutis laude, ac ſplendore iuſticiæ. Hæc vera Dux humanæ vitæ putanda eſt: quæ omnium comitatu ſepta virtu tum vitia pellit. turpitudinem fugat: propulſat iniuriam: reges facit: re gna componit: vrbes parit: diſſipatos homines ad iure viuendum con uocat: conciliat inter ſe homines: ac præcipuo quodã amore & charita te deuincit. Hæc profecto virtus eſt: quæ initio leges ſanxit: iura con ſtituit: hominum concilia optimis temperauit & inſtitutis & moribus:

Hæc innocentum hominum & ſupplicium miſeretur: bene merentibus
gratiam confert: male meritos vlciſcitur. Fidem quæ firmamentum eſt
humanæ ſocietatis: inuiolatam ſeruat: ſocietates atq; amicitias colit:
hæc deo immortali principi piiſſimum cultum exhibet. Principibus cō-
gruam reuerentiam: patriæ charitatem: parentibus honorem: ſtudium
ac beniuolentiam cunctis hominibus. Hæc omnibus æquabile ius tribu
it: honeſtos & præclaros labores honoribus: præmiis: ſplendore deco-
rat. vitia hominum ac fraudes damnis: ignominiis: vinclis: verberibus:
exiliis: morte proſequitur. Quid poteſt igitur aut cogitari maius ī ho
minum vita: aut in populorum & ciuitatum gubernatione optabilius
poſſideri. Et certe quidem virtutes: ſi iuſtitia deſit: non modo nihil ꝓ-
deſſe queunt: verū etiam ſolent obeſſe plærūq;. ſed nec abſq; iuſtitia vir-
tutes exiſtimandæ ſunt. Ad hæc quidē vel ſola tam præclara: tam ſalu-
taris: tam frugifera eſt. vt omnis fere vtilitatis ratio: ab hac ipſa mana
re ac fluere videatur. Fœlix profecto ille principatus: fœlix nimiru; ea ci
uitas. ea beata reſpu. putanda eſt: in qua floret. regnat. ac domīatur iu-
ſtitia. Cuius vim admirabilē ac præcipuum decus Lycurgus Lacedæmo Lycurgus
niorum legiſlator accuratius mente & cogitatione complexus: qui le-
ges ſanctiſſimas condidiſſet: populum, vt principibus obſequeretur: pri
cipes, vt iuſtitiam tuerentur inſtituit. Floruit Lacedæmoniorum: floru-
it Athenienſium: floruit Romanorum principatus, ꝙdiu apud illos vi
guit domi rectum conſilium: foris iuſtum imperium. Contra vero vbi
vel dominandi libido: vel acquirendi cupiditas: iuſtitiam polluit: ac iu
ra omnia & humana ſubuertit: opes corruerunt: & omnis totius impe-
rii dignitas atq; gloria labefacta eſt: Illud profecto nequaquam teme-
re a philoſophis dicitur: viros bonos ex iuſtitia nominari: atq; in hac
virtutis ſplendorem maximum contineri. Quippe hac vna vera abſol
uitur: ac perfecta probitatis ratio. Nam & declinare quæ mala ſunt: et
quæ ſunt bona atq; honeſta perficere: ea demum conſummata iuſtitia
eſt. Quid poteſt hominibus gratius fieri deo. qui cuncta gubernat: in
cuius ditione cuncta ſunt poſita: ꝙ virtutis huius exercitatio. Ille enim
perſpectis erroribus hominū filium vnigenitum dedit: & miſertus fra-
gilitatis humanæ: ducem miſit e cælo qui nobis iuſtitiæ viam panderet
cui (Lactantio Firmiano teſtante) chariſſimum ſacrificium eſt, iuſtum Lactantius
opus. Iuſtus nanq; eſt dominus: quod magnus propheta concinit: & iu
ſtitiam dilexit. Hanc parare ſibi. hanc ſeruare omni ſtudio debent: quē-
admodum tuæ maieſtati & veſtræ ſapientiæ notum eſt: qui populos re-
gunt: qui capeſſunt reſpublicas: & ciuilia exercent munera. quandoqui-
dem iuſtitia aut ipſa ſumma eſt virtus (vt ſacri Theologi prodiderunt),
aut fons eſt ſapientiæ virtutis: quæ bonos mercede muneratur: ad ꝓbi
tatem, innocentiam, rectamq; viuendi rationem impellit: ſcelus atque
improbitatē cohercet: vias peccatorum diſperdit: ſupplicibus parcit
audaces comprimit: humiles extollit: deprimit ſuperbos: inopes adiu
uat: viduam ſuſcipit: pupillum defendit. Hæc enim iuſtitiæ vera ſūt ope
ra: quæ facere virum bonum: quæ ſequi regem, nationum principem: po
pulorū rectorem decet. Ita concors erit ciuium oīum volūtas: ita recta
ac laudatiſſima regni & ciuiatis diſciplina: quæ & ꝑpetuæ firmitatis ſta
bilitat fundamenta: & beatos reges: fœlices populos. fortunatas ciuita

tes efficiat. Etenim Iuſtitia ſacra maieſtas:voſq; excellentiſſimi proce
res credite mihi:immo non iam michi:ſed viri potius ſapiētiſſimis cre
dite mater eſt omnium. Princeps et regina virtutum: Quæ cum omni
um vtilitati proſpicit:tum pacem et quietem parit:quid eſt omniū mor
talium:atq; totius humanæ ſocietatis ſummum atq; extremum bonū
Dauid ¶ Hinc vates ſanctiſſimus diuinæ vocis oraculum fudit. Miſericordia
et veritas inquiens obuiauerūt ſibi iuſticia et pax oſculate ſunt. Et rur-
ſum Eſaias. Erit inquit opus iuſtitiæ pax. Nam & in diebus piiſſimi ſal
uatoris. vt qui iuſtitiam & pacem maxime diligit:orta ē iuſtitia: & abū
dantia pacis. Quarum vtranq; ille nobis perpetuam: & imprimis tuæ
ſacratiſſimæ maieſtati florentiſſimam de ſupernis impendat: qui ſolus
eſt effector bonorum omnium:& tum amator pacis:tum etiam charita-
tis auctor:qui ſolus omnium hominum ſalutem:populorum conſerua-
tionem efficit. ſeruat. nutricatur. continet. Dixi:

¶ Auguſtini Dathi oratio. XI. ad nouos Magiſtratus Rei
publicæ:de iis rebus:quas ciuitatum rectores habere præci
puas:ac ſeruare conueniat.

OPortebat eruditum hominem ac virum ſapientē præcellen
tiſſimi magiſtratus, exiſtere eum:cui hæc perdificilis dicen
di puincia mandaretur. Ego. n. cum vtriuſq; ſim laudis ex
pers, metuo vt me temere potius ꝙ laudabiliter feciſſe arbi
tremini. Sed hoc mihi vitio dandum erat:ſi vel mea ſponte
vel meo ipſius conſilio:non aliorum iuſſu fuerim ad dicēdū
cōmotus. Illud mihi dicere cogitanti in mentē venit:plurimum in om-
ni publica℞ rerum adminiſtratione valere optimi magiſtratus diligēti
am atq; auctoritatē. quibus de rebus & ciuitatū & populo℞ omniū gu
bernacula ac præſidia continentur. Sed oportet huiuſmodi hoīem ꝗ pu
blicis muneribus præſit, Iuſtitiæ, prudentiæ, moderationis præditū eſſe
laudibus. quibus efflorefcentibus, tranquillitas, pax, ociū, gloria, vige
Iuſtitia. ant neceſſe eſt. Nam Iuſtitia ea eſt virtus: ꝙ præcipue in omni guberman
di ratione meruit principatum. quippe vnicuiq; pro meritorum tribu-
ens dignitate:bonos præmiis atq; honoribus:improbos cruciatibus
ac ſupplicio℞ pœnis afficit:vt inter bonos & malos diſcrimen ſit. quale
M.Cato. in veteribus Romanis ſcimus fuiſſe laudatum:ac poſtmodum ſublatu;
ſapientiſſimus Cato deplorauit. Si tātiſper ampliſſima fuit Romani im
perii dignitas ꝙdiu iuſtitiæ atq; æquitatis iura floruerunt. Verum iu-
ſtum eſſe parum prodeſt:niſi & præclariſſima virtus adiuncta eſt:quæ ī re
gendis hominibus maxime ſplendeſcit ac dominatur prudentia: ex ea
namq; ſalus vitæ & conſeruatio dignitatis exoritur:vt & conſilii iuua
re:& prouidentia regere:& recte ac tuto omnia tueri poſſimus. Sed eius
admirabilis ſplendor omnibus (vt opinor) in promptu eſt. Quid dicā
de moderatione:quæ ita omnium doctiſſimorum hominum laude cele
bratur. vt nec mea nec cuiuſpiam alterius oratione egeat. Frenat conci
tatos animorum impetus:cupiditatem reprimit:iracundiam cohercet
vim deniq; cohibet perturbationum omnium: mentem pacatam: ac
tranquillam efficit. vt ea cum adſit recta ſit rerum omnium adminiſtra-

tio:& ad iudicandum recto boni & æqui examine procedatur Has quæſo ornatiſſimi viri:qui hodierna die clariſſimum initis magiſtratuʒ:capeſſite laudes:has cogitate:hac colite:maghum regendæ ciuitatis præſidium.His clariſſimis ornamentis eos qui publico munere defuncti ſũt quibuſqʒ ipſi ſucceditis excelluiſſe conſtat. Qui ita ſe gefſerunt:vt & publicæ ſaluti & dignitati ſuæ conſuluiſſe videantur. Quibus profecto rectoribus:ſi credimus ſummo philoſophorum omnium Platoni:nõ modo hominum mortalia præmia:ſed & de ipſius ſempiterna parata ſunt munera. Sed eandem quoqʒ gloriam vobis auguramur.ſi & vos ſapientiam.moderationem.iuſtitiam.æquitatem.cæteraſqʒ eximias virtutes amplexabimini.Ita enim gubernantibus vobis:ſummam tranquillitatem acpacem conſeruaturos vos merito confidemus: & huius ciuitatis decus ea ratione ſperabimus fore ſemper incolume. Quæ omnia is nobis obſeruantibus tribuat: quem bonorum omnium eſſe auctorem conſtat. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.XII.De Iuſtitie laudibus :quum de more Senẽſis patriæ victricia ſigna :& paſſa vexilla nouis magiſtratibus publice commendantur ab iis:qui publico fũcti ſunt munere.

Cum ſæpiſſime per homines eloquentiſſimos magnifici domini:præclariſſimi magiſtratus:atqʒ ornatiſſimi viri: ex hoc ipſo loco oratum ſit:& ea explicata quæ ad præſẽtem celebritatem pertinere iudicantur:optimum factu eſſe arbitror : vt omiſſis his vnde hodiernæ celebritatis ratio ſumpta eſt:ea breui ſermone atqʒ oratione complectar:quæ ad optimum ſplendidumqʒ ciuitatis acreipublice ſtatum ſpectare perſpexerim.Ne ſi grauiorem dicendi prouinciam ſuſceperim:aut ignorare imbeccillitatem meã:aut rei magnitudinẽ extenuare cuiꝗ videri poſſim. Neque enim mea ipſius ſponte: ſed magnifici Capitanei iuſſu:quem iure optimo:patrẽ:atqʒ Imperatorem habeo ad dicendum:cõmotus acceſſi. Quãobrem decere ratus ſũ ſi in hoc dicendi neceſſario:potius ꝗ voluntario munere ad ea orationẽ omnem accommodauero quibus potiſſimum cuiuſqʒ reipublicæ firmitas:et bene inſtitutæ ciuitatis gubernatio:ac regimen continetur. Nam ſapientiſſimorum omnium auctoritate:atqʒ ſententia:vnam imprimis conſtat eſſe iuſtitiam:quod elegantiſſime Philoſophorum omnium fere primus Plato dicere conſueuit:cui in omni rerum publicarũ amminiſtratione palma tribuitur. Si quidem eius virtutis maxime proprium munus eſt : vnicuiqʒ ſecundum propriam reddere dignitatem. Quã in re:et legum omnium ſanctiſſimarum:et iuris:atqʒ æquitatis: ſita et collocata vis eſt. Atqʒ a iuſtitiæ fontibus illa manarunt: ac profecta ſunt omnia:per quæ firmiter & ciuitatum omnium : & cuiuſlibet principatus ſtabilitur fundamentum:ac vera perpetuaqʒ tranquillitas roboratur. Nempe iuſtitiam veteres ſapientes:& conſulti iuris definire conſueuererunt.conſtantem ac perpetuam voluntatem:ius ſuum cuiqʒ tribuentem. Quid eſt autem conſtans & perpetua voluntas: niſi plenæ atqʒ abſolutæ virtutis perfectio: quam vna re iuſtitiam præ cæteris omnibus præſtare cognoſcimus. Quid porro ius ſuum tribuere cuiqʒ niſi religionis cultũ ſeruare: homnũ ſocietatẽ:& cõciliationem tueri.

Platõis palma

Et enim ea tum fieri tum etiam adeſſe conſtat: ſi ſolam hanc virtutem
præclariſſimam: vel potius virtutum omniũ matrẽ: ac reginam omni ſtu
dio totoq; (vt aiunt) pectore cuſtodire ac ſectari voluerimus. Nã tum
proculdubio reddit cuiq; ſecundum ꝓpriam dignitatem: cũ immortali
deo/ac totius mundi principi: qui cuncta gubernat: verũ & religioſum
exhibet diuini cultus honorem. Quod eſt vnicu; veræ pietatis officiu;
Aurelius Aug: eius: quã Græci Aurelio Auguſtino teſte/modo Euſebiam: modo Theo
ſebiam appellant. Deinde cũ ad hominum conciliationem perueniens/
reddit maioribus reuerentiam: æqualibus concordiã: inferioribus diſci
plina;. quibus muneribus/quid melius/quid honeſtius/quid deniq; ad
humani generis tuendam ſocietatem accõmodatius/aut cogitari aut
cõmemorari poteſt: iuſticiam cũ ſeruauerint homines nec violentæ nec
fraudi/nec iniuriæ/nec audaciæ/nec temeritati relinquetur locus. Itaq;
duce iuſticia: qui gubernandis populis: qui gerendis magiſtratibus præ
ſunt: id præcipue ſpectãt: id agunt: vt leges quæ a iuſticiæ fontibus hau
riuntur: inuiolatas ab omnibus ſeruari iubeant. Quas qui ſanxerunt:
id ſecuti ſunt: vt ciues & qui parere debent: bonos faciant/ac probos
reddant: id nãq; iubent leges: id vnum ſibi proponunt legum condito
res: cum honeſta imperant: turpia vetant: vt declinent homines a malo
ac faciant bonum: quæ vt Hieronymo ꝓdente cognouimus & ſacro pro
pheta teſte didicimus: completa eſt: ac perfecta iuſtitia. Nõ iniuria hæc
vna virtus cæteris omnibus antefertur: cuius amor: vt ille diuinus in
quit philoſophus: rerum publicarum gubernatoribus infundendus eſt
ſine qua non modo ciuitas: ſed nec exiguus hominũ cœtus: nec domus
quidem parua conſtabit. Nec mirum cũ vno iuſticiæ nomine/quẽadmo
dum plæriq; veteres arbitrati ſunt: virtutes omnes contineantur. Hæc
Iuſticia legalis: eſt enim quam legalem appellant philoſophi iuſticiam: a qua ſunt om
nes recte actiones: ac præclara virtutis opera. Ad cuius amore; cum ex
ortaretur: atq; inuitaret vir ſapientiſſimus/ciuitatum rectores. diligite
inquit: iuſticiam: qui iudicatis terram. Nã & iuſtus dominus: iuſticiam
dilexit. Et eam p̃cipue laudem omni induſtria colendã atq; exercenda;
voluit: iis præſertim quibus amminiſtrandarum rerum data poteſtas:
& regendarum ciuitatum cura cõmiſſa eſt. Hæc enim & pacem ſola conci
liat: humano generi & vnanimatem: atq; concordiã efficit. Quod vnũ
vel maximum vinculum eſt: ad connectandas ciuiũ voluntates: vt om
miſſis priuatis rationibus & cõmodis: cõmunem ciuitatis ſalutem/ac
tranquillitatem tueantur. Quod vbi fit: ꝓculdubio vera redditur no
bilis hiſtorici ſententia: ex parua magna; fieri ciuitatem: & magnum at
q; ampliſſimum fœlicitatis gradum cõparari. Sed quis ſatis hæc quæ/&
fructum vberrimum pariunt: laudare poſſit. Quis tam frugifera tanq;
præclara munera ſatis digna oratione complecti valeat. Deficiat me di
es: ſi in earum virtutu; laudibus explicandis noſtra diutius immoretur
oratio. Sed & præter conſilii mei propoſitum ac rationem longior ſim:
ꝙ imbecillitatis meæ comperta fragilitas poſtulare videatur. Illud certe
affirmare nequaꝙ dubitauero: ſi vnam iuſticiam: & eius comitem con
cordiam ſectari ac ſeruare voluerimus: huius ciuitatis ſtatum præſen
tem incolumem/& tutiſſimum reddiderimus. Vt nec cuiuſquam vires:
nec inſidiantium fraus vlla ex parte: aut obeſſe aut officere queat. Qua

re magnifici domini & magiſtratus clariſſimi:quibus fulgentia hæc in-
ſignia pro vetere ciuitatis veſtræ conſuetudine tribuenda ſunt: ample-
xamini iuſticiam:concordiam diligite:leges ac iura ſeruate:publicæ ſa
luti conſulite:& omni perturbatione reiecta:ad rectam ciuitatis guber
nationem animum induſtriamq3 conuertite:vt per hos ſapientiæ gra-
dus perpetuo regnare:& reipublicæ fœlicitatem tueri poſſitis ad laude3
dei. Dixi.

Auguſtini Dathi pro eo qui regis nomine nobilem ali
quem virum ac virtute:& rerum cognitione: experientia-
q3 perfectum in prætore3 deligit ciuitatis:oratio.xiii.qua
præclare inſtruitur quid ſeruare eum conueniat. & qualis
debeat eſſe is:qui alicui amminiſtrationi ac iuri dicendo
præficitur:& gerendis grauibus rebus præeſt ac reipub.gu
bernandæ.

DEcebat eum:qui hoc loco verba facturus eſſet: & eloquentia
& doctrina præſtare:vir clariſſime atq3 optime præſes: vt per
doctrinam quidem intelligeret.quid agendum:quid ſeruan-
dum eſſet:per eloquentiam vero alios ad bene agendū impel
leret. Vtraq3 res longe a me aliena eſt ſed tamen ne vetus conſuetudo
a maioribus noſtris inſtituta deferatur:paucula ꝑ noſtri ingenii captu:
in medium proferā. Qui alicui āminiſtrationi pficitur:& regendis re-
bus præeſt:debet imprimis ipſe ſecum meditari ac diligenter excogita-
re:quid ſit quod maxime:& p cæteris rebus curari & āminiſtrari cōueni
at:vt cognitis ac recte perceptis muneris ſui partibus:omnē ad res cō-
ficiendas induſtriam laborem:atq3 operam adhibet. Tū ſeruare debet
in conſiliis circunſpectione3:in oratione modeſtiā in actionibus atq3
operibus fidem diligentiā celeritatem:vt per hæc diuini cultus honori
ſatiſfiat:regiæ maieſtatis decori ſeruiatur: iuſticia eq̄tas & omnis laus
cumulatiſſime expleatur.Hoc eſt.n.verum pficientis officiū:hoc vir ſapi-
ens & bonus cōtendere debet ad hanc exercitationem ſuam omnē con
ferre induſtriam:vt bene agenti debita reddantur p̄mia: queādmodum
& iis qui aut negligenter aut turpiter:vel deliquerint vel omiſerint:iu-
ſta ſupplicia irrogantur. Tua notiſſima eſt virtus:iuſticiæ amor:optima-
rūrerū exercitatio:hanc oſtende in tuo magiſtratu & in hac iniūcta am
miniſtratione pſta tui vires ingenii:vt a regia maieſtate cōmendationē
referre & gratiam:& ab omni ciuiū ornatiſſimo cœtu:& auctoritate :&
laudem reportare merearis: Eam quidem ſerenitatis regis eſſe conſtat:
veterem ac probatiſſimā conſuetudinem:vt reddat vnicuiq3 ſecundum
propriam dignitatem:nec minus ad honores bonis deferendos ꝓpen
ſa ſit: ꝙ ad ſeueritatem iuſticiæ exercendā in eos:qui facinoroſe ac tur
piter vixerint. Hæc ego tua venia breuiter attigerim. Sed tua prudētia
longe cumulatius nouit:ac rite inſtructa eſt recte gubernandi diſcipli
nam:reliquum eſt.vt agas & fructū cognitionis bene agendo adipiſca
ris tuis conſiliis: & præclaris operibus:fac vt tuam illuſtres dignitate3
quod vt contigat:illum deprecor:qui habet rerum omnium poteſtatem:
Dixi.

Auguſtini Dathi oratio.xiiii.
ad idem.

inde hortor tui animi magnitudinem:vt in hoc ornatiſſimo atq3 am-
pliſſimo magiſtratu:in hac bene:& præclare inſtituta ciuitate:ita labo-
res ita efficias:& glorioſo iuſticiæ certamine contendas. vt is optatus
atq3 electus eſſe videatur.qui magno virtutis adiumento ampliſſimæ ci
uitatis reſpondeat dignitati.Ita enim & ſereniſſimi Regis ſatiſfeceris
voto:& tua illuſtrabitur virtus:quod magiſtratus proprium munus eſt
Dixi.

¶ Auguſtini Dathi oratio:xvi
in noui Rectoris ingreſſu.

Exordium.

SI ea:foret in me dicendi facultas glorioſi atq3 excelſi domi
ni celebres magiſtratus atq3 præſtātiſſimi viri:ſi ea eloquen
di copia atq3 poteſtas:quæ & veſtræ amplitudini:& loci hu
ius auctoritati conueniret:profecto longe iucundiore ani
mo.maximum hoc dicendi munus:& grauiſſimam dicēdi
prouinciam ſuſcæpiſſem.Sed earum laudum expers:quæ oratoris ꝓpriæ
ſunt quæ de huius excellentiſſimæ reipublicæ gloria:quæ de ſtudiorū ac
diſciplinarum celebritate:quæ de rectoris officio:quæ de eius laudibus:
qui hunc p̄clariſſimum magiſtratū hodie ſuſcæpturus eſt:pro vſitata cō
ſuetudine dicenda viderentur:ea per breui oratione complectar. Ad qđ
quidem munus nō me perducit volūtas:ſed potius parendi cōpellit ne-
ceſſitas.Tria igitur exiſtimant viri ſapientes illa eſſe:quibus cuiuſq3 ciui
tatis potiſſimū illuſtrauit gloria:p̄claram gubernandi inſtitutionē : ac
diſciplinam:geſtarū rerum amplitudinē ac decus ingenuarum artiū: ac
liberalium ſtudiorum celebritatem. Quod ſi huius ornatiſſimæ ciuita-
tis diſciplinam quærimus:licet intueri ꝙ magna:ꝙ diligens:ꝙ accura-
ta ſit pietatis ac religionis cura:ꝙ exacta ſacrorum obſeruatio: ꝙ præ-
cipui diuini cultus honores. Quid leges ſanctiſſimas quid iura & præ
clara inſtituta:quid mores probatiſſimos referā.Iuſticia ꝙ ſemper ma
gno ſtudio ac diligenti induſtria culta ſit.ꝙ perſpicue ſemper floruerit
in hac vna maxime ciuitate:nemo eſt qui nō cumulatiſſime nouerit.Ge-
ſtarum rerum laudem cōmemorare quis poſſit:Prohibet eā rem oratio-
ne conſequi ac verbis explicare perſpecta mei ingenii imbecillitas : quæ
eiuſmodi ſplendorem egregiæ laudis dicēdo æquare nullo pacto poſſit
vt dicendo præteriri ſatius ſit ꝙ non ſatis pro dignitate exornari.Iam
ſtudiorum amplitudo:& omnium maximarum artium & diſciplinarū
gloria ſua ſponte ita refulget:vt neq3 mea nec cuiuſꝙ cōmemoratione
egeat.Mater quædam & alumna hæc ciuitas eſt omnium laudatarum
artium: & philoſophiæ omnis præcipua quædam (vt ita dixerim) nu-
trix & omnium liberalium diſciplinarum educatrix. Hic ſe proferunt
præclara ingenia:diuina ſtudia celebrantur:ſacri Canones : pontificia
iura floreſcunt: naturæ arcana inueſtigantur: medicina pollet: Elo-
quentia dominatnr :Dialectica viget :laudabilia quæque curricula ex-
ercentur : cæleſtium terreſtriumque rerum illuſtratur cognitio. Præ-
ſtantiſſimi in quocunque ſtudiorum genere præceptores : doctores vbi
que gentium celebres & viri ſapientiſſimi cuiuſque diſciplinæ vberem
ſuppeditant facultatem. ¶ Atque ob eam cauſam per vniuerſas non
Italiam ſolum:ſed etiam totius pene orbis nationes ac ciuitates huius

Narratō admiſta diuiſioni

reipublicæ decus,ac fama diffunditur:apud quoſq; & generoſiſſimos re
ges:& claros principes ac nobiliſſimos deniquepopulos magna hæc ci
uitas auctoritate pollet & gratia .Proide iampridem inſtitutum eſt ſci
te ac ſapienter vt quotannis præficiatur diſciplinarũ profeſſoribus quiſ
piam:qui regendi,amminiſtrandi,&recte gubernandi curam gerat:quã
ab ea regendi poteſtate,ac ratione rectorem vocare conſueuerunt.
Qui cum res magnas atq; præclaras acturus ſit:eum ſemper diligunt
præficiendum tanto collegio:quem præſtare ingenio.virtute:ſapientia
moderatione:diligentia:atq; æquitate perſpexerint:vt & iuſtitiam tue
ri:& ſubſtinere ſtudiorum decus:& extollere probos:coercere valeat im
probos.Quæ res quanto difficilior eſt:atq; ardua magis: tanto certe
laudabilior atq; præſtantior exiſtimari debet.Talem te cu; eſſe putaret
hoc doctiſſimorum hominum collegium: & ſapientum virorum cœtus
ad hoc ornatiſſimum munus & ampliſſimum delegit magiſtratum: quẽ
tu hodierno die in hoc celeberrimo cõſeſſu:& illuſtri loco:inq; magni-
ficorum dominorum.& ſummorum virorum:atq; præſtantium ciuium
conſpectu ſuſcepturus es:ea lege ac fœdere:vt omnes tui ingenii vires
atq; animi robur intendas ad laudatiſſimam recte.gubernandi viam: p
quam huius florentiſſimi ſtudii ſeruetur atq; augeſcat dignitas: qđ no
ſcere futurum confidimus.quum tuas conſideramus præcipuas : atque
ammirabiles multarum rerum laudes.Nam patriam habes clariſſimam
genus laudandum:optimam cognationem: ſed quæ ſplendidiora ſũt:
perſpicaciam.ſolertiam.ingenii acumen.virtutis laudem.ſapientiæ ac
moderationis amplitudinem:iuſtitiæ amorem.& conficiendarum rerũ
celeritatem ac diligentiam.quæ profecto omnia: iis qui magnis rebus
Plato. præfuturi ſunt:neceſſario adeſſe homines arbitrantur:adiũctis duobus
Platonis nobiliſſimi philoſophi ſalutaribus præceptis.quorũ illud pri-
mum eſt . vt te totum huic præclaræ amminiſtrationi tradas :& huius
præcellentis vniuerſitatis honori atq; emolumento proſpicias. & obli
tus particularium commodorum: omnia quæ vel dicturus vel facturus
es:ad eundem finem referas. Alterum vt iuſtitia & æquitate totum col-
legii corpus procures atq; tuearis.& æqualem omnium qui tuæ poteſta
ti ſubiiciuntur rationem habeas.Ita enim concordiæ & saluti cõſulitur
& malorum omnium facillime tolluntur ſeminaria.Hæc ſerua.hæc medi
tare:intelligẽs te gerere perſonam huius vniuerſitatis.& debere te eius
dignitatem & decus ſubſtinere.leges atq; inſtituta tueri.ad capeſſendã
ſapientiam recte amminiſtrando impellere:a flagitio:a turpitudine: &
facinorum omnium labe:& fœditate cohibere.vt qui ſapientiam & do-
ctrinam profitentur ac liberalem ſectantur exercitationem:non ſolum
ipſi laudabiliter viuant:ſed aliis quoq; exemplo ad bene viuendum : &
inuitamento eſſe poſſint.Sed iam indues huius ornatiſſimi magiſtratus
glorioſum inſigne.quo tanti muneris indicatur rel ſinceritas.vel pote
ſtas.vt hoc indumento capitis accepto.omnibus ſtudiorum profeſſori
bus.& ſectatoribus bonarum artium.is eſſe videaris: quem obſeruare.
quem vereri.cui parere.atq; obedire debeant.& apud eoſdem in magno
ſis honore ac pretio. Sed iureiurando te obſtringes iura omnia huius
vniuerſitatis.quæ & nunc tibi reſigno.inuiolabiliter ac ſumma diligen
tia ſeruaturum.Atq; vt itelligas adeptum te eſſe huius magiſtratus au-

ctoritetem: primum orno te conſueto capitis inſigni: deinde trado in manus tuas vniuerſitatis ſigilla: quibus pro debito arbitrio vtars quotiens opus acciderit. Claues inſuper tribuo tibi huius florentiſſimæ reipublicæ nomine. Et his omnibus rite peractis: oro æternum conditorem, & cœli ac terrarum rectorem deum: vt huic ciuitati pacem: & bonorum omnium vbertatem impartiatur: amatoribus ſapientiæ concupita vota: tibi magnifice Rector, rectam gubernandi rationem: & demum perfuncti laboris glorioſum præmium ad æternam immortalis dei laudem ac decus. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi oratio. xvii. ad idem.

TAnta eſt: magnifici dñi patres ampliſſimi ac celeberrimi viri: huius loci dignitas: ac celebritas tantus veſtri cõſpectus ſplendor ac decus: vt niſi vrgeat mei muneris ac dignitatis neceſſitas. facile hodierna die, hanc dicendi prouinciã cæteris traditurus eſſem. Siquidem animaduertebam me aut dicendo temerarium, aut ingratum ſilendo iudicatum iri. Quæ res profecto ancipitem meo animo curam, ac dubitationẽ afferebat.

Cũq; diutius cogitaſſem modo impudentiæ crimen: modo ingratitudinis indignitatem: qua eſſe nihil poteſt tetrius: mecũ animo repetens ſtatui tandem ſuperiorẽ potius noxam: ꝙ vel ſolam ingratitudinis ſuſpitionem incurrere. Cæterum cum meæ partes ſint: vt & de huius florentiſſimæ reipub. laudibus aliquid perſtringam: & veſtris ampliſſimis meritis gratias agam: profecto vnde inium capeſſam: neſcio. Quod ſi qui omnia, & perficere ingenio: & elaborare induſtria poſſint: vix tamen q̃ propoſita ſunt: ſatis digne valeant explicare: nõne ſimillimũ veri videatur: vt in his ipſis attingendis imbecilles ingenii mei ſuccũbãt vires Quis enim ſatis cumulate referre queat huius optime iuſticiæ ciuitatis laudes: quæ multiplices: quæ maxime: quæ ſplendidæ ſunt. Nam cum ciuitatem nõ tam præclaris mœnibus: ꝙ optimis moribus conſtitutã eſſe oporteat: veſtra hæc cum primis ea in re floret ac præ cæteris eniteſcit vt merito, ac iure quodam principatũ obtineat. Multæ in ea ꝓbatiſſimæ leges. ſanctiſſima inſtituta ſunt: laudatiſſimi mores: & quod vel maximum eſt: in rerum publicarũ gubernationibus, ſumma & legũ & inſtitutorum omnium, ac deniq; diligentiſſima iuris atq; iuſticiæ obſeruatio Vbinam gentium accuratius virtus excolitur. Vbi honeſtatis atq; officii exercitatio maior. Vbi deniq; ingenuæ artes maiore in pretio atq; honore verſantur. Sed quænam huius ciuitatis inſtit io: ꝙ recta amminiſtratio ſit firmiſſimæ pacis: diuturni ocii, ac ſummæ tranquillitatis exempla declarant. Verum præter ampliſſimas atq; innumeras cuiuſq; generis laudes: quas difficile quidem nõ ſolum extollere, atq; exornare: ſed vel numerare quiſꝙ poſſit: id quod huius præclare vrbis nomen (vt ita dicam) ad ſydera tollit: vigent in ea litterarum ſtudia: optima quæq; ars ac diſciplina floreſcit. Nec viꝙ maior humanitati: atq; eruditioni locus eſt. In hac vtiq; ciuitate ingenia ſeſe hominum oſtentant: bonis artibus expoliuntur: perficiuntur deniq; exquiſita doctrina. Quæ res ita amplificat veſtræ reipub. atq; ciuitatis decus: vt ad ſummum ſplendorem pene nihil poſſit accedere Atq; ob eam imprimis

cauſam glorioſum eius ,atq; ſplendidum nomen:vel vltimos terrarum
fines penetrauit:vt merito Senenſis ciuitas veteribus ac præclariſſimis
Athenis comparãda ſit. Nec ſi erant Pyræo longis mœnibus: ac maris
Pyræus Athe. portus. præſidio tutores. idcirco tamen veſtram hanc vrbẽ ſtudiorum gloria ac
flore antecellebãt. Eſt igitur apud nos magnifici domini ac celeberrimi
viri conſuetudo:vt cunctis ſtudiorũ ſectatoribus quod annis pficiatur
qui & rectorem gerat:& veſtræ huius vniuerſitatis amminiſtrationi pſit
Ea nunc mihi ſors oblata eſt:quem & ſi omnino indignũ noueram tan
tis honoribus:veſtra tamen benignitas taʒ claro magiſtratu ornari vo
luit. Verum oportebat eum hominem,qui tantis rebus præfuturus eſſet
ſumma auctoritate,ſpectatiſſima virtute,acerrimo,ac diuino quodam
pollere conſilio. A quibus rebus quo ipſe abhorrebam lõgius:tanto vo
bis maiorem gratiam agere debuiſſem. Sed cum dignam pro tot tamq;
immortalibus beneficiis afferre nequeam: q̃ptum mea imbecillitas pro-
greditur nõ tam magnã ago:q̃ ingentem habeo. Atq; cum vobis om
nia debeam magnifici domini,ac celebres viri neq; niſi parum præſtare
poſſim:quod in me erit in hunc ampliſſimum magiſtratũ:atq; eximium
munus:omnem diligentiã,atq; induſtriam,omneʒ operam,ac tempus
ſummam deniq; fidem collaturum polliceor. Nec vllis parcens labori-
bus:toto (vt aiunt) pectore:veſtræ magnificæ dignitati:& magiſtratus
ipſius honori conſulam:atq; proſpiciam:ad laudem omnipotents dei.

Dixi.

¶ Auguſtini Dathi oratio.xviii.quum gymnaſii rectori a ſummo
magiſtratu: capitium verſicolore ornatu diſtinctum: & cætera
eius dignitatis inſignia conferuntur

R Erum omnium natura parens,atq; optimarũ ſanctionum
auctor collegæ inſignes:atq; illuſtres dñi:patres ampliſſi-
Ariſtoteles: mi:voſq; ingenuarum diſciplinarum ſectatores:ſcite ac ſa
pienter hominum ſocietatem inſtituit:& quod recte peripa
teticorum princeps Ariſtoteles tradit:alios ad imperandũ
ad parendum alios naſci voluit. Vt implerẽt quidem:qui ſplendore in
genii:& ſapientiæ laude cæteros antecellunt:pareant vero quorũ robu
ſta corpora ſunt.& laboribus exercendis idonea:ſed minus aptæ men-
tes ad perſpicienda quæ recta:& hominum generi ſalutaria. Hanc natu-
Lycurg. Spart. ræ tam præclaram,tamq; frugiferam inſtitutionem imitata eſt hominũ
ac populorum conſuetudo. Atq; inde quoq; effectum &:vt alii præſint:
ſubſint:atq; obtemperent alii. Hinc Lycurgus apud Spartiatas ſapien-
tiſſimus legiſlator:populos diſcreuit ac principes:& vt populi principi
bus obſequerentur:principes vt iuſtiſſime imperarent:inſtituit. Natura
igitur & hominum ac populorum ſcitis inſtituta eſt imperandi ratio.
Ac magnum quidem & pulchrum exiſtimant hominibus imperare:ma
ius ac pulchrius imperare liberis:ſed nõne maxime,ac pulcherrimũ im
perare iis qui maxime ingenui ac liberi ſunt:quod eſt ingenuarum arti
um ac liberalium ſtudiorum pfeſſores. qui ſeiuncti a multitudine:& a
vulgi conſuetudine ſegregati:ætatem omnẽ in præclara doctrinarũ ex-
ercitatione conſtituunt. Nõ ſolum autem bene morati reges imperant
ſed etiam qui iuſte ac legitime ciuitatibus præſunt:qui maximos,atq;

ampliſſimos magiſtratus gerāt. Nō ſunt alieni ab imperio vel paſtores
gregis: nō nauium gubernatores: nō claſſium præfecti: non equorum / &
quadrigarum aurigæ: nō imperatores / atq; exercitus duces: nō populo-
rum principes: nō ciuitatum: & rerum publicarum rectores: nō deniq; — Plato Acade. princeps.
alii conſimiles: qui cæteris hominibus moderantur & præſunt. Magno
in honore apud Græcos fuit Plato: quippe qui erat veteris Academiæ
princeps: in magno Arceſilaus: qui mediæ: in magno Lacydes: qui no- — Philoſophi illuſtres.
uæ extitit auctor. Illuſtris fuiſſe fertur & Ariſtippus Cirenæus / Cirenai-
corum philoſophorum princeps: Phedon / Eliacorū / Megaricorum / Era
clides / Cinicorū / Antiſthenes Eretricorum Menedemus Dialecticorum
Calcedonenſis Clitomachus. Peripateticorum Ariſtoteles. Stoicorum
ʒeno Citteus. At ſinguli (vt veteres hiſtorici tradunt) ſingulis præfue
runt philoſophoruʒ diſciplinis. Sed euge letare & gloriare Ioannes: qui
hodie in opulenta vrbe: in florentiſſima ciuitate: in glorioſa republica
in celebri Academia in nobiliſſimo Gymnaſio in hoc etiam ſplendido
conſeſſu in magna præſtantium virorum corona: vnus omnium ſtudio-
rum diſciplinis rector præfectus es: & maximis a noſtra republica affe-
ctus honoribus: vt iam plane imperes iis qui vere liberi ſunt ac liberali-
um ſtudiorum ſectatores pareant tibi: qui diuinam ſapientiam: qui ſa-
cra & pontificia iura: qui ciuiles atq; humanas leges: qui procreatriceʒ
omnium laudatarū artium philoſophiam: qui ſalutarem medendi peri-
tiam: qui humanarum rerum gubernatricem eloquentiam: qui differen-
di rationem qui cæteras vel benedicendi vel beneuiuendi diſciplinas &
artes præclariſſimas ꝓfitentur. Vt cum te antea Sicilia illuſtraret notiſ
ſima in orbe terrarum inſula: patria nobilis: clari parentes: multa fortu
næ ornamenta: plurimæ ingenii ac virtutis laudes: accedat nuuc quoq;
& maximi atq; ampliſſimi magiſtratus dignitas: ac præcipui honores.
Multa fuerunt olim apud Hetruſcos primum: deinde apud veteres Ro- — Magiſtratus Ro.
manos præclara magiſtratuum inſignia: ſella curulis littores: toga pi-
cta: atq; prætexta alia præterea nōnulla eiuſdem generis ornamenta.
Cidarim Perſarum reges vſurpare cōſueuerunt Regium capitis inſigne — Cidaris
Hoc cerulea faſcia albo diſtincta circuibat Nec id quidem magno abſq;
myſterio regii inſigne geſtaminis. Tibi tanti magiſtratus decus velut
Cidaris Perſarum more capitium (vt appellat Varro) rubro atq; albo
& verſicolore ornatu diſtinctum: nō temere in capite tuo ponitur quaſi
quoddam diadema decoris: & corona gloriæ. En igitur illud Apoſtoli-
cæ ſedis: ſacri imperii: noſtræ reipublicæ auctoritate & nomine capiti
tuo libenter adiicimus: vt intelligas te quaſi gymnaſiarcham quendaʒ
& rectorem Senenſis academiæ maximam ſuſcipere poteſtatem: ea ta-
men lege: atq; fœdere vt ipſe prudentia. iuſticia: moderatione: integri-
tate: & diligentia & ſingulari quadam virtutum omnium laude prædi-
tus: ita regas: atq; gubernes tuæ fidei commiſſam ſcholaſticorum cœ-
tum: qni ex tua Sicilia: qui ex Hiſpania: qui ex Luſitania: qui ex Gallia:
qui ex Germania: qui ex Liguria: qui ex Tranſalpinis nationibus:
qui ab exteris & remotis regionibus: qui a finitimis populis adhau-
riendam ſapientiam confluunt: ita inꝙ regas: atq; gubernes ſcho-
laſticorum cœtum: vt & ipſi optatam adipiſcantur ſtudiorum glori-
am: & noſtræ ciuitatis: ac reipublicæ augeant dignitatem.

Poſtremo cum hæc quoq; ſuſceperis primum ſigillum hoc:quaſi quodam pignus fidei:et auctoritatis tuæ præclariſſimum monumentu; deinde noſtrorum ſtudiorum:atq; vniuerſitatis iura non plane cauſa ne dormiant ſed aperta:vt per te aſſidue vigilent:et ab omnibus ſtudioſe ſeruentur cunctis operibus ſermonibus:cōſiliis tuis aſpiret ſemper diuini numinis gratia ad laudem eius. Dixi:

¶ Augu.Dathi.Oratio.xix.vice rectoris Gymnaſii quum gratias agit acceptorum inſignium Rectoratus.

On era; neſcius:excelſi atq; illuſtres magiſtratus.patres ampliſſimi:ac ſapientes viri:& veſtræ dignitati:& ta; præclari cōſeſſus ſplendori:luculentam atq; ſtudio elaboratam orationē hodierno die merito iure afferri oportere.Quodquidem & veſtra incredibilis amplitudo:& huius præclariſſimi & ornatiſſimi auctoritas loci:& ingentis beneficii accepti magnitudo iure optimo poſtulare videbantur.Sed cum imparem tantis meritis tenuiſſimam ingenii mei facultatem eſſe perciperem:ſtatui ipſe mecum meas partes eſſe:vt neq; ſileam prorſus neq; rurſum longiorem ſermonem faciam:nō iniuria grauiorem calumniam ſubiturus ſi mihi magni cuiuſꝙ oratoris prouinciam:atq; officium vendicauerim:cum ab eo exercitationis genere:nec ingenio:nec dicendi copia ſuppetente longe me abhorrere intelligam.Omnium quæ in hominum vita:ac ſocietate verſantur florent:& præ cæteris mea quidem clareſcunt ſententia ingenuæ diſciplinæ & litterarum ac doctrinæ ſtudia per hæc hominū excoluntur ingenia:plurimum exornatur humanum genus.Illæ vero beatæ ſunt ciuitates & veræ:florentes populi:apud quos maxime vigent ſtudiorum gymnaſia.Vt eſt Senenſis reſpub.quaſi omniū præclariſſima:in qua ſapientes & doctiſſimi viri in omni ſtudiorum genere:ita doctrina & gloria pollent:vt ex pluriſq; orbis nationibus ac remotiſſimis regionibus ad ſuſcipiendā ſapientiæ alimoniam cupidiſſime permulti veniant:& optatam deniq; ſtudiorum palmam aſſequantur.Qui tantis verbis præſit:opere pretium eſt:vt virtute:conſilio:moderatione præcellat.Quæquidem a me pleraq; ornamenta longe abeſſe intelligo.Erit tamen pro his ſumma integritas:incōcuſſa fides:ſtudium diligens atq; accuratiſſima in hoc gerendo magiſtratu induſtria:vt qui dignas pro tantis muneribus nequeam & laudes afferre & gratias agere:ſaltem vigilando:laborando:bene agendo ita cætera penſare contendam:ne vſquaquaq; ingratus videri poſſim. Illud omnibus viribus mihi propoſitum fuerit:pro ingenti veſtra humaniate tantis nunc decoratus honoribus nihil curem:atq; efficiā ſtudioſius ꝙ huius inclytæ ciuitatis:florentiſſimi ſtudii:veſtrarum dominationum ſatiſfaciam dignitati.Quod vt facilius aſſequamur:eum dies cō precabor & noctes:vnde manant fluenta cuncta bonorum.

Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.xx.vice rectoris gymnaſii:qui magiſtratu defunctus ſucceſſori ſuo commendat rectoratus inſignia.

CVm vires meæ non ſufficiãt:vt in tanto cõſpectu digne aliquid valeã dicendo complecti magnifici:& glorioſi dñi:patres inſignes:ac ſucceſſor preclariſſime:decreui rẽ potius attingere ipſam:ꝙ plura incõdite loqui:præcipue cũ omnia notiſſima ſint:& de huius ampliſſime ciuitatis laudibus:et de ſũmo huius magiſtratus honore.quem merito hæc reſpub.tuæ tribuit dignitati.Nã & magnã illius poteſtatẽ conſtat eſſe & gloriã.Et vt ad ſtudii huius cedat ſplendorẽ:& ad tue magnificentie cumulum laudis.deprecor illũ:qui bona omnia tribuit; & largitur mortalibus. Cũ itaq; floreas ſapientia:moderatione:conſilio:virtute: atq; auctoritate.accipe nomine huius inclytæ ciuitatis:& magnificorũ dominorum inſtituto fulgida hæc:& præclara inſignia.ad laudem dei. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.XXI.ad Senenſem Magiſtratum de recta reipub.gubernatione.

SEniorẽ loqui oportebat:& virũ ſapientia:atq; auctoritate præſtantẽ:reuerẽde in xp̃o pater Magnifici:atq; excelſi domini:venerabiles patres:voſq; ampliſſimi viri. Me autẽ ſilentium decebat potius:quod:& eruditionis:atq; eloquentiæ deficiã laudibus:ſimq; prorſus ab orandi conſuetudine alienus. (Exordium: Vehæmens) Sed cæteras omnes tum ætatis:tum imperitiæ meæ rationes:vna vincit parẽdi neceſſitas. Quandoquidẽ ad dicendũ eorũ me compellit volũtas: quorũ (niſi me fallit opinio) vel aſpernari iuſſa:vel imperata renuere: minime cõgruebat Proinde firmiſſima:& ineuitabili ratione coactus:exponam paucis:quæ Spiritus ſancti illuſtrante gratia:hodiernæ ſolennitati cõuenire exiſtimauerim:fretus imprimis cæleſti præſidio:ac veſtrarũ dominationũ adiuuante clementia. Nam de bene regenda ciuitate:de recta reipub.gubernatione:deq; optimi magiſtratus officio:verba ex hoc loco fieri cõſueuerũt.Magna res quidẽ:atq; ingenii mei:qđ perexiguũ eſt:longiſſime ſuperans facultatẽ. Sed ex veterũ ſapientum fõtibus hauriemus:que hodie in hoc ſolendiſſimo cõſeſſu explicanda ducimus: et ex ſanctarum ſcripturarũ vocibus noſtra deprometur oratio. P.Scipioneũ eum:qui primus Aphricanus appellatus eſt. P.Corneliuſ Emilianũ (Narratio: Publius Scip. Pub.Cor.) in Maſſiniſſæ Regno ad quem ſalutandũ venerat:p quietẽ ammonuiſſe legimus iuſtitiã colendã:ac pietatẽ. Id quod præclariſſimo de repub.libro proſecutus eſt Cicero:qđ & ob eam cauſam ſomniũ Scipionis inſcribitur. Nam iuſtitiã:ac pietatẽ imprimis ſeruare debent qui reipub. præſunt:qui magiſtratus gerũt. Quibus certe magnis præcipuiſq; virtutibus:veluti ſtabilibus firmamentis:diuina omnia: atq; humana iura cõtinentur. Etenim per pietatẽ ſumma cũ deuotione:ac fide vera cõpletur dei dilectio:quæ procul dubio in ſeruandis mãdatis eius ſita eſt ſicut nobis ſaluator per Euangeliſtã oſtendit:dicẽs.Si quis diligit me ſermonẽ meũ ſeruabit. Nos autẽ:ꝗ in fide Chriſti viuimus:fundati ſupra firmã petrã ſupedificati ſumus ſupra fundamentum Apoſtolorum et Prophetarum:vnũ ſolum:ac verũ & omnipotentẽ Deũ colere debemus:vnũ in deitate:trinũ in perſonis:qui in principio terrã fundauit: et ſtabiliuit cælos prudentia:qui plaſmatum hominẽ gloria:& honore coronauit atq; ad ciuilẽ illum congregatiõnẽ:ac ſocietatẽ conſtituit. Quocirca et rectiſſime Romanus ille philoſophus : atq; eloquentiſſi-

mus orator:nihil eſt inquit illi principi deo:qui omnē mundum regit:
M: Tullius vi. de rep. quod quidē in terris fiat acceptius:ꝙ concilia:cœtusq; hominum iure
ſociati:quæ ciuitates appellantur.Sed tum demū vera concilia ſunt:et
præclara humanæ vitæ ſocietas:ſi diuini cultus honore:ſi pietatis ob-
Confirmatio. ſeruatione:ſi veræ ſapientie ac religionis ſplendore refulgeat.Vt intel
ligant homines:qui ad virtutē et ad decus nati ſunt:ab imortali Deo
bona cuncta procedere.Solū Deum largitorē virtutis:auctorē liberta
tis:principē pacis:datorē quietis:fontē vberrimū gratiarum ſcatentē
bonoꝝ omniū. Qui vt initio mundū condidit:ita admirabili ordine
et inerrabili prouidentia moderatur:& regit. Quem ob eam cauſam:&
creatorē ſecundū Platonis ſententiam:& rectorem(vt Ariſtoteles ait)
mundanæ molis:& credere:et appellare debemus.Vnde:et vere ꝑ Pro-
phetam dicitur.Cœli enarrant gloriam dei:& opera manuum eius an-
nunciat firmamentū.Cui ad tuēdam pietatis laudē.& ſolemnes ſacro
rum ritus.& debitas cerimoniarū inſtitutiones ſtatutis tēporibus per-
ſoluere debemus præces fundere:ac ſupplicationes afferre vt ſanctam
rerum publicaꝝ conciliationē ac totius generis humani ſocietatē in-
columē tueri.& immunē malorum omnium preſtare dignetur. Quod vt
imprimis pro inclyta veſtra republica impetrare mereamur:vigilando
agendo:bene conſulendo quæ bona et recta ſunt operando contende
re.atq; efficere debemus.Sed cū pietate ipſa de qua hactenus pauca lo
cuti ſumus:congrue adhibetur iuſtitia. Quæ vna imprimis in vniuer-
ſa humani generis congregatione:precipue ſēper floruit:ac merito do
minatur. Nā ſicut Platone teſte didicimus:ſine iuſtitia non modo ciui
tatis principalis ſocietas:ſed ne vlla quidē pars eius conſeruari poteſt
Qua vt Hieronymus Doctor ſacratiſſimus prodidit:virtutum omniū
cumulus continetur.Ita vt eius proprium munus ſit:& a malo declina
re:et bonum ſectari.Quæ duo cum preceſſerint ciuitas ac bene inſtitu
ta reſpub.tranquillitate:ac perpetua pace lætatur.Bene ſiquidē Eſaias
Propheta.Erit:īquit opus iuſtitiæ pax Pſalmographus vero Dauid re-
cte modulatus ait.Iuſtitia et pax oſculate ſunt. Quare & ſcite precepe
rat.Declina a malo et fac bonum inquire pacem & perſequere eam.Illud
omnibus maxime exploratum eſſe arbitror:iuſtitiā in omni rerum pu-
blicarum adminiſtratione præ cæteris neceſſariā eſſe:per quam Reges
regnant.Principes dominātur ciuitates:& populi omnes pacē aſſecun
tur.Quā vtiq; ab immortali cæloꝝ principe hominibus tributam eſſe
putamus ad tuendā hoīm inter ſe conciliationē ac ſocietatem. Quo
niā eleganter iuriſconſulti diffiniunt iuſtitiā conſtantē eſſe ac perpe-
tuam voluntatē:ius ſuū vnicuiq; tribuentē. Itaq; hæc vna virtus om-
Peroratio nibus cōſiliis atq; actionibus preſto eſſe debet.Nulla deniq; pars vitæ
neq; publicis neq; priuatis neq; forēſibus neq; domeſticis in rebus:iu
ſtitia vacare poteſt.In qua tam ꝑſpicuus ſplendor virtutis ineſt:vt non
iniuria tradiderit:M:Tullius.Ex iuſtitia viros bonos nominari.Per iu-
ſtitiā ſiquidē leges ac iura ſeruantur:virtus atq; honeſtas colitur:pro
pulſatur iniuria:cohercetur improbitas:& quod pauloante attigimus:
pacis trāquillitas comparatur:in qua humanæ ſocietatis videtur quo-
dāmodo conſtare fœlicitas:Quare ſapiens ſcite hortatur:qui popu-
lis p̄ſunt:& rerūpublicarū gubernaculis ſunt p̄fecti & āmonet dicens:

Diligite iuſtitiã.qui iudicatis terrã. Ad q̃ auidius amplectẽdã:veſtras fuiſſe dñationes cohortatus:niſi veſtra ſpõte itelligerẽ excelſi Dñi vos huius tam eximiæ virtutis ex cællere præſtantia:vt iam ſuperuacuũ ſit: plura ea de re in medium afferre. Dixi

ℭ Aug.Dathi Oratio:XXII.qua deſignatos reipublicæ Magiſtratus:ad pacem tuendã amplectendam concordiam: iuſtitiamq; ſeruandam plurimum cohortatur.

CVm ipſe mecũ cõſidero.q̃ magna ſit huius loci auctoritas viri p̃ſtantiſſimi:ſtatuo fragilis:& exigui ingenii imbecillitatẽ haud qua q̃ hodiernæ celebritati poſſe ſatiſfacere: et condignã afferre veſtre amplitudini dicẽdi facultatẽ. Quã obrẽ ne in grauiorẽ culpã incidã:neue ad orãdi imperitiã adhibeã loquẽdi audaciã/ac temeritatẽ/ad breuẽ exhortationẽ præſẽtem oẽm ſermonẽ accõmodauero. Præſertim cũ & ſepe alias:et ab hominibus eruditis: atq; ab eloquẽtiſſimis viris copioſe iiſdẽ de rebus: atq; vberrime dictũ/tractatũq; ſit. Cõſtat eteñ precipuũ ex omnibus rebus:& accuratiſſimũ bonũ eſſe pacis tranq̃llitatẽ:quod vere dicãt Stoici habere oẽs numeros inter humana concilia:quippe quod ſolã rerũ omnium expetẽdarũ vbertatẽ:& cumulũ cõplectitur vt iure optimo dicere queat qui pacis bono p̃fruitur cũ ſapiente cõcionatore. Venerũt mihi oĩa bona pariter cũ illa. Idq; vltimũ abſq; dubitatione eſt:& extremum bonũ ac finis potius bonorũ oĩm. Sed ſi viã ad eũ perueniendi q̃rimus duas cæteris expeditiores eſſe affirmant:qui recte oĩa/ac diligentiſſime contemplantur. vnã iuſtitie:quæ mater quodãmodo eſt oĩm p̃creatrix virtutum:que & ſuperis/et mortalibus reddit quod ſuũ eſt: alterã vnanimitatis:atq; concordiæ: per quam omnia augeſcunt expetenda bona:& incrementum ſuſcipiunt.et poſt habita priuatorum cõmodorum rationẽ:cõmunis ſalus:atq; vtilitas conſeruatur. Quid igitur tantæ amminiſtrationi præfecti eſtis:diligite iuſtitiã:concordiam amplectiſſimi:ſeruate leges:iura cuſtodite:exaltare probos:cohercere malos:reddite vnicuiq; quod ſuum eſt:aſpernamini ſeditionẽ omnẽ: contentiones fugite:vitate diſcordias/ſectamini æquitatem:& ſicut certo ſperamus quod ampliſſimũ bonum eſt oĩm:pacem/& tranquillitatem optatã conſequamini:atq; vt ita concedat deus:deuotiſſime ſupplicamus.

Dixi.

ℭ Auguſtini Dathi oratio.XXIII.quum ſãmi ſenenſis reipublice magiſtratus clariſſimũ virum Ioannẽ Penſium Siculũ militari ornamento inſigniret:et auro.

ILlud apud Reges omnes ac prĩcipes:ampliſſimi Magiſtratus:et celebres patres:apud omnes itẽ bene moratos populos/atq; orbis nationes/& ciuitates:quæ legibus & moribus conſtitute ſunt maxime ſemper efferri ac laudari cõſueuit:vt quod iuſtitiæ ſuum munus eſt: ſingulis hominibus ſua iura tribuãtur. Vt nec ĩprobi:& humanæ ſocietatis violatores pena:ac ſupplicio careat:et boni et ſapiẽtia:ac laude preſtantes viri debitis præmiis/atq; ãpliſſimis afficiãtur honoribus. Atq; inde factũ ẽ: vt q̃ apud Priſcos quõdã laboris:et duri diſcriminis militaris:ac bellica foret exercitatio:ad magnũ exide decus atq; virtutis p̃miũ: et p̃bi-

decorare:& vt Plinii ſapientiſſimi viri verbis vtar:ſtatuā in foro populi Romani ponere: quam. Ea propter hi ampliſſimi patres qui huic gubernandæ reipub. Rectores nunc præfecti ſunt auctoritate ac decreto noſtri Senatus:te certiorem faciāt:habere te vniuerſæ huic ciuitati chariſſimā non ſolum propter cōmunē ac reciprocam Senenſis ac Lucenſis patriæ naturalem/atq; inſitam beniuolentiam/perſpectāq; /& probatiſſimam amicitiam:ſed & propter ingentem tuā virtutem/ſapientiam/moderationem:quā in regendo magiſtratu præ te tuliſti:& propter ſummæ integritatis merita:deniq; vero vt intelligas id ab intimis/atq; optimis animis proficiſci:hoc noſtræ ciuitatis inſigne tibi decernūt/ac deferūt vt ſit illud quidem & tuæ virtutis perpetuum monumentū:& noſtræ inditium charitatis/ac veri pignus amoris. Quod accipito læto animo: & macte eſto gloria/& honore ſemper & in patriam rediens: & per orbem totum quocunq; verteris. Dixi. Plinius

¶ Auguſtini Dathi oratio.xxv.vice regis:qui clarum belli ducem:fide probatum/ac bene de ſe meritum familiarium ſuorum conſtituit numero/ac victoribus ſignis donat/quibuſdam veluti bellicæ virtutis inſignibus: & militaris ſuæ ipſius laudis perpetuis monumentis.

VEtus mos:& antiqua maiorū noſtrorum fuit conſuetudo: Dux belli ſtrenue/atq; inuicte athleta:iuſtitiæ ſeruādæ gratia:eos ſemper premiis afficere atq; honoribus decorare q ſingulari virtute & eximia animi magnitudine præditi eēnt:atq; eo magis:ſi ad huius regni gloriam ac decus:ſuam in bene gerendis rebus & virtutem & operam cōtuliſſent. Quod cū nobis & huius ſolo maieſtati compertum de tua præſtanti virtute:atq; exploratum ſit te amicoru; & familiarium noſtrorum numero conſtituimus/ac perpetuo aggregamus:& eum eſſe profitemur: qui inter magnos & claros belli Duces ac fortiſſimos pugnatores iure optimo collocari debeas/ac demū inter eos reponendum eſſe iudicamus:qui de nobis bene meriti ſunt: & ſeſe virtutibus:& rebus geſtis dignos fecerunt noſtra familiaritate & gratia. In quarum quidem rerum perſpicuum teſtimoniu;:hoc te dono muneramur: & hæc tibi deferimus victricia ſigna/munus tuæ virtuti accommodatum:debitum tuis meritis: claris & ſtrenuis bellatoribus dari ſolitum:noſtræ erga te ſummæ beniuolentiæ teſtimonium: & veri pignus amoris:vt nō ſolum teſtibus tuæ virtutis merces pateat:ſed minoribus quoq;:ac poſteris tua laus & claritas eluceſcat. Hoc tibi optimo largimur cordis affectu tu hilariter fac:& læto ſuſcipias animo. Dixi.

¶ Auguſtini Dathi oratio.xxvi.in comitiis habita:quam de more Senenſis patriæ: noui magiſtratus ſorte quadā ducerentur e buxolo

PVlchre traditur maiorum noſtrorū auctoritate excelſi magiſtratus: ac patres.C.Sed & veterum quoq; ſapientu; ſententia cōprobatur:qui tam apud Romanos & Græcos:tum etiam apud Hebreos præclaras orbis nationes maxime floruerūt: tales Proloquium exemplare.

piæruínq; eſſe populos: quales ii fuerunt: qui populis regendís præſunt
Hinc aureum flumen. M. Tullius ad: P. Lentulum ſcribens ait. Hæc in ci
uitate animaduertenda: quæ ſunt apud Platonē noſtrum ſcripta diuini
tus: quales in repub. Principes eſſent: tales reliquos eſſe ciues. Hinc & An
tigonus Rex quondam Macedonũ: qui magnis fortunis polleret & glo
ría: in epiſtola ad zenonem Cittieũ: cum nonnulla de doctrina ac fœlici
tate præmiſiſſet. hæc tandem in calce ſubiecit. Cuiuſmodi Dux fuerit ci
uitatis: tales vt plurimũ ſubditos fieri neceſſe eſt. Hinc & ſapientiſſimus
concionator Ieſus Syrach filius in eo libro: qui Oeconomicus inſcribi
tur: ſecundũ iudicem populi inquit: ſic & miniſter eius: & qualis Rector
Euagatio nar- eſt ciuitatis: tales & inhabitantes in ea. ¶ Quocirca optimos magi-
ratiua. ſtratus eligendos cenſuerunt: qui volunt rempub. ſaluã eſſe: et populum
ipſum ad beate: honeſte: bene viuendũ: vel traducere vel impellere. Opti
mi autem Magiſtratus ſunt: quibus eæ res ſunt ꝓpoſitæ: quas optimus
quiſq; debet: cõmunis ſalus: reipub. dignitas: atq; libertas: qui ad cõ-
munem vtilitatem omnia referant: obliti propriorum cõmodorũ: me-
mores autē eius quod auctor ꝓbatiſſimus tradit Liuius in hæc verba:
T. Liuius. Factio reſpectuſq; rerum priuatarũ ſemper offecere: officientq; publicis
conſiliis: Optimi magiſtratus: qui vniuerſum corpus ꝓcurant ciuitatis
ciuium ſectionem oderunt: et perniciem ciuitatis ac labem execrantur
ſeditionem videlicet: atq; diſcordiam: Optimi ſunt magiſtratus: q̄ pru
dentiam adhibuerunt ad recta ac ſalutaria capienda conſilia: amorē et
charitatē ad rempu. amplectendã: diligentiã vero ad perficiendam rerũ
adminiſtrationē. Itaq; recte præcipitur optimos magiſtratus: prudētiſ
ſimos: diligentiſſimos eſſe oportere. Optimi magiſtratus ſunt: quales
Moiſes Iſraëlitici Dux exercitus: diuinitus iſpiratus expetere cõſueuit:
natu grandiores ꝓpter grauitatem: atq; conſtantiã: delectos per tribus
& familias ob virtutis p̄ſtantiã ſimul atq; concordiã: doctrina deniq;
præditos: qui diuinam et humanã legē inſtructi: iuſtitiã et æquitatē con
ſectarentur: & nec ad dexteram: neq; ad ſiniſtrã deflecterent: ſed via re-
gia graderentur. Optimi magiſtratus ſunt: qui præmiis vtētes & pœna
inter bonos: & malos diſcrimen præſtant: e ciuitate autē ſtudioſe amo-
liuntur: luxuriã, auaritiam turpitudinē, inuidiã: cæteraq; generis eiuſ
dem: quæ labefactant ciuitates ad excidiũq; perducunt: & populos per
dunt. Optimi magiſtratus ſunt: qui cogitant ſemp conſilia pacis et pa-
catis tēporibus ad pacem retinendã operã omnē, atq; induſtriam con
ferunt. Per bellorũ vero tempora: qualia nõnunꝙ alternæ humanarum
rerũ vices ferunt: & nũc contingunt iis quos fœdera ſancta iunxerunt.
Sixto beatiſſimo Romano Pontifici: regi potentiſſimo Ferdinando: &
nobiſipſis crebris finitimorũ laceſſitis iiuriis. Optimi inꝙ magiſtratus
qui bellorum motibus: hoſtiũ propulſant iniurias: vlciſcuntur improbi-
tatem: erectas domant ceruices: magnis autē rebus gerendis decus tu
entur imperii: augent reipub. gloriam: et in poſterum pariunt firmiorē
pacem: Nam et idcirto bella geruntur vt in pace viuatur. Eiuſmodi in
preſentiarum præeſſe cognoſcimus: qui vna cum Dictatoribus noſtris
Baliæ patribus: loco diſiuncti: propoſito vero coniunctiſſimi: et volunta
te pares: vigilando agendo bene conſulendo, diligenter diſponendo:

his difficillimis temporibus ,publicis rebus gerendis præſunt Conſini
les hodie in hac præclara comitioruꝫ celebritate nobis diuina ſors of-
ferat:quorum conſilio ,virtute ,prouidentia ,beata ſit futura reſpub: Confirmatio.
Quod vt facilius aſſequamur æternum mūdi principē:quem vere Deuꝫ
deorum dominū propheta ſacratiſſimus vocat:a quo facta ſunt : ac ge-
runtur omnia:ſine cuius numine factum eſt nihil:caſta ,pia ,integra ,in
corrupta mente veneremur:paſſis manibus ,ac ſublatis in cœlum cordi-
bus inuocemus:queꝫ ſanctiſſime adoramus:& colimus:cōprecemur his
verſibus.O q res hominumqꝫ deūqꝫ Aeternis regis imperiis:& fulmine
terres:Iuſticiæ:rectiqꝫ datos:qui cuncta gubernas: Sæuā imprimis tol-
le cladem : ſtatue tandem grabus erūnis modū ſumme Olympi rector:
da finem Rex magne laborū:de ſublimi ſolio ac cœleſti throno reſpice
propius Senenſem populū:adſis nobis fœlix:optata comple:preces au-
di:annue ſuplicum votis.Parce pio generi & propius res aſpice noſtras
Tuqꝫ o piiſſima Virgo:æterni Regis filia:eadē ac parens Regina cœlo
rum:noſtræ imperatrix vrbis:quæ in cœleſtibus ſedibus ſupemines An
gelorum choros:vna cū Dei filio:eodem & tuo nato totius moderatrix
orbis:fac nobis ꝓpicium:quē redemptorē genuiſti mortalium : quem
tua geſtarunt beata viſcera:quē admotis ſanctis vberibus : ſacro lacte
pauiſti.O patriæ Senenſis honos:o vita ſaluſqꝫ ſpeſqꝫ hominū.queꝫ ter-
ra:poli:mare:ſydera adorant;redde in ꝙ placatum ac fœlicē tuis Senen
ſibus filium:aduerſa pelle:bona cuncta poſce.Hæc viri Senenſes Regina
cœloruꝫ eſt:mater regis Angelorū:noſtræ ſalutis initium.miſericordiæ
complementum:fons gratiæ:& humanæ fragilitatis tutiſſimū præſidi-
um:ac ſingulare profugium:pudicitiæ ac ſanctitatis templum:ſpeculuꝫ
ſapientiæ:ſupernæ gloriæ ſplendidiſſimum lumē: intemerata Dei geni-
trix:ab æternis ſæculis cœleſti prædeſtinata conſilio:quæ virginali clau-
ſtro illum portare meruit:cuius vel totus cœlorum omniū ambitus ca-
pax eſſe nō poterat.De hac namqꝫ iamdudū ſapientiæ oraculis prænun-
ciatum erat. ¶ Qui creauit me:requieuit in tabernaculo meo:quæ de-
um & hominem Redemptorem mundi:humani generis Saluatorem ge
nuit:& hanc patriam:patriam hanc dico viri patres ab hoſtium ſemper
defendit inſidiis.Hanc nos igitur ſupplices deprecemur:vt ſicut huic ci
uitati ſola præeſt:ac dominatur vna cū filio:ita eius ſalutē firmitatem
quietem:pacem benigniſſime tueatur:vt ita eius munita ac vallata præ
ſidio & ope ſanctiſſima freta:malorum omnium ſit ſemper immunis:&
candida libertate ac diuino ocio cū ciuium ſumma cōcordia perpetuo
ſecura fruatur.Vos quoqꝫ Apoſtoli principes chriſtianæ religionis co-
lumen & vera mundi lumina:vos ſacri ac ſancti penetrabiles noſtri Pe-
nates:qui huius vrbis & Senenſis populi tutelæ præeſtis : vos quos hæc
patria tulit:diuina virtus in cœlum tranſtulit:vos cœlites ac ſuperi om-
nes adhibete noſtris Magiſtratibus gratiam:largimini ſapientiam:
virtutem conferte:date ſalutem:iuuate victoriam: vt fauentibus vobis
qui mundū regit omnē Deus:beataꝫ efficiat Senenſem rēp. Poſtremo &
qui nūc præeſtis magiſtratus:& qui deinceps ꝓfuturi eſtis : quo ſitis ad
bene gerendā remp.alacriores ſic habetote.Si pie in deū:ſi caſte in nobis
ſi iuſte in hominū cōciliatione & ciuili ſocietate vixerimus :licebit diu-

turnis temporibus et longo ſeculorū curriculo beatā poſſidere Remp.
Licebit multis populis:terra mariq; imperare. Licebit Magiſtratus ge
rere:exercitus regere:Licebit pendulis atq; albis iufulis ornare tempo
ra.Statutis vicibus aureas &argenteas vrnas:bicolores tum triparti-
tas:tū quadripartitas pyxides proſpere nouare.Hunc vero ſignis & au-
ro fulgentē theſaurū:atq; auguſtā corbanā tubicine præcinente:modu
lante tibicine:apparitoris ſubiecta atq; alternata ceruice:oliua:& feſta
fronde:longo ciuium & Senatorū agmine per turbā geſtare.Licebit ha
bere Senatū calata centuriata:comitia cogere.concionari:ſententiam
dicere:ſancte decernere:ſed et leges & iura præſcribere: volētibus atq;
obedientibus imperare.Licebit opimis paſcuis & ſalinis: amplis vecti
galibus:fertilibus aruis:agricolarū:artificum: mercatorū iucūdis mu
neribus perfrui:& quod summū in rebus humanis bonū eſt:inconcuſſa
libertate vti.ac perpetua pace lætari:demū cælorū nanciſci premia.Atq;
Concluſſo ita faxit Deus optimus:maximus:q̄ large ſuppeditat bona cuncta mor
talibus. Dixi

❡ Auguſtini Dathi Oratio.XXII.Habita:dum Paulo Lucullo Aqui
lano æquiti Senenſis reip.collata ſunt ſigna.

C Onſuetere maiores noſtri & veteres ſapientes æques inſi-
gnis Paule Luculle:viros magnos & virtute ac laude pre-
ſtantes:magnis quoq; efferre laudibus:& ampliſſimis per-
ſequi præmiis.Hinc ſunt coronæ militares:quæ priſca vetuſtate celebrā-
tur:hinc triūphalis corona:hinc obſidionalis corona:hinc ciuica coro-
na:muralis corona:caſtrenſis corona:naualis corona: oualis corona:
oleagina corona:hinc laurea:hīc alia per multa id genus : vel inſignia
C.plinius vel munera.Hic eſt illud.C.Plinii magni auctoris locuples teſtimoniū:
non magis decorū & inſigne eſſe:ſtatuā in foro populi Romani habere
q̄ ponere.Hinc illud eſt compertū omnibus catholici Doctoris:ad ma-
gna præmia per magnos labores pueniri.Hinc illud Platonis ſūmi pe-
ne philoſophorū omniū:honore alii artes : omnesq; accendi ad ſtudia
gloria:iacere contra ea:que apud quoſq; improbantur. Ab ea conſue-
tudine hæc nun q̄ diſceſſit reſp.eamq; ipſam recte viuendi rationē:ſtu-
dioſe ſemper accurateq; ſeruauit.Et vt bene ac laudabiliter iſtituta eſt
et ſanctiſſimis legibus gubernatur & moribus:ita preclaros & preſtan-
ti virtute ac laude;viros ſūmis decorat ornamentis:ampliſſimis proſe-
quitur premiis.Itaq; cū in tuo preclariſſimo Magiſtratu tuam nouerit
virtutē:integritatē:moderationē:diligentiam:optimā deniq; bene re
gendi viam:certe cū antea Aquilanos omnes veteris amicitiæ iure et
ſacri cælitis diui Bernardini adiuncto poſtmodum arctiſſimo vinculo
amaret:& ſūma charitate diligeret.Cognitis nūc tui Magiſtratus lau-
dibus:tuis ita poſcentibus meritis.præter ſūmam totius ciuitatis be-
niuolentiā & gratiā:quam tibi cumulantiſſimā cōparaſti:donat te no-
ſtra reſp.magno Senatus conſenſu:& cunctis populi ſuffragiis:ſuis inſi
gnibus ac perpetuis monumentis.Futurū quidē poſthac ſemper tuæ vir
tutis:ſapientiæ:integritatis perſpicuū teſtimoniū:& ſummi tandem pi
gnus amoris.Id tu læto accipito animo:et macte eſto vbiq; gentiū au-
ctoritate & gloria huius præcellentiſſimi Magiſtratus noſtræ Reip.& ci
uitatis huius non immemor vſquam. Dixi

℄ Auguſtini Dathi ad Quirites Oratio .xxviii. ꝓ nouo Senatore vrbis de laudibus Romanæ ciuitatis.

Vrbis Ro. cōmendatio.

QVamq̄ intelligam: maiore eloquēdi copia opus eſſe viri præſtantiſſimi & illuſtriſſimi patres et vberiore dicēdi oratione ei: qui tantæ dignitatis locum ſubit: tamē quod muneris neceſſitas agere compellit breui ſermone cōplectar. Cū præſertim huius celeberrimæ vrbis, florētiſſimæ ciuitatis: optimæ inſtitutæ reip. præclariſſimi atq̃ ampliſſimi Imperii vbiq̃ gentium fulgeat ſplendor: & admirabilis gloria, atq̃ eximiæ laudes pateant: cum ciuiū ſplendida ingenia: laudatiſſimi mores ſingulares præcipuæq̃ virtutes toto iam clareſcant orbe terrarū. Nam vere huic propheticū illud congruit Glorioſa dicta ſunt de te ciuitatis Dei. Nam iure optimo: ciuitas Dei appellari debet: in qua regnat diuini cultus religio: virtutum omniū exemplar Iuſtitiæ ſplendor eluceſcit. Quæ omnia cū a primordio tam glorioſi Imperii tantopere ſemper exculta ſint, factum eſt nō iniuria: vt vniuerſi terrarū orbis aſſequeretur Imperium. Ad virtutē iuſtitiā videlicet: quæ omniū preclariſſima & in omni adminiſtratiōe neceſſaria eſt: vires omnes & diligentiā adhibere et cōferre debetis: vt ea vigente eadem amplitudo tantæ reip. et admirabilis dignitas perſeueret. Hanc imprimis tueri ac ſeruare: qui tam ornatiſſimo magiſtratui preeſt: vt intelligant omnes: hoc vere eſſe gentiū omniū patrociniū firmiſſimum: ac ſingulare ꝓfugium & veluti tutiſſimum portū: in quo mūdi totius gētes ac nationes facillime conquieſcant. Neq̃ enim quicq̄ poteſt aut preſtantius dici: aut cogitari ſublimius q̄ huius preclariſſimi populi Maieſtas. Si pari ſtudio & induſtria floreant eadem: quæ quōdam ceperunt excellentiſſima omnium bonorū munera: vt per iuſtas & optimas laudatarū rerum omniū exercitationes, & ſummā ingenuarū artium celebritatē: ſit illa ciuitas glorioſa Imperium Occeano famam quæ terminet aſtris. Atq̃ ita futuꝝ ſperare debemus, ꝓ celeſtis gratiæ benignitate & pro ſumma veſtrarū paternitatum virtute: atq̃ admirabili prouidentia. Dixi.

℄ Auguſtini Dathi Oratio .xxix. Ad idem.

QVm nihil ſit Romano nomine nec preclarius quicq̄: nec ſplendidius: illuſtriſſimi patres & Quirites ornatiſſimi. ſtatuo ne rei magnitudini & huius loci auctoritati iniuriam feciſſe videar: quæ ipſe conſentanea arbitror, breui oratione ac ſermone cōplecti: ſi tutius ſi melius eſt de rebus magnis pauca potius q̄ diffuſiora proferri. Ac primum præſtantē & nobiliſſimū æquitem .M. magnis laudibus dignū eſſe iudico. Qui ſapienter qui moderate qui laudabiliter eum Magiſtratum geſſit: quo nullū ampliorē nec maioris dignitatis eſſe non imerito arbitramur. Nam cum ſit vna iuſtitia preter cæteras omnes eximia atq̃ excellentiſſima: et mater q̄dam ac Regina virtutū illā maxime tueri debet: qui huic p̄clariſſimo Senatorioq̄ muneri p̄ſunt: ſiquidē iuſtitiæ exercitatione humana cōciliatio & ſocietas conſeruatur. ciuitates fœliciter gubernantur: pax id eſt ſūmū interres omnes humanas bonū ociū & tranquillitas effloreſcit: et plenitudo atq̃ vbertas expetendarū rerum omnium: quam virtutem diligenter colentes. qui hanc vrbem glorioſiſſimā præclare fundatam reliquerunt: ade

pti ſunt totius orbis Imperium. Ac nunc quidem cunctis terrarum omnium populis antecellit: & obſeruatione iuſtitiæ: et rerum cunctarum laude: præſertim cum illam Deus ſedē & domicilium eſſe voluerit Chriſtianæ atq; apoſtolicæ dignitatis: cuius fundamenta vere poſita ſunt i mōtibus ſanctis: cuius non ſecus ꝙ Syon diligit portas dñs ſuper omnia tabernacula iacob. Ciuitas dei Roma: de qua glorioſa dicta ſūt. Quæ preclara huius inclytæ & dominantis vrbis munera: cum mecū conſidero, ſupplex deprecor eum: qui celos & cuncta gubernat: vt eam mihi in hoc Senatorio & preclariſſimo munere tribuat facultatem: vt ſeruare tātæ vrbis decus & tueri iuſtitiam in hac excellentiſſima ciuitate valeam cum ſūma huius glorioſi populi pace ac fœlicitate ad ſanctæ Romanæ eccleſiæ amplitudinē & ſancti pontificis Pii ſecundi gloriā & illuſtriſſimarum paternitatum veſtrarum ſplendorē. Ad quam rem oēm ipſe & fidem & operā et accuratiſſimā induſtriam adhibebo.

¶ Auguſtini Dathi Oratio. xxx. Pro Senatore vrbis ſine Magiſtratus:

Siqua in me fuiſſet dicendi poteſtas. viri preclariſſimi: atq; celeberrimi patres: libenter et de iuſtitiæ laudibus: & de ſucceſſoris meritis orationē habuiſſem. Sed vtrūq; ſūmi oratoris eloquentia & diſertiſſimi hominis ingenio et facundia explicandum eſſet: que quidē longe a me abeſſe ſentio. Nam ſi iuſtitiam laudare velimus: ea proculdubio virtus eſt. cui in oīm rerum adminiſtratione palma tribuitur: per quam regna Principatus: reſpublicæ & ciuitates omnes ac populi in pace ſeruari: in trāquillo ac tutiſſimo loco conſtitui & collocari poſſunt: ſine qua nulla tam magna hominū conciliatio eſt: nulla tam firma ſocietas: quæ nō ſtatim ea virtute ſublata extinguatur & pereat. Quamobrem inſignis phūs Plato vnam præ cæteris neceſſariā oſtendit eſſe in iis luculētis libris: quos de Republice inſtitutione cōpoſuit: quæ reddens vnicuiq; quod ſuum eſt hominū concilia ſtabili firmitate tuetur & cōtinet. Quam qui ſeruāt hi latiſſimum adipiſcuntur Imperium & præcipuum decus: atq; immortalem gloriam aſſequuntur. Flos mundi totius & caput vniuerſi orbis Roma teſtatur: cuius iuſtitiā referre nemo poſſit. Cuius glorioſum regnum: atq; vniuerſale Imperiu; veterū oīm tum latinorum: tum etiam Græcorum hiſtorie concinunt. In qua qui imperauerunt vnam iuſtitiam cum cæteris virtutibus ſeruare ſemper & colere contenderunt: ita vt Brutus is qui primus tyrannidē & iniuſtum regnū ex ea vrbe ſubſtulit: viuendi aureā libertatē inuexit: neq; etiam ſuis ipſius liberis pepercerit: quo patriæ saluti conſuleret: & illeſam inuiolatāq; iuſtitiam tueretur: oblitus paternæ pietatis: quæ omnem fere amorē ſuperat: vt tam præclaræ virtutis memor eſſe nequaꝙ deſineret. Id ipſu; & pleriq; Romani feciſſe perhibentur. Atq; ea res imprimis eidem vrbi vniuerſā pene terrarum oīm imperium peperit. Huius autē virtutis ſtudio cōſtat incenſum atq; inflāmatum eſſe æquitem præſtantiſſimum. M. quē ſūmi Pontificis ſapientia huius præclariſſimi Magiſtratus ſucceſſorem conſtituit. Quod eius prudentiā: moderationem animi magnitudinem & eximiā ꝓbitatem intellexit ſufficere tanto muneri: vt ſit qui diuini cultus reuerentiam Iuſtitie firmitatē & conſeruationē impleat. huius floręntiſſime vrbis proſpiciat dignitati: paci & quieti intendat: ac deniq;

ſanctiſſimi Domini noſtri diuina prouidētia eccleſiæ Principis votis ſā ctiſſimis ſatiſfaciat:vt pro bene geſtis atq; adminiſtratis rebus et glo riam ſingularem:& huius illuſtriſſimi populi reportet gratiam. Atq; vt id ita illi tribuat omnipotens deus : & terrarum rector ac cæli arbiter, magnis ac deuotiſſimis ſupplicationibus deprecamur.

Dixi.

¶ Auguſtini Dathi Oratio.xxxi. Ad idem.

OPtabam patres illuſtriſſimi:eam mihi datam fuiſſe eloquentiæ facultatē:qua aliqua ſaltem ex parte mea potuiſſē; munere fungi. Et primū quidem parē rependere orationis vicem:in qua ſentio ab eo:qui nuper orationē habuit :nihil eſſe prætermiſſum : quod ad magnum dicendi ſplendorem pertinere poſſit. Deinde vt aliquas & huius glorioſe vrbis:& veſtrarum paternitatum laudes afferre in medium cōcederetur: poſtremo vt debitas agerem veſtris dignitatibus gratias. Sed cum intelligam hæc omnia lōgiſſime mei ingenii vires exiguas ſuperare:multa quæ neceſſaria huic propoſito forent:in pauca conferam. Nam cū conſidero qua liberalitate:quibus honoribus:qua benignitate a veſtris præclariſſimis paternitatibus affectus ſum:iudico ꝓculdubio me omnia vobis debere: quæ vel natura tribuit vel fortuna conceſſit. Siquidē acceptorū beneficiorum & meritorū tanta eſt magnitudo:vt nec animi viribus:nec corporis muneribus:nec externis facultatibus tam incredibili amplitudini valeam reſpondere: Quas vero nequit referre mea fragilitas: agere non ſufficit lingua mortalis: eas tamen animus ipſe habebit veſtris paternitatibus īmortales gratias ac ſempiternas: & dum ſpiritus hos reget artus:quantum diuini numinis benignitas annuet:cunctis viribus totoq;(vt aiunt)pectore veſtris cōmodis inſeruire:iuſſibus ac voluntatibus parere:atq; optemperare conabor. Id meum ſtudium:ea ſēper erit accuratiſſima exercitatio:vt extollā huius florētiſſimæ vrbis nomen:et glorioſiſſimi huius Impii decus predicatiōibus et laudibus ad ſydera tollam. Quod vt ſeruet vt tueatur atq; amplificet: ſub optimi paſtoris ac diuini Pontificis gubernatione:beneficentiſſimus Deus deuotiſſima ſupplicatione oro atq; obſecro ; & ſimul eam mihi dignetur tribuere facultatem:vt nec ingratus ac tantorum beneficiorum immemor cuiq̄ videri poſſim. Poſtremo ita me veſtris illuſtriſſimis paternitatibus deuinctum atq; obnoxiu; profiteor:vt nec etiā capitis periculum & vitæ diſcrimē effugiam:cum veſtris paream.atq; obediā iuſſibus Hoc propoſitum animæ:& firmiſſima mentis ſentētia: quam nec extorquere fortunæ caſus:nec vlla immutare poſſit aduerſa tempeſtas.

Dixi.

¶ Finis tertii Orationum Libri illuſtriſſimi Oratoris Auguſtini Dathi Senenſis.

vt beatitudinē cumulatiorē perficiat: niſi forte beatiorē minus beatā
interpretari velimus: qua ratione & ſenior dici ſolet: non qui longeua
ætate ſit: atqꝫ annis confectus: ſed potius: qui adhuc viridiorem, & pri
mam ſenectutem degit. Et nos quoqꝫ ꝙdiu corporis tenemur vincu-
lis: ac tetro carcere irretimur: beatiorē quidem vitam viuere poſſimus:
beataꝫ vero atqꝫ abſolute perfectā: niſi poſt mortē adipiſci nequeamus M.Cicero:
quam ſententiā &.M.Cicero in Tuſculanis diſputationibus his verbis
proſecutus eſt. Fidenti animo gradietur ad mortē: in qua aut ſūmū bo Cauſe beatitu
num: aut nullum malū eſſe cognouimus. Erat.n. ſermo illi de ſapiente dinis.
viro. Sed redeat: vnde defluere cœpit oratio. Multa ſunt quæ beatioreꝫ
nobis vitam pariant, Ac primū quidem Res non parta labore: ſed reli Ouidius
cta. Quibus verbis ſignificatur perturbationū deſtructio: cum aliaruꝫ
oīm: tum maxime libidinis ac metus. Nam cū duplex diuitiaꝝ ratio ſit
vna earū: quas ipſi cōgeſſimus altera earū: quas a parentibus acceptas
tuemur illā Poeta reiicit: has aſciſcendas ſuadet. Nam ſolēt qui cumu
landis facultatibus atqꝫ operibus intendunt: plerūqꝫ & libidine agen-
di cruciati & amittendi metu. Potior eſt ergo res: ac ſubſtantia relicta:
quod patrimoniū ſuo nomine appellatur: ꝙ quæ labore & induſtria par
ta eſt. Quin etiam in tuenda ꝙ in querenda ſubſtantia præcipue ſita ē
laus. Hinc illud etiā Naſonis. Nec minor eſt virtus ꝙ q̄rere parta tueri
Caſus ineſt illic: hic erit artis opus. Quippe quāto paratur quod labo-
rioſius tanto etiā cupidius: atqꝫ auidius poſſidetur. Et vehemens amor
quod ad diuitias pertinet: vehementem laborē æqueat. Fortunā autem
in pecunia comparanda dominari nouerunt certe illi: qui vel importan
tes multa: vel exportantes in cōtrahendis mercimoniis quottidie ver-
ſantur. Cæterū arte ac diligentia cuſtoditur. Non ingratus ager: vitam
quoqꝫ beatiorē efficit: quo loco ſignificatur bonaꝝ rerū ſtudium, hone
ſtarumqꝫ artium exercitatio. Quemadmodū.n. arma nonnūꝙ belluꝫ:
togam pacem: ita & agruꝫ quoqꝫ agriculturā: recte expoſuerimus. Om
nium autē artiū nulla eſt agricultura melior: quam merito laudat exi-
mius Orator dicens. Omniū rerum: ex quibus aliquid acquiritur: nihil
eſt agricultura melius: nihil vberius: nihil dulcius: nihil homine libero
dignius. Aut.n. honeſtatem aut vtilitatem aut voluptatem quærimus:
circa quæ tria: omnis hoīm verſatur intentio: quæ facile omnia in agri
colatione reperiuntur. Et ſi quidē honeſtatē ſpectes: nihil eſt ea melius:
ſi vtilitatem: nihil vberius: ſi iucūditatem nihil dulcius. ſi præcipuam di
gnitatem nihil homine libero dignius. Hæc imprimis ſecundum natu-
ram eſt: quod in Oeconomicis tradit Ariſtoteles iuſta eſt: quod neqꝫ Philoſophus.
inhumaniter: neqꝫ ab īvitis quærit. Hæc humanū genus neceſſario ſub- Ariſt.
ſtinet: nutricatur: tuetur fouet. Laudat Cornelius Celſus duas impri- Cornelius
mis artes agriculturā: ac medicinā: quod hæc ægrotis ſubueniat: illa ſa Celſus:
nis corporibus miniſtret alimenta. Nec ſolum ad degendam vitā agri-
cultura neceſſaria eſt: ſed prodeſt etiam ad virtutes plurimuꝫ: præcipue
vero ad fortitudinem: ut idem ipſe inquit Ariſtoteles. Plæræqꝫ.n. artes
corpora ipſa eneruant: ac molliunt: agricultura vero eiuſmodi eſt: aut
qui eā exercent: & degere ſub diuo: et labores tollerare poſſint: et incur-
ſantiū hoſtium pericula: atqꝫ iniuriam propulſare. Itaqꝫ et ob eam cau-
ſam recte Plinius in naturali hiſtoria. Fortiſſimi viri: inquit: et milites

nec quem ꝙ cultius: ꝙ alterũ progredi: Mentẽ autem quietã ſignificare curarũ: moleſtiarumq; omnium expertẽ animũ. Qui ita ſentiunt: boni fortaſſe viri ſint: ſed tamen craſſa Minerua. Verborum ſonitum perſequuntur modo: quod penitus reconditur ignorant. Sed nos quæ vera ſunt aperiamus. Duplex namq; erat apud veteres Romanos genus exercitationis: quod amplexabantur: qui actiuã et negocioſam vitam viuebant vnũ eorum, qui in defenſionibus amicorum verſarentur: eorũ alterum qui ad remp. capeſſendam ſe conferrent. Id eſt enim apud Ciceronem defenſionũ labores et ſenatoria munera: id forenſiã. Rerum labor ſignificat & ambitionis occupatio: id alio loco forenſes litteræ: et ſenatoriæ: id amicorum negocia et reipublicæ procuratio: id perſepe forum atq; curia: Vtrũq; vero mentem animũq; perturbat. Atq; alterũ ſapiens Poeta ſuadet: nun ꝙ exercendũ quod paucis proſit altero vtẽdum quidem ſed raro: quod vniuerſorum vtilitatem complectatur. Nã et Plato ipſe Philoſophus accedere ad rempublicam, negabat oportere: niſi coactos: quod eorum vitam: quam oportet pacatam, ac trãquillam eſſe: omni debeat eiuſcemodi laborum vacare moleſtia. Quam ob rem qui beatiorem vitam cupit adipiſci, is litem caueat: cauſam agendam nunquã ſuſcipiat: togã raro induat idq; non ambitionis ſtudio: ſed reip. cauſa. ne non geniti, ac nati ad prodeſſendum videamur. Sumunt nãq; virilem togã: q aut Magiſtratus gerũt: aut grauiora obeũt munera. De quibus Plinius in epiſtola ad Pompeiũ Saturninũ luculente his verbis. Officio inquit toge virilis interfui: ſponſalia: aut nuptias frequentaui: illi me ad ſignandũ teſtamentum: ille in aduocationem: ille in conſilium rogauit. Illa quoq; non abſurda ſit eorũ verborũ interpretatio: vt lis auaritiæ prohibeat cupiditatẽ: toga ambitionis faſtum mens quieta flagitioſæ libidinis leuitatem: & nequitiæ turpitudinem. Nam qui humanis rebus animum applicuerit: is beatus eſſe nullo modo poteſt. Qui vero tria illa deſpexerit: is res omnes humanas contẽpſiſſe putandus eſt. Quod. n. in terris eſt id omne: aut vorax auaritiæ cupiditas eſt: aut leuis ambitionis inanitio: aut deniq; obſcenæ ac lutulentæ turpitudinis labes: quibus rebus qum tenetur animus: lõgiſſime abeſt ab ea: quam vir ſapiens inueſtigabat tranquillitate. Quod ſi qs obiiciat non fuiſſe Poetã ſuſpicatum eam diuiſionẽ: quæ ex ſacris monumentis de prompta eſt: is ſi legerit Flacci ſermones ꝙ primũ: & ſententia & errore deſiſtet. Ex his hæc verba ſũt. Quẽuis media elige turba. Aut ab auaritia aut miſera ambitione laborat Hic nuptarum inſanit amoribus: hinc puerorũ. Facile ergo turpium ac malorũ rerum libido ſublata ſit: quã vel maxime amoliri debemus ſi volumus beati eſſe: ſi lis nunquã extiterit ſi toga rara: ſi mens quieta. Nam & Chilo Lacedæmonius vir vtiq; ſapientiſſimus vehementer: vt quietẽ adamaremus: ſuadet. Accedunt vires ingenuæ: ſalubre corpus. Hic ſignificatur induſtrii laboris exercitatio: quæ & honeſta res eſt: et plurimum bonæ valitudini cõducit. Quã vero laudãda trãquillitas: tã eſt vituperãda deſidia. Hic apud Athenieſes vt lãgueſcentis inertiæ torpore medio tolleretur Areopagus ipſe qd quiſq; ageret Athenieſiũ: aut quo nã quæſtu vitam tueretur: diligentiſſime ſolebat inquirent Et Lycurgus cũ adoleſcẽtes in agrũ. nõ ĩ forũ deduci iubebat: id certe ſpectabat: vt primã æ

Duo exercitatiõis gña Ro.

Attende.

Horatus Flaccus.

Chilo. Lace:

Lycurgus.

tatem ac nitidiores ānos/nō in luxuria: quæ honeſtatis acerrima inimica eſt: ſed in opere/& laboribus agerent: qui proximus magne virtuti ad ſummam laudem adipiſcendam gradus eſt. Cōtra vero in probro eſt quiſquis languore: deſidiaq; emarcuerit: Ac recte ſtatuit Solon: vel potius Dracon ſi Lyſiæ credimus: qui ocio ſeſe dediderit/omnibus accuſare volentibus/obnoxius eſto. Vires igitur ingenuæ: & ipſæ autores ſunt: beatioris vitæ. Vires maxime proprie videtur eſſe ineuntis ætatis ſed eas vel ad vltimam ſenectutem pducere licebit: ſi nō ocio languebimus: ſed honeſto in opere/ac liberali labore verſabitur/nō Terentianū Menedemum: ſed Cyrum regem Perſarum: & Catonē ſenem imitātes

Corne. Cælſus

At qui & Cornelius Celſus in libro: quē accurate: & ſplendide/de medicina conſcripſit: ſanum hominem & bene valentem variū iubet/habere vitæ genus quieſcere interdum: ſed frequentius ſe exercere: Atq; ſtatim infert. Siquidem ignauia corpus hebetat: labor firmat: illa maturam ſenectutem: hic lōgam adoleſcentiā reddit. Aurea verba ſunt: ſed nec minus vera. Salubre corpus nō temere additur: ad exigendas athleticas vires: quas etiam Celſus Medicus iure reprehendit. Et enim athletæ ſoli ventri obedientes lacunæ corporis explende dediti ſunt. Sed hi (vt in

Galenus Perg:

exortatione medicinæ teſtatur Galenus Pergamenus) quod eorum tota vita: atq; ars ſagina eſt: nec poſſunt diu viuere: nec ſani eſſe: ſed & in peſſima plærumq; incidunt grauium morborū genera: vt etiam clariſſimo Sydere Hieronymo atteſtāte didicimus: Itaq; ſibi habeant athletæ:

Hieronymus:

& coliphia: & ſeruorum vires. Siquidem ingenuas vires nō a crapula: & ventris ingluuiæ: ſed a frugi cænula: & laborandi induſtria coniectare debemus. Prudens ſimplicitas concurrit ad beatā vitā. ſed quid eſt: prudens ſimplicitas aliud: ꝙ abſoluta ſapientia: ꝙ perfecta virtus: ꝙ deniq; ſumma laus. Et enim neq; prudens quiſꝙ vllo modo: abſq; ſimplicitate/neq; vir bonus ſine prudentia ſatis laudari queat: Ac tum quidem veram gloriam ſimus aſſecuti: quum & prudentes fuerimus/velut ſerpētes: & perinde vt columbæ ſimplices. Qui prudens eſt: is veritatem facillime in cognoſcendis rebus perſpicit: qui vero ſimplex: is vt veraȝ vitam conſectatur: ita & multiplex ac tortuoſum deuitat ingenium. Rurſum vir prudens a nemine fallitur: ſimplex fallit neminē perſuadens ſibi Ciceronianum illud/quod verū ſimplex: ſincerūq; ſit: id eſſe naturæ hominis aptiſſimum. Nā P. Nigidius pulchre in eandem ſententiam ait.

P. Nigidius.

Vir bonus præſtare debet: ne mentiatur: prudens/ne mendacium dicat Prudens igitur ſimplicitas: vt eximiæ virtutis continet dignitatem: ita etiam vitam efficit beatiorem: vt quiuis prudens cum ſit: mala declinet cuȝ ſimplex ac bonus mala cuiꝙ: iniuriaſq; nō inferat: quibus ex rebus cum magna exiſtit laus: tum conflatur etiam beata vita: quam ſi velis perfectiorem adipiſci: pares amici adhibendi ſunt quos & Terentianus Simo probare viſus eſt. Si ex optimo viuendi genere laudem inuenias: & amicos pares.

Amicitia.

Capitulm quartum:

Nam ſi beata vita iucundiſſima vita eſt: quid poteſt in humanis rebus amicitia eſſe iucūdius. Res imprimis neceſſaria eſt: vt auctor oſtendit probatiſſimus Ariſtoteles: ſiquidē nemo

Ariſtoteles

eligat viuere: ſi amicis careat/vel ſi cuncta alia poſſidere bona videretur

Quid dulcius ait eximius orator: ꝙ habere: qui cum loqui: vt tecuꝫ au
deas. Hunc certe amicum intelligere debemus. nihil eſt quod mutua a- Cicero ĩ lelio.
micorum voluntate / ac beniuolentia coniunctius vel dici: vel cogitari
poſſit: Vt ſi amicorum interpretari velis: poſſis alterum ipſum nõ abſur
de interpretari. Fit enim in amicitia: id quod Pythagoras ſentiebat:
vnus ex pluribus. Itaqꝫ & Aurelius Auguſtinus de Nebridio amico ita Aurelius Aug.
aliquando locutus eſt. Bene quidã de amico ſuo dixit. Dimidiuꝫ animæ
ſuæ. Nã eho ſenſi animã meã: & animã illius vnam fuiſſe animã in duo-
bus corporibus. Hæc Auguſtinus. Cicero quoqꝫ per epiſtolam Cæſarem
imperatorem alloquitur his verbis. Vide ꝙ mihi perſuaſerim te me eſſe
alterum. Sed & in Tuſculanis diſputationibus / de beata vita diſſereret:
fructum amicitiarum nõ reticuit: in quo doctis poſitum ſit cũ conſiliuꝫ
omnis vitæ cõſentiens: & pene conſpirans / tum ſumma iucũditas quo-
tidiano cultu: atqꝫ victu. Quam ob rem præcipiebat Polybius nõ prius
eſt foro abeundũ nobis: ꝙ quempiã ex adeuntibus amicum comparaſſe
mus. Pares autẽ amicos oportere eſſe nemo dubitauerit: quẽ nõ lateat
Ciceronis Lælius: illud etiã Plinii exploratũ habuerit: ad connectẽdas
amicitias / vel tenaciſſimũ vinculum eſſe morum ſimilitudinẽ. Verum a-
micitiæ tam latus campus eſt. vt in eo ſemper diffuſus: & oratio: & ſtil-
lus exultet.

Capitulum quintum.

IAm ad frugalitatem veniendũ / eam pſertim: quæ fœdiſſimaꝫ Frugalitas.
ventris repellit ingluuiem. Sequitur eni Conuictus facilis: ſi
ne arte menſa. Fuit quoddã tẽpus: cũ nondũ / vel opinionum
vanitate vel prauitate morũ natura hominis infecta eſſet: in quo ſolis
glandibus: atqꝫ oleribus hoies veſcebantur. Nuces: & poma / ac reliqui
telluris fructus eſui erant nondũ gulæ irritamentis excogitatis. nondũ
lautarum epularũ cognitis delitiis. Quiqꝫ noſtra tẽpeſtate Monacho-
rum: quos Græci vocant / accænobitarũ victus eſt. is pene erat priſcis ſæ
culis omniũ gentium: atqꝫ hominũ cõmunis. Eſt autẽ cœna iucundiſſi-
ma nõ quã reges & tyrãni labore potius quã ſplendore parãt. nõ quæ ha
bet magnificentiam ac ſumptum epularũ. nõ ea deniqꝫ cui fercula ſeptẽ
adhibentur / ſed quã natura nondum deprauata / quam ſuſtentandæ vi
tæ poſtulat / ac requirit neceſſitas. Nec vero ſapientes: aut Artaxerxis re
gis: aut Siculi Dionyſii conuiuiũ nec Archelai aut Theſſali Scope lautiſ-
ſimum apparatũ: ſed tenuitatẽ victus. ſed frugi Pythagoreorũ cœnulã Attende
& ſine arte menſam pbant. Ita laudatur Plinius qui ad ſimplicem atqꝫ
incautam menſam amicos inuitaret. Laudatur Xenocrates qui in Aca
demia etiam Alexandri legatis tantum ſolũ. quod iis ſatis eſſet appo-
ſuit. Laudatur. M. Curius qui in ligneis vaſculis rapas comeſſe eſt ſoli-
tus. Laudatur omniũ maxime Diogenes Cynicus qui quod in pſentem
horam a quolibet poſceret atqꝫ acciperet cibum καιροβιος etiaꝫ vulgo
appellatus eſt. Laude dignus cenſetur quiſquis cũ Mœlibeo contentus
dicat. Sunt nobis mitia poma. Caſtaneæ molles & preſſi copia lactis:
Nõ poteſt beata vita abſqꝫ voluptate eſſe At voluptarius Epicurus oleri
bus & pomis dicit eſſe viuendum. Nemo teſte etiam in ſectatore eius Ci
cerone de tenui victu plura dicit. Epularũ & victus Luxuria mentem he-
betat. corpus labefactat. & imatura afficit ſenectute: varia excitat mor-

borũ genera:flagitii:& libidinis irritamenta ſubminiſtrat. Quod ſi cerere:& libero friget.pulmento certe ac temeto concaleſcit venus. Mos erat:(vt ait Plinius) cibũ interdiu & leuẽ:& facilem ſumere. Quorũ erat pulpamentum aliud nullũ,quã quod Scythæ Anacharſidis fames.

Anacharſis Phio. Scytha.

Et quidem pridẽ ſtatuerat Lycurgus in ꝓpatulo omnes,ac publice cõuiuari:quod & veteres omnes ſeruare ſunt ſoliti. Perſæ Xenophontis libris celebrantur:qui haberent cibũ quidem panẽ:ob ſonium autem cardomum. Sed Naſturtiũ idcirco ad panem (vt ipſe arbitror) adhibebãt quod eius præcipua vis ſit,ac ſumma vtilitas. Venerem inhibet:vt tradunt:qui herbarum vires perſecuti ſunt:animũ exacuit.potũ in quã bilem detrahit. Quondam parce omnes viuebant,ac moderate,nec luxuriæ,aut crapulæ indulgebant:delitias contẽnebant:quæ vltro ex terra:atq; arboribus gignerentur:ea ſibi præſtantiſſima exiſtimabant. quibus & guſtus lenirent aſperitatem:& bonã valitudinem tuerentur: Auſim dicere plæraſq; omnes periculoſas ægrotationes intẽperantia cõcitari:atq; ex vẽtris ingluuie naſci. Illud in ſermone omniũ verſatur:plures crapulam interfeciſſe:ꝙ gladiũ. Fœlix nimium vetuſta:& priſca gens mortalium:quã quotiens animus contẽplatur:ſummis ſemper mactat honoribus: Solita eſt enim publice conuiuari:epularũ varietatem:ciborum lautitiam deuitare. Itaq; labentem ad intemperantiam populum

Satyrus poeta

Romanum mordaciſſimus Satyrus reprehendit. Quis fercula ſeptem: ſecreto cenauit anus:plurimum expetenda victus tenuitas eſt qua & corporis incolumitas conſeruatur:& morborum omnium obruitur ſeminarium. Sæpe quos nnlla medicinæ ars ac diligentia curare potuit:ſimplex mẽſa:& ipſius victus caſtigatio liberauit. Quæ vis alia:niſi potus ac cibi parcitas:podagræ duritiam vnꝙ molliit. Quæuis alia articularis morbi dolorem ſedauit. Multi autem cum his ægrotationibus labo

Hiero. ſentẽtia

rarent (vt perhibet qui nũꝙ mentitus eſt: teſtis locuples Hieronimus) ad pauperes cibos redacti conualuerunt. Cumq; in tres partes medicina diſtributa ſit:illa nimirum:quæ victu medetur:patet latius:ſanat frequentius. Medicamenta vero:& Chyrugici opera multos quotidie fallit Verum nota hæc ſunt:vt vagari longius nõ ſit neceſſe. Vide igitur quid faciat conuictus facilis:ſine arte mẽſa. Quod & declarat Hieronymus qui ait. Olerum:& pomorum ac leguminum,& facilior apparatus eſt:& arte impendiiſq; coquorum nõ eget. Atq; hæc de facili victu:qui & ipſe vitam efficit beatiorem. Nox non ebria:ſed ſoluta curis.

Capitulum ſextum.

Duplex hois quies.

COnſtat duplicem præcipue appellari hominis quietem:quarum vtraq; neceſſaria eſt:& ad ſalutẽ animalis a natura data:primam cibi ac potus:de qua etiam Vates facũdiſſimus poſtꝙ prima quies epulis:menſæq; remotæ. Cum hac & ſecundam menſam intelligi oportet. Secunda vero quies ſomni eſt ac nocturnæ requietis:de qua apud Ciceronẽ Lælius cum Scipionis de rep. ſermonem referret:eius inquit: diſputationis fuit extremũ

fere de immortalitate animoruꝫ:quæ ſe in quiete viſo ex Aphricano audiſſe dicebat. Nam & Virgilius conuiuii quietem:& Lælius ſomni quie tem appellauit. His nāqꝫ duobus generibus etiaꝫ exceptos hoſpites reficere ſolemus Prima igitur allata quies eſt:& qualeꝫ eſſe oporteat ſatis ſuperqꝫ declaratum. Id eſt enim cōiunctus facilis ſine arte menſa. Nunc altera eſt:deinceps patefacienda. Sequitur & enim Nox nō ebria:ſed ſo luta curis. Fieri nō poteſt:vt vel homo vel quoduis animal in actione: in labore ſemper in exercitatione verſetur:ad quas res ꝓfecto nati ſumus. Neceſſaria eſt (vt ait Ariſtoteles) intermiſſio operis ac relaxatio animorum ſomni imprimis:qui & requiem affert animantibus:& ad eo rum ſalutem plurimum confert. Sed nox nō fruſtra dicitur:vt diurnus ſomnus protinus exigeretur. Teſtis eſt Auicenna dormire interdiu ma lum eſſe:vnde humectātes egrotationes:vnde reumatiſmi:vnde pallor ſplenis accretio:laxationes neruorum:torpor:inſulſitas deſyderii: tumores febres vnde alia permulta:& valitudinis detrimenta oriuntur: & varia morborum genera Bene eſt itaqꝫ nox poſita:deinde nō ebria di citur:vt ebrietas ac temulētia tolleretur:qua quid poteſt eſſe libero homine indignius. Peſtis ſæuiſſima ebrietas eſt:animorum ſimul:& corpo rum labes:quæ primum rationis hominem impotem facit: & multoruꝫ malorum fomitem ſubminiſtrat. Et in ſobrietate quidem virtutum cōcordia:in temulentia vero ſita ruina eſt Non temere vinum a vi appella tum dicit Varro:quod eius tanta poteſtas ſit:vt hominis naturam in belluam transferat & mentem rationem ſubuertat. Quid tam amicuꝫ quid tam gratum veteri:& calidiſſimo hoſti (vt ait diuinus Chriſoſtomus) quam ebrietas: ꝙ laſciuia malorum omnium ac facinorū radix. Quæ duo videlicet teterrima flagitia ne fuſius propagarentur. Valeri us Flaccus:& portius Cato Cenſores Bachanalia ſubſtulerunt nocturnum ſacrum:& ebrietatis ac ſcelerum omnium ſeminarium:vt grauiſſi mus autor ſcribit Liuius. Nihil tam virilem dignitatem deformat: nichil tam deturpat hominis grauitatem: ꝙ ebrietas atqꝫ inſolentior vi ni licentia. Fertur Dionyſius ſenior:cum in cæteros malefactores grauiter animaduerteret parſiſſe tamen eis:qui veſtes ſurripuiſſent:quo Syracuſani a comeſſationibus:atqꝫ ebrietatibus temperarent. Scite igitur Martialis ei:qui beatiorem ſibi vitam affectat: cenſet noctem quiete degendam vitandam ebrietatem. Nox inquit non ebria : ſed ſoluta curis. Quid curis ſoluta nox eſt:niſi ab ſolicitudine vel quærendæ pecuniæ vel appetendæ gloriæ vel deniqꝫ explendæ veneris longiſſime abhorrens. Harum rerum appetentes in vtranis aure dormire ocioſi non poſſunt: horum feſſos nunquam ſopor irrigat artus:nunquam arctior ſomnus complectitur: hærent infixæ pectore cupiditatum ac libidinuꝫ curæ:inſident ſolicitantes:angores nec placidam membris dat cura quietem. Quando auarus:ambitioſus:petulans placidiſſimam illam quietem deguſtarunt. Et auarus cupiditati ſemper intentus non ſolum nō dormitat:ſed ne cōniuet quidē ac dū inſatiabilē: & inexhauſtā ſitiꝫ m explere cogitat:etiā fraudat naturæ ſomnū:vt Saluſtianuꝫ illud verū ſit. Auaritia pecuniæ ſtudiū habet:quā nemo ſapiēs cōcupiuit. ea quaſi venenis malis imbuta corpus:animūqꝫ virilem effeminat. Semp īfinita

Auicennæ documentum. Attende

Cōtra ebrieta.

Titus Liuius.

Dionyſius Siracuſa.

Auaritia.

et inſatiabilis eſt.neq; copia:neq; inopia minuitur.Et plutarchus Cheronenſis in libro:quem inſcripſit περὶ πολυπραγμοσύνης magnis viribus nos deterret auaritia:& ſuperuacua quapiam permixtaq;(vt interpretatur Gelius)ac minime neceſſaria eiuſmodi plurimarũ rerum et cognitione et petitione quæ mentẽ ipſam vehementer excruciat.Neq; enim curioſior illa πολυπραγμοσύνη hominem vnquã ſinit quieto atque ocioſo eſſe animo:ſed turbulentis ſemper tum cogitationibus:tũ laboribus iactat. Quid leuiũ amorũ:quid obſcenæ libidinis ſectator: nonne dies noctéſq; angitur.Nõne modo dextrum:modo læuũ verſat ac fatigat latus.Miſer atq; infælix amator incertus animi: quid captet conſilii:ignorat quo ſe vertat neſcit:nunc ſpe erigitur:nunc metu frangitur:aſſidua ſemper ſollicitudine cruciatur.Leuitatem vero affectans gloriæ:vt popularem aucupetur auram:& interdiu laborat:& noctu cogitat atq; animũ nunc huc celerem:nunc diuidit illuc: ĩ parteſq; rapit varias:pque omnia verſat eius igitur et beatior fuerit vita:de quo merito dici poſſit.Nox non ebria:ſed ſoluta curis.Is quietam noctẽ agit: et arctiſſimo ſõno:ac ſopore vicitur.Nõ triſtis torus.Attamẽ pudicus:

Torus pudicus.

¶Capitulũ ſeptimũ.

TRiſtis torus profecto eſt eius : qui vitam ſolitariã viuit:et eorum caret conſuetudine.quibus cũ familiares ſermones et dulcia conferat alloquia.EtPythagoras quidẽ quãquã contemplandis rebus intendebat : cohortem tamen diſcipulorum ſibi delegit:quibus cum viueret:quos inſtitueret:quorum conuictu & cõſuetudine lætaretur:cũq; his perpetuam atq; inſeparabilem ſocietatẽ coire ſolitus eſt:& quodam veluti cœnobium cõſtituere.Neq;.n.poteſt quicquã homini ſuaue eſſe:ac iucundũ vel rebus omnibus circũfluentibus niſi conſortem & participẽ habeat.Sociale nãq; homo eſt animal: et conciliationis longe omniũ cupientiſſimum.Suo aũt ingenio hominis ac ſimilis ſui & ſocietate et conſuetudine delectatur.Alioquin aut deus quiſpiã ſit:ſi contemptis humanis rebus etiam ipſi deo ſolitudine et contẽplatione iungatur:aut certe beſtia ſi conſpectum ac cœtum fugitans hominũ vitam agreſtẽ:& ĩmanem ferarum viuat.Quippe natura nihil ſolitarium amat:ſed ad ſocietatem hominẽ genuit.Atq; illud verum eſt:fructum voluptatum omniũ eripere ſolitudinẽ.Verũ prima ſocietas in cõnubio eſt:vt imprimis vxoris ipſius quærenda iugatio ſit Quam ſi quis ex ſententia nactus eſt:ſciat paratum ſibi non vitæ ſupplicium:quod pleriq; ioco vſurpant:ſed perpetuum præſidiũ ac tutiſſimum perfugium.Si quidem fecit Deus hominẽ:& ſimile ſibi adiumentum condidit mulierẽ.Itaq; et ꝑpter vxoris flagrantiſſimam charitatẽ relinquit quiuis vel parentes:& ita illi hæret:vt et duo ĩ carne vna ſint: et fiat ex duobus vnus.Omnium autẽ rerum ex quibus aliquid percipitur voluptatis:nihil eſt vxore melius:nihil iucundius nihil amabilius: Ea tibi liberos gignit:quibus bene inſtitutis poteſt fere nihil optabilius cogitari.Procreatam ſobolẽ nutricatur:intus dominans ſuppellectilem totã ſtudio:diligentiaq; tuetur ſeruat domi quod foris tibi paratum eſt.Victum omnem ac reliquum vitæ cultum miniſtrat.Siue mala valitudine laboras:ſeu vllis aduerſis rebus premeris:ſola ſemper præſto eſt fidiſſima cõiunx.Se ipſam negligit:vt te ſolum expleat: id cogitat:

Homo aĩal ſociale.

id conatur: id ſpectat: vt q̄ maxime tuis cōmodis: voluptatibuſq; inſeruiat. Quid enim bone vxori præter virū aut charum aut dulce eſt. Solēt mulieres ita diligere ſuos viros: vt etiã viuere nolint: ſi illi mortui ſint Nam & in India vaſtiſſima Barbarorum regione mulieres: ne mortuis viris ſuperſtites ſint: pira malunt ardere: q̄ viuere. Quid ad hunc amoris cumulū addi poteſt. Mihi nō Terentianus Mitio fœlix eſſe: qui quod fortunatū iſti putant: vxorem nun q̄ habuit. Sed is multo videtur omnium fortunatiſſimus: cui & vxor eſt & proba obtigit: pudica: viri diligentiſſima: verecunda: modeſta: ſobria: accincta: alacris: iurgiorum fugitans: voluntatem vitæ ſibi legem putēs. Huius profecto erit torus certe nō triſtis: ſed celeber ac lætiſſimus: vt dicat quiuis: fœlices thalamos nactus multo etiam verius: ille apud Propertium. O me fœlicem o nox mihi cādida: & o tu lectule delitiis facte beate meis. Viri namq; delitiæ eſt vxor: vt iure Cinthiam quāpiam non quidem amicam: ſed vxorem hiſce maritus verſibus alloquatur.

Vix vni ſoli fabro id cōtigiſſe reperitur.

Tu mihi ſola places: placeam tibi Cinthia ſolus:
Hic erit & patrio ſanguine pluris amor.

Non ſit igitur triſtis torus: attamen pudicus. Non inſcite pudicus dicitur: quod ad limen beatitudinis: neq; illegitimus congreſſus: neq; immoderatus cōiunctionis appetitus aſpiret. Quid enim a bellua hominem ſeparat: niſi ratio: niſi virtus: niſi lex ac moderatio vitæ. Magna eſt connubii. i. legitimi matrimonii laus. quo monemur: nō quamuis mulierem paſſim: ac ſolute ſuſcipere: ſed quā ſponſaliorum iura conſtituant: quam a parentibus: cognatiſq; ſolemni ritu ſtipulemur in matrimoniū: nos ducturos: quæ inquā connubii lege: atq; inſtitutione iungatur. Quam quiſq; igitur eo pacto affecutus ſit eam vxorem: & chariſſimam conſortem habeat vitæ: aliam ſi vel attigerit: vel etiã concupierit rationis: atq; humanitatis iura violauerit. Hinc in Politicis præclare Ariſtoteles. Coitus: omnis alterius: q̄ cōiugis penitus ſi interdictus

Capitulum octauum.

Quid de moderatione dicam. Meminiſſe virum oportet modum vbiq; eſſe ſeruandum: atq; vxorem ſe habere: nō ſcortum. Liberis danda opera eſt: nō explenda libido: nec breui voluptati: ſed perpetuæ ſaluti conſulendum. Cōiugationem autem maris: & fœminæ: ſi rem ipſam conſideremus ſola efficit procreandæ ſobolis ratio: alias ſordida ſit: ac lutulenta permixtio. Quo circa & iis ipſis qui coniugii vinculo ſociati ſunt ſapientes viri fines cūſtituere: quatenus procreande ſoboli operam dari conueniat: quo cum ventum ſit ſinant valere: ac neſciant venerem: Nihil eſt immoderato concubitu aut fedius: aut pernitioſius: qui frequens etiam corpus diſſoluit (vt medici ac phiſici tradunt) Eſtq; (vt ait clarus Hippocrates) teterrimi pars comitialis morbi: corpori & lætiferam imbecillitatē: & immaturā afferens ſenectutem. Atqui omnes: qui crebrius voluptatis: atq; libidinis explendæ gratia carnis: & vētris fœditati laſſas habenas dederint: ii ad naturam belluarū q̄ proxime accedunt: ſed et beatiorē nequeunt vitam adipiſci: qum quærimus. Vrunt vndiq; ardentes libidinum faces: quæ miſeros reſpirare non ſinunt: Bene atq; luculente: quiſquis in hunc modum cecinit.

Moderatio.

Inuectio in libidinem

Ardet in affectu venus Anxia:ſordet in actu:
Efficit:atq₃ pudet:praſto patratur opus:
Poſt factum:feciſſe pudet:cito præterit illud:
Quod iuuat:æternum:quod cruciabit erit.

¶Coniugii igitur ſocietas/nō acerbam vitam:ſed iucūdiſſimā efficit:
Sed eorum ſcimus eſſe longe iucundiorem:qui verā pudicitiam affectan
tes nō matrimoniorū vinculis:non vllis ſæculi compedibus vinciuntur
ſed ſupra hominem vitam nacti/perpetuam vitæ integritatē ſeruauerūt
atq₃ eorum ſibi dūtaxat conciliationem/ac ſocietatē aſciuere:qui om-
nibus humanis contēptis illecebris in rerū cognitionem/ac veritatem
adipiſcendam operam omnē/ac ſtudium contulerunt:quorum nec tri-
ſtis eſt torus:& tamen vere:ſerioq₃ pudicus. Quales Indorum Gymno
Attende. ſophiſtas:pleroſq₃ Græcoru₃ Philoſophos:iudæoru₃ Eſſenos: Aegiptio
rum Sacerdotes fuiſſe tradunt:qui cum multis rebus aliis tum maxime
vxoribus abſtinuerint:quales multo verius cernimus ipſi:etiam noſtra
hac tempeſtate:Chriſtianæ& catholicæ religionis cœnobitas:qui exuti
quodāmodo humanitatis fragilem: Angelorum vitam imitātur in ter
ris. Hi nāq₃ cælibatum nuptiis præferentes melius:ꝙ Socrates mentem
ſeiungunt a ſenſibus:altiſſimoq₃ animi exceſſu rapti verius:pſeudo Phi
loſophi moriuntur. Si recte dicitur philoſophiā:quæ nō fucata/nō adū-
brata:ſed vera ac ſolida Philoſophia eſt meditationē eſſe mortis. Horu₃
certe hominū:qui vix pauci toto orbe reperiuntur:incredibilis quæda₃
voluptas eſt maiorq₃ quā quæ breui oratione perſtringi poſſit: Quid
eiuſcemodi hominū tanto eſt:ꝙ cæterorum/vita beatior:quanto hi ab
ſunt propius a vera beatitudine. verū de his alias plura. Hæc attigimus
ne matrimoniorum expers vita:qualis noſtræ ſacerdotū religionis eſſe
debet:putaretur infœlix. Omnino autem iis oībus: qui beatius volunt
viuere:triſtis vitandus eſt torus:pudicus optandus. Additur ſomnus:
qui faciat breues tenebras. Somnus is:breues inquā faciat tenebras nō
iniuria laudatur. Iubebat Pythagoras:vt ventris imprimis:iræ:ſomni:
gulæ abſtineremus:quibus rebus virtus/maxime perturbatur:qua ſubla
ta ad quāuis beatitudinem/omnes plane aditus intercludūtur. Hæc vti
q₃ mala quum regnant:exulat virtus. virtute autē remota nullus relin-
quitur beatitudini locus: Ariſtoteles ſumma auctoritate Philoſophus
cum fœlicitatem hominis explicaret:nō eſt eam auſus niſi in actione:at
q₃ opere conſtituere:quo dormitantium nullū diſcrimen ſit/nulla fœli-
cis hominis ac miſeri differentia Quod ſi ſomnū ſpectes:nihil homini
homo p̄ſtabit:ſtulto intelligens nihil intererit. Hebetia plærūq₃ ac tar-
da ingenia ſolent eſſe eorū qui plurimo cibo:nimioq₃ ſomno vtuntur:
nec ſolum impuberes queri:quod. M. Varro in longa hiſtoria ꝓdidiſſe
fertur:ſed qualibet etiam ætate homines id ipſum incurrunt mali. Illud
poeticæ leuitatis eſt:quo traditur. Dormitor ſomnus malorū: requies
animi:pars humanæ melior vitæ. aut enim res fluunt nobis ex ſenten-
tia:& earū fructum capere nequimus ſomno cōſopiti/aut aduerſis vrge
mur:nec iis aut liberare ipſi nos/aut leuare poſſimus:niſi diligente₃ ac
peruigilem curam adhibuerimus. Ita fit:vt pars humanæ vitæ/nō meli-
or ſit ſomnus:ſed deterior. Itaq₃ & ſero cubitum diſcedentes: & ad pri-

mam ſæpe auroram /ſomno experrecti frugi hominum fungemur offi/
cio: Illud Pythagoræ nobis imitanduꝫ eſt. quod & aureis idem ipſe ver/
ſibus præcepit.
μηδ ιμνον μαλακοιϲιν επομμασι προσδεξασθαι
πριν των ημεριμων εργων τρισ εκασον επελθειν
πη παρεβειν: τι δερεξα: τι μοιδεον. ουκετελεσθη:

Quos verſiculos /& latine nõ inconcinne noſtrorum quidã ita interp̃/
tantur. Noli autem ſomnum mollibus oculis excipere: priuſquam diur
norum operum ter vnumquodq; percurras. Quo acceſſi. Quid peregi.
Quid michi oportunum nõ peractum eſt. Surgere vero ante lucem iu/
bet in Oeconomicis nobiliſſimus Philoſophus: quod ante Lucanũ tem
pus atq; opera: & ad curam rei familiaris: & ad bonam valitudinem. ac
demum ad philoſophiæ ſtudia /plurimum cõferat. Quod natura quoq;
ipſa nos admonet: quæ nocturnos vigiles (vt Phiſici tradunt) excitan
dis in opera mortalibus: rumpendoq; ſomno genuit. Naturæ legibus
obtemperandũ eſt: quæ hominem nõ ad ſomnum & quietem: ſed ad ope
ram: atq; exercitationem naſci voluit /nec propter quietem operã: ſed
propter operam /quietem inſtituit: vt videlicet remiſſione laboris poten
tius ad exercitiuꝫ operis vires intenderentur. Claris ac magno ingenio
viris: minus lucubratiões quã meridiationes ꝓfuerunt: vt merito ſom
nus is laudandus ſit: qui faciat breues tenebras: & is putandus beatus
qui vel in ſecunda /ac tertia vigilia frugi ſeſe hominem præſtiterit.
Quod qui ſecus factitauerit: dignus ſit: qui perpetuam noctem dormi
at. Illud quoq; ſapienter beatiori vitæ adiectum eſt Quod ſis eſſe velis
nihilq; malus. Salutaris: & ſapiente viro digna vox: quæ iubet: quã quiſ
q; fortunam: quem vitæ ſtatum quiſq; ſit nactus: eo quemq; debere eſſe
contentum. Nihil eſt enim ſtultius: quam alienam ſortem qualis tan/
dem ſit: & appetere ſemper: & exiſtimare meliorem. Iure Flaccus noſter
hanc hominum & admiratur dementiam: & deplorat vitæ miſeriam in/
quiens:

Ante lucem ſurgendum

Hora. Flaccus.

Qui fit Mæcenas: vt nemo quam ſibi ſortem:
Seu ratio dederit: ſeu ſors obiecerit vlla:
Contentus viuat: laudet diuerſa ſequentes.

¶ Vulgaris ſane conſuetudo: ſuaque imperitæ multitudinis leuitas.
Perpulchrum: ſcitumque eſt ſemper eo contentum eſſe. quod adeſt: nihil
præterea concupiſcere: nihil quærere amplius. Nimirum ſapiens & ſi
tantillum adeptus eſt: ſatis ſe tamen conſecutum putat: nunquam
ſui pœnitet/ ſapientia munitum: virtuteque ſeptum hominem.
¶ Et enim his in rebus veræ diuitiæ poſitæ ſunt: cæterarum vero re/
rum omnium in exhauſta ſitis eſt: & cupiditas inſatiabilis: quas ii ma/
xime deſyderant: qui earum maxime abundant copia.
Quod ſit quiſque: id eſſe velit. Ita enim ditiſſimus habendus ſit: ita
opulentiſſimi cuiuſq; copias: non æquabit ſolum ſed etiam antecellet
Satis eſſe putare quod eſt nihil appetere: nihil requirere: ea demum/& ſa
piẽti cõſentanea: & iucundiſſima eſt vita: quã facillime aſſeq̃tur q̃ſquis

poſt habitis incertis:caduciſqꝫ rebus ſolam virtutem amplexeretur:cu
ius & noſtra poſſeſſio eſt:et nullis fortunæ caſibus ſubiacens.Socratem
Archelaus rex
apud Platonem Polus conſulit:an Archelaum Regem opulentiſſimuꝫ
qui Macedoniæ dominaretur : fœlicem eſſe putaret : neſcire reſpondit
ſeſe : quod neqꝫ quam doctus : neqꝫ quam bonus eſſet : intellexiſſet.
Non.n:fortunarum gloria:non regni amplitudo:non vlla auri aut ar:
genti vis:fœlicem hominē & beatum facit. ſed ſapientia & probitas
quas res Reges ſi non habent certe fœlices non ſunt habendi : inopes
Aglaus beatus.
ſi habent etiam per beati exiſtimandi.Cortina Apollinis ſolū Aglaum
beatum iudicauit qui in anguſtiſſimo Arcadiæ angulo pauperis agelli
contentus finibus:paruo tugurio concluſus:nunꝙ paterni ſoli:termi
nos fertur egreſſus.Huius igitur paupertas Archelai præſtabat fortu
nas atqꝫ antecællebat gloriam: Quos cupiditas incēdit:quos premit
auaritia,iis profecto omnia deſunt nec minus:quæ habēt:quā quæ nō
habent.Contra ſapienti omnia ſuppetunt : & nihil cum ſit : nihil deeſt
tamen.Fortunis ſi caret:tranquillitate non caret:cupiens eſſe quod ſit.

¶Capitulum nonū.

Quō in ꝓſperis & aduerſis moderatio ſeruanda eſt.

DEmum additur:quod per pulchre de beatiore vita ſermonē
claudit.Sūmum nec metuas diem nec opes. His verbis ni
hil certe aliud quā ſūma quædā oſtenditur moderatio:cu
ius proprium eſt:nec lætari vehemētius proſperis fortunæ ſucceſſibus :
nec ꝓpter vllos aduerſos caſus triſtitia:atqꝫ egritudīe deprimi Quis
enim extremum vitæ diem tam exoptat:quā qui calamitoſam ac miſe
ram fortunam deſiderat.morte finiri. Atqꝫ ille rurſum mortem pluri
mum extimeſcit:qui florens opibus et fortunis iſdem ſe rebus metuit
orbatum iri morientem. Aegri animi & reflantem fortunam:immode
rate ferentis verbum eſt.

Mors hominum fœlix:quæ ſe nec dulcibus annis.
Inſerit:& mæſtis ſæpe vocata venit.

Maſſilienſium auſum ſtultum
Stulte quoqꝫ Maſſilienſes:qui temperatum cicuta venenum publice in
ſtituiſſent iis exhibendum:qui apud ſuum ipſorum ſenatum expetēdæ
mortis cauſā attuliſſent. Nam ſiue proſpero (vt aiunt) flatu vtimur:ſeu
turbulentis infortuniorum iactamur procellis:nullam ſatis idoneam
vel metuendæ.vel optandæ mortis rationē vllo modo poteſt cæca præ
bere fortuna.Nec eius conſuetudinis aut Grecos autores aut imitato
res Gallos probare debemus. Quis autem vir ſapiens exiſtimari poſſit
qui ex incertæ rei mutabilitate pendens ſuæ tum mortis:tuꝫ vitæ ratio
Terentius.
nem:ad fortunæ referat temeritatem:Stultus adoleſcentulus: & inani
lætitia geſtiens ille Terentianus Chærea:non tam amore quam mente
et ratione captus eſt:qui diceret.Pro Iupiter nunc eſt profecto tempus
interfici:cum perpeti me poſſum ne hoc gaudium contaminet vita ægri
tudine aliqua.Melius apud eundem Poetam Geta in Phormione : qui
cum ex eo quæreretur de ſe quid futurum eſſet. Neſcio Hercule inq̄t:vnū
hoc ſcio:qđ fors feret:feremus æquo animo.Nec ille deterius aut : mi
nus grauiter.qui continuo id eſſe viri officium cōprobauit. Ac præclare
ſciteqꝫ ſapiens præcepit Poeta. Nemo confidat nimium ſecūdis:nemo
deſperet meliora lapſis. Qui ſapientem præſtare ſe : & iucundiſſimam
vitam degere inſtituerit.is vtramuis fortunā & ſecundam: et aduerſaꝫ

moderate ferat ſummū nec metuens diem:nec optans. Mortem perti-
meſcere inſcitiæ eſt:optare leuitatis. Nec eſt.n.nullū malum mors (vt
ſapientes viri rectiſſime probant) atq; haud ſcio: an magnum ſit bonū
potius. Certe cum iis præclare agitur morientibus:quorum viuentiū
innocentia cognita ſit atq; eluxerit probitas. Fruſtra autem optamus:
quod vel inuitis nobis aliquando euenturum eſt. Cunctis mortalibus
breuis imminet occaſus. Vtinam tā cognita immortalis ſit: atq; om
nibus indubitata: q̄ eſt certus interitus. Longius aut ꝓpius:mors ſua Propertius:
quemq; manet ait Propertius. Multos accæpi:noui & ipſe nonnullos:
qui tam & ſi vehementer vitæ terminos expetere viderentur:aduentan-
tem tamen mortem:& dolerent plurimum:et accuſarent. Quæ hæc ob
ſecro leuitas:quæ inſania eſt: Quāto.n.ſatius:diuinis parere legibus:
et ad illius ſe arbitrium accommodare: in cuius poteſtate: & mortem
eſſe:& vitā cognouimus. Is qum ſinit:leti viuamus:qum vocat:alacres
demigremus. Sentiamus et nos hoc pacto cum Thalete Mileſio:nullū
inter mortem:ac vitam eſſe diſcrimen:ſummū nec metuamus: nec op Thales Mileſi-us:
temus diem. Fortuna nec efferamur: ſi ſecunda arriſerit nec eadem ad-
uerſa perſtrepente frangamur aduerſus dolorem omnē:ac mortis me
tum inuictum ſemper animū gerentes. Illud enim magni:& excælſi ani
mi eſt:tum in proſperis rebus moderationem: tum in aduerſis ſeruare
prudentiam:quibus laudibus præditus qui fuerit:non poterit non eſſe
beatus ac de ſummo die. nec erit.n.vel metu anxius:vel deſyderio ſolli
citus. Et quidem his omnibus ex rebus illa:quā auidiſſime omnes ex-
petunt:comparatur vitæ tranquillitas: Nam ſi virtutem ſectati erimus:
et omnem ſedauerimus animi perturbationē:ſimus proculdubio ade-
pti verum illud bonum:quod ſolum & honeſtum eſt:et iucūditatis ple
niſſimum:ſecuritatem et pacem Quando ex virtutis exercitatione: &
vacuitate:ab angoribus conflatur:ac perficitur beata vita:quam vt aſſe
quamur:omnem induſtriam:atq; operā adhibere debemus. Itaq; labo
remus:efficiamuſq; vt quæ ſingula expoſuimus:eadē vniuerſa comple-
ctamur:vt poſſimus (quantum fieri poſſit) & iucunde:et beate viuere.

FINIS.

❡Eximii Theologi Auguſtini Dathi Senē-
ſis de ſeptem Virtutibus libel-
lus fœliciter inci-
pit.

SAPIENTISSIMVS cōcionator: in quo
& Saluatoris ac redemptoris noſtri Dei
figura præceſſit: cum multa grauiter ſplē-
dideq; dixiſſet: id quoq; ſcite ac præcla-
Salomon re intulit. Sapientiam ædificaſſe ſibi do-
mum: atq; excidiſſe columnas ſeptem.
Grego. Nazā. Gregorius Nazanzenus doctor eloquen-
tiſſimus maximam ſeptenarii numeri viʒ
ac dignitatem eſſe declarat: quod multa
& pene innumerabilia eius numeri & in
natura rerum & in ſacri eloquii diuinis
myſteriis ſacramenta produntur: atq; pꝰ-
ter alia multa ſupra ſeptem colūnas pla-
ne teſtatus eſt: domum ſapientiæ collo-
cari. Sed quid eſt domus ſapientiæ: niſi ſe-
des quædam ac domicilium virtutum omnium. Quid ſeptem colun-
næ: niſi virtutes ſeptem: quibus fundata ſapientis vita immota ſemper
ac ſtabilis perſeuerat. Nam qui virtutum præſidio ſeptus eſt: is nulla ra-
tione ſuperari: nullis expugnari viribus: nullo vnꝙ tempore loco di-
moueri poſſit. Quod ſi vitæ ſtabilis atq; inconcuſſa firmitas: virtutis
& ſapientiæ munimentis nititur: non iniuria colunnæ ſeptem: virtutes
ſeptem fuerint. Fides Spes: Charitas: quæ tanꝙ duces ac ſtrenui impe-
ratores præſunt. Tum Prudentia: Iuſtitia: Magnitudo animi: Tempe-
rantia: quæ velut fortiſſimi milites: magnas quoq; multarum virtutum
cohortes deducunt: vt his munitus ac ſtipatus vndiq; ſapientis ani-
mus: hoſtium omnium effugiat inſidias: debellet ſæuitiam: & tandem
glorioſi certaminis reportet victoriam. Quoniam igitur harum virtu-
tum cognitio maxime neceſſaria eſt: ſtudioſi nunc breuitatis: quid de il-
lis ſentiendum: tenendumq; ſit: breui oratione percurrimus. Ac de tri-
bus quidem virtutibus: quæ ſuperiores ſunt: primum naſcetur exordiū
mox eadem ratione reliquæ perſtringentur.

❡De Fide.

OMnes homines ad beatitudinem: quæ ſummū bo-
num eſt: quaſi ad optatum finem peruenire deſide-
rant. Sed niſi per viam virtutis omnino perueniri
non poteſt. Variæ igitur conſtitutæ virtutes ſunt:
quaſi quidam gradus: per quos facillime aſcendere
in cœlum: & veram atque extremam beatitudinem
adipiſci valeamus. Sed fundamentum Fides obti-
net: ſine qua totum bene viuendi ædificium pereat:
neceſſe eſt. ❡Eſt autem fides (quēadmodum ſcribens ad Hebræos Pau

ius Apoſtolus teſtis eſt) ſperandarum ſubſtantia rerum argumentum
non apparentium. Bene atque erudite vim omnem Fidei hac finitione
doctor veritatis complexus eſt. Fides namque eſt mentis habitus: cu-
ius actio atque opus eſt credere: Obiectum autem qua reſpicit volun-
tatem bonum & finis: qua vero intellectum ſpectat ipſa veritas: ipſa
inquam prima veritas: quæ aſpectui non patet. Nam & Aurelius Auguſti- Aurelius aug:
nus Fidem eſſe ait: qua creduntur ea: quæ quidem oculis non cernuntur.
Conſtat autem idem Fidei eſſe & obiectum & finem. Quandoquidem
diuina virtus eſt: quam Græci Theologicam vocant. Subiicitur ergo Fi-
dei prima veritas ſecundum eam rationem: ſecundum quam aſpectu ca-
ret oculorum: quod maxime ad Spem pertinere dignoſcitur. Quod
enim non videmus Apoſtolo teſte ſperamus. Veritatem autem tum ha-
bemus: cum illam perſpicimus. Spes vero abſentium rerum eſt. Quan-
tum igitur ad finem id eſt ad obiectum pertinet voluntatis: recte dici-
tur: ſperandarum rerum ſubſtantia Fides eſſe. Quid eſt autem hoc lo-
co ſubſtantia aliud ꝙ quædam (vt ita dixerim) inchoatio rerum om-
nium ſperandarum: quam per aſſenſum Fidei aſſequimur: cum tamen fi-
des ſperandas res omnis: atque expetendas virtute & poteſtate conti-
neat. Quæ eſt enim alia beatitudinis adeptio: ꝙ claro obtuitu præſen-
tem intueri veritatem: cui nunc per Fidem adhæreſcimus. Quantum
vero ad obiectum intellectus attinet: præclare adiectum eſt argumen-
tum non apparentium. Ipſa namq; firma mentis adheſio ad non perſpi-
cuam Fidei veritatem argumentum dicitur. Efficit enim Fides: vt diui-
na auctoritate compellente aſſentiamur iis: quæ certe nunꝙ vidimus.
Itaq; conſtat Fidem eſſe Thoma diuino auctore teſtante: mentis habi-
tum: per quam inchoatur in nobis immortalis atq; æterna vita: facien-
tem quidem intellectum iis rebus aſſentiri: quæ vtiq; non appareant.
Primum dicitur Fides argumentum: vt ab opinione & quauis leui aſſen-
tione animi ſecernatur. Nõ apparentum autem rerum idcirco additur
vt a ſcientia atq; intellectu ſeparetur: quorum vtrũq; rem certam ac per-
ſpicuam complectitur. Cumq; dicitur ſubſtantia ſperandarum rerum:
diſtinguitur proculdubio Fidei virtus ab ea Fide: quam vulgo vſurpant:
quæ videlicet ad ſperatam beatitudinem nequaꝙ inſtituitur. Verum
cum credere ſit actus fidei: credere autem proprium ſit intellectus: qui
a voluntate ad aſſentiendum impellitur: liquet fidem ipſam tum ab in-
tellectu tum etiam a voluntate manare: idq; his duabus viribus habi-
tus fidei ſit oportet: ſi actus eiuſdem perfectus ſit futurus. Fides autem
ſine dilectione & charitate manca atq; inchoata res eſt. Nec ſine chari-
tate aut Fides aut vlla prorſum virtus conſtare poteſt. Scite Iacobus
vnus ex duodecim quos Saluator elegit: Fides inquit: ſine operibus
mortua eſt. Habet enim fidei nomen rationem non habet. Quod ſi
virtus ea eſt: vt Philoſophi tradunt: quæ bonum efficit poſſidentem: erit
plane eximia virtus: hæc de qua nunc loquimur: Fides. Et enim iuſtum
facit fides. ¶ Omnis namq; virtus vno iuſtitiæ nomine continetur. Iu-
ſtificati in Fide pacem habemus Apoſtolus inquit. Hanc igitur impri-
mis capeſſere & amplecti debemus. Quando & præcipua virtus eſt: & Apoſtolus
diuina quidem virtus: ſuper quam aliarum certe virtutum omnium ia-
citur fundamentum.

De Spe.

N Aſci hominem ad beatitudinem conſequendam nō modo diuinis oraculis, ac ſanctorum firmiſſimis teſtimoniis ſed etiam Philoſophorum optimis rationibus comprobatur. Nec illa quidem vſpiam in rebus humanis inueniri poteſt. Sed eam poſt vitæ huius fugacis curſum, comparari manifeſtum eſt: nō quidem omnibus: ſed iis duntaxat, qui pie innocenter, iuſte, & cum virtute vixerunt. Cum Propheta namq; ac diuino Vate, iuſtus atq; optimus quiſque ſaciabitur: quum apparuerit gloria Dei: in quem proſpicere: quem faciẽ ad faciem intueri, cœleſtium ſpirituū, ac beatorum omnium vera tandem atq; extrema beatitudo eſt. Quamobrẽ iure & congruenter Fidem rectam firma ſpes ſequitur: quæ & ipſa tum neceſſaria eſt, tum etiam diuina virtus: quæ ingentis deſiderii ſitim inexhauſtam lenit: flagrantiſſimum ardorem refrigerat: ac boni expectatione prælucet in poſterum. Tradunt viri ſapientes ea eſſe virtutum cenſenda numero: quæcunque aut recta ratione, aut diuinæ Maieſtatis ſublimitate homines metiuntur. Hæc enim fere eſt duplex quædam humanarum actionum menſura, Deus, & ratio. Erit igitur ſumma Spes virtus: quæ non ſolum ratione nititur: verum etiam Deum intendit: Deum ſpectat: ad Deum vſque pertingit. Quippe ſpes ſequitur bonum: & id quidem futurum bonum: arduum bonum: & nequaꝗ̄ ad conſequendum facile ſed certe non impoſſibile. Verum, ſummum, vltimum, atque extremum, Spes bonum intendit: Deum inquam mundi conditorem: Regem Angelorum: cœlorum Principem: Rectorem terrarum: moderatorem rerum omnium: cuius adipiſcendi, ineſt humanis mentibus inexhauſta cupido: ad quem perfruendum excitat Spes: atq; erigit: vt ſi virtute homines: ac labore contendant: ſolutis corporeis vinculis diuini numinis bonitate: ſine qua penitus factum eſt nihil: transferantur in cœlum: & inter lætantium beatorum agmina æuo immortali fruantur. Proinde patet verſari Spem circa æternæ fœlicitatis ac cœleſtis beatitudinis gloriam: pro qua adipiſcenda cunctis viribus decertandum eſt. Sapienter admonet Propheta. Spera in deo: & fac bonitatem. Eſt enim abſque dubitatione ſpes aditus quidam & ingreſſus Fidei ac veræ ſalutis initium.

Spes duplex

De Charitate:

M Agnus eſt virtutum omnium ſplendor ac decus: admirabilis amplitudo: ſumma vtilitas ac fructus vberrimus. Sed omnium profecto excellentiſſima: omnium præclariſſima Charitas iudicatur: quippe quæ ita virtutis regno principatum obtinuit: vt reliquæ virtutes omnes: tum demum virtutes haberi debeant: ſi arctiſſimo Charitatis vinculo fuerint copulatæ. Nam ſi quis omnia fuerit aſſecutus: quæ ad bene atq; honeſte viuenduꝫ pertinere creduntur. Charitate autem ſola deficiat: is non veram: non ſolidam: non perfectam virtutem: ſed fucatam potius atque adumbratam quandam virtutis imaginem: habere putandus eſt.

Itaq; Magiſter gẽtium & veritatis egregius Prædicator: hanc vnã præ cæteris miris laudibus efferebat: quæ ſua ingenti luce incredibili ſplendore: cæteras illuſtraret. Et enim Charitas motus quidam animi: ac ſẽſus ad perfruendum Deo: perfruendu; autem propter ſe: cuius dilectio quantam: q̃q; admirabilẽ afferat voluptatem: neq; explicari oratione. neq; cogitatione comprehendi poſſit: hac deum diligimus: hac ipſum complectimur: hæc nos ſũmo bono qui ipſe deus eſt. inſeparabiliter iũgit. A charitatis fõtibus virtutis ratio profecta eſt: ab eius capite reliquæ virtutes quaſi mẽbra defluunt. Atq; idcirco omnibus virtutibus præſto eſt: nullo loco excluditur. Itaq; Hieronymus breuiter omnẽ virtutis diffinitionẽ complexus virtutem Charitatẽ diffinit qua diligitur deus. & proximus. Neq; enim ita in ratione cuiuſlibet virtutis Charitas ponitur vt nulla ſit: quin ea et ſit & dicatur Charitas: id eni; abſurdum: ſed quod omnis virtus ab hac vna pendet: atq; deducitur. Habet profecto Charitas vel maximã gloriam: quæ vt deu; ſpectat: ita nobis illum conciliat: atq; flagrantiſſimo quodam amore coniungit. Quocirca probans vaſculum electionis Apoſtolus huius præclariſſimæ virtutis admirabilem claritate;: nunc manent inquit: Fides ſpes charitas tria hæc: maior autem horum eſt charitas. Sed quid eſt, præſtantiorem eſſe Charitatem: niſi quod illis ſolu; in hac mortalis lucis varietate durantibus: ſola charitas etiã in cœleſti patria perſeuerat. Nec perſeuerat ſolum: ſed etiam augeſcit. Fidei quippe id quod Aurelius Auguſtinus oſtendit: ſuccedit ſpecies quam coram videbimus. Spes autem beatitudine cõmutabitur. At contra charitas: etiam his deſitis augebitur potius. Quod enim nunc credentes: quod ſperantes diligimus, tum plane ardentiore charitate complectemur. cum præſens intueri. cũ iam ꝑ ſpiciſſime obiectum videre cœperimus. Quapropter diuinis litteris apprime eruditus Ambroſius charitatem virtutum formam eſſe demõſtrat: quod videlicet per eam, cæterarum virtutum actiones ad finem vltimũ dirigantur. Idq; propriũ eſt charitates opus: vt perficiens reliquarum actiones virtutum, formam illis præbeat: & ad verum finem, ac rectum inſtituat. Poſtremo charitas ipſius tanta vis eſt: ac tanta poteſtas: vt eius glutino interiecto, mirũ nihil ſit: qui vna; habeat, eum cunctas habere virtutes.

Hieronymus

Ambroſius

¶De prudentia.

EX quattuor Honeſtatis partibus: quas virorum ſapientum auctoritas tradidit. Prima omnium velut princeps, ac mater reliquarum eluceſcit Prudentia. Eſt autem Prudentia (vt diffiniunt veteres) rerum bonarum: malarũq;: et nec bonarum: nec malarum ſcientia. Cuius quidem & illa Auguſtini ſimillima diffinitio eſt: vt ea dicatur: rerum appetendarum & fugiendarum cognitio. Nam et bonum ſuopte ingenio expetendum: & malũ contra fugiendum eſt. Subiiciunt autem Prudentiæ memoriã: intelligentiam: prouidentiam quarum prima repetit: quæ iam fuerunt: altera quæ ſũt: perſpicit: tertia futura præuidet: ante q̃ facta ſunt. Addunt nonnulli docilitatem: ſolertiam: rationem circũſpectionem cautionem: quas omnes Platonici prudentiæ partes eſſe teſtantur. Sed nos de his alias plura. Nũc ad prudentiam redeamus. Eius eſt igitur tanta vis: vt moraliu; virtutum om

nium philoſophis cōprobantibus: rationē ingrediatur. Socrates autē
Socrates. virtutes Prudentias cōmuni quodā nomine appellare conſueuit: Qui
vt Ariſtoteles ait: quod oēs virtutes putabat eſſe Prudentias. Falleba-
tur. Quod vero non abſq; Prudentia / recte ſētiebat. Et.n. cæteris mo
ralibus virtutibus / congruos nobis ac rectos fines pſtituimus. At pru
dentiæ munus eſt. vt ea duce / non aberremus: ſed in eiuſcemodi fines
facillime dirigamur. Itaq; erit prudentia perfectio quædā / ac bona mē
tis qualitas / moraliū regula quædā / ac norma virtutum: Hæc ita neceſſa
ria eſt: vt et in capiendis conſiliis & regendis humanis rebus magiſtra
et princeps exiſtimari debeat. Hæc hominibus tum ſingulis conſulit / tū
etiā vniuerſis. Hæc domos familiasq; gubernat. hæc Reſp. tuetur. hæc
Principatus omnis / ac Regna moderatur. Nec.n. genera rerum ſolum
ſed ſingulas quaſq; partes ſolerti inueſtigatione cōplectitur. Itaq; cū
principia vniuerſalia ratiōe aſſecuta eſt / ad ipſas vſq; hominū actiones:
quæ ſingulares ſunt: & cognoſcendas & moderandas progreditur. Be-
ne igitur ius imperandi ſortita eſt prudētia: quæ in recta agendarū re
rum ratione verſatur: quæ inueniendi & capiendi conſilii auctor ē: quæ
iudicandi obtinet poteſtatē: ac demū quæ gerenda ſunt: non ſtatuit ſo
lum: verum etiam præcipit.

¶De iuſtitia.

L Audant Iuſtitiā veteres Sapientes: & ita laudant: vt pleriq;
excellentiſſimā oīm eſſe perhibeant: et neq; Luciferum / ita
mirabilem. Nam in omnibus ciuitatibus gubernandis ad-
Plato: miniſtrādarūq; rerum ratione: merito ſecundū Platonis auctoritatem
Iuſtitiæ palma tribuitur: ſine qua non ſolum ciuitas: ſed ne parua quidē
domus conſtare q̃t. In hac (vt ait magnus Orator) virtutis ineſt ſplē
M. Cicero. dor maximus. Siquidē ex ea vulgo etiam viri boni nominantur. At ve-
ro iuſtitiā duplicē diſtinguunt Philoſophi. Vnam legalē: æqualem alte
ram. Et legalis quidē quodāmodo eſt oīs virtus: æqualis vero pars eſt
vna earum: quæ & quattuor ſunt / et aliarum fundamenta virtutū. Itaq;
legalis Iuſtitia (vt in magnis moralibus Ariſtoteles teſtis eſt) perfecta
cenſetur virtus. Nā quēadmodum lex honeſta iubet: prohibet cōtraria:
ita legalis iuſtitia oēm honeſtatis partē cōplectitur: omnē contra tur-
pitudinē aſpernatur. Lex præcipit / non eſſe in acie fugiendū: moriendū
(ſi opus fuerit) pro patriæ ſalute: quæ omnia ſunt Fortitudinis. Præce-
pit non eſſe adulterandū: quod ad Temperentiā pertinet. Præcipit ne-
mini inferendam eſſe iniuriā: quod eſt innocētiæ. Alia item quæ ſingu-
larium virtutum propria ſunt: & Iuſtitia legalis legibus iubet eſſe paren
dum. Honeſtatio autē laudem cōplexa: virtutē nullā deſerit. Hinc ſcite
Hieronymus vt cætera. Omnis inquit virtutum ſpecies / vno nomine iu
Hieronymus. ſtitiæ continetur. Omniā.n. virtutū exercet opera: atq; omnis laudis
actionem colit. Bene autem diffinitur iuſtitia conſtans / & perpetua vo-
lūtas / ius ſuum vnicuiq; tribuens. Abſolutus ſane & verus: hiſce verbis
Iuſtitiæ terminus continetur: quem pleriq;: qui noſtris temporibus ci-
uilia iura profitentur: vſurpant potius: q̃ intelligant. Eſt vtiq; iuſtitia

conſtans/ac perpetua voluntas:tribuens ius ſuū cuiqꝫ. Actio virtutis
pars Philoſophorū recta ſentētia:vt veræ virtutis actio appellari poſſit
voluntaria/firma:& ſtabilis eſſe debet. Alioquin ratio virtutis tollitur
Proinde qui virtutis opus exercere voluerit:neceſſe eſt primum: vt ſciē
ter agat:deinde vt cum electione & propter rectum finem:poſtremo vt
firmiter:atqꝫ inmobiliter operetur.Cum ergo dicitur Iuſtitia:volūtas
ex duobus illis prioribus:vtrūqꝫ compræhēſum eſt. Nam et cum electio
ne ſcientia congruit:vſqꝫ adeo:vt quod per ignorantiaꝫ geritur:id nō
recte dicatur:voluntate fieri. Poſt hæc vero:conſtās et perpetua termi-
natur voluntas:vt actionis ipſius firmitas oſtenderetur. Et perpetua
quidam voluntas idcirco dicitur:vt conſilium :ac propoſitū indicetur
Iuſtitiæ Perpetuo conſeruandæ.Conſtans vero:vt ejuſce conſilii firmi-
tas et propoſiti ſtabilis perſeuerantia deſignetur. Altera vero Iuſtitia
illa.quam particularem diximus:ſolet etiam in hunc modum diffiniri.
Iuſtitia eſt habitus animi:cōmuni vtilitate conſeruata:ſuam cuiqꝫ tri- Definitio iuſti
buens dignitatem.Huius maxime proprium munus eſt:vt inter homi- tiæ.
nes pari iure viuatur.Hæc autem bifariā rurſum partiri ſolet:atqꝫ alte-
ra pars in cōmutandis & cōtrahendis rebus cernitur:altera in diſtribu
endis verſatur/honoribus:vt dando accipiendo cōmutando : cōmuni
vtilitati ſeruiatur:& honorū ac ciuilium munerum:æqua diſtributione
ſeruata:cuiuſcūqꝫ hominis dignitati:ac meritis cōſulatur. Iuſtitia nō
iniuria cæteras dicitur præſtare virtutes:quæ circa alterius verſatur vti
litatem:& cōmunem ſalutem ſemper intendit. Hac enim imprimis ſo-
cietas hominis inter ipſos & vitæ cōmunitas continetur. Quocirca
et in recta voluntate ſita eſt:nec vnǭ cōmunis vtilitatis rationē deſe-
rit.Hæc igitur maxime colenda virtus eſt:cuius eximia præſtantia: cun
ctis laudibus antecellit. Nam & latiſſime patet :et in nobiliſſima parte
animi collocatur:que volnntas eſt:& cū ratione appetitus:et alteri in-
ſeruiens:cōmunēhominum conciliationē tuetur. Itaqꝫ laudans eam
eruditiſſimus Ambroſius noſter. Iuſtitia eſt inquit: que vnicuiqꝫ tribuit Ambroſius:
quod ſuum eſt:alienū non vendicat:vtilitateꝫ propriam negligit:vt cō
munē æquitatem cuſtodiat. An ne illud paruū iudiciuꝫ eſt :tribui cuiqꝫ
quod ſuum eſt.Ita.n.exhibetur Deo piiſſimi cultus veneratio : ſuperiori
reuerentia:pari concordia:inferiori diſciplina :ita honores bonis defe
runtur:ſupplicia improbis:& cuiqꝫ randē quæ ſua ſunt.Magna eſt ergo
hæc virtus:& cunctis viribus excolenda.

¶De fortitudine.

QVanta ſit Prudentiæ:quanta & iuſtitiæ ipſius laus: curſim ac
breuiter patefactum ſit hactenus. Iam fortitudinis ſummum
decus:et gloria illuſtranda eſt:breuius forſaſſe ǭ tantæ lau-
dis poſtulet amplitudo. Ac primum a diffinitione eius ſu-
mamus exordium. Eſt.n.fortitudo (ſi Ciceroni credimus) Definitio for-
conſiderata periculorum ſuſceptio : et laborum perpeſſio. titudinis

Illius namq; animi magnitudo probanda eſt: qui animum inuictum gerens conſiderate: & cõmuni perſpecta vtilitate, magna pericula ſuſcipit grauiſſimos labores perpetitur: mortem etiã glorioſam nõ recuſat: paratus illam ſemp turpitudini anteferre. Quãobrem & Aurelius Auguſtinus noſter a Cicerone neq; a ꝙ diſſentiens. Fortitudo eſt inquit: affectio: quæ nullas aduerſitates, mortem veformidat. Et enim circa periculorum ſuſceptionẽ Fortitudo verſatur: nec quod magnopere formidandum videtur: mortem extimeſcit. Huius ex his: quæ nunc tradenda ſunt: quæ nã vis ſit: facile cognoſci potuerit. Dicimus virtutem eſſe: quã qui amplectitur bonus redditur: quæq; tum bonũ virum, tũ illius quoq; opus bonum facit. Sed quid dicimus homini bonũ: niſi ſecundũ rationem viuere: qua vna eminet: & mutis animalibus præſtat. Ille igitur ſecundum rationẽ viuit: qui primum eandẽ ipſam rationem recte moderatur: quod ſapientia: quod ars: quod prudentia: quod reliquæ intellectuales virtutes efficiunt. Deinde qui ipſam rationis, ac mentis rectitudinem, in hominum conciliationẽ & ſocietatẽ confert: quod iuſtitiæ ſuum munus eſt. Poſtremo qui impedimenta repellit: quæ recte voluntati obeſſe queant. Solet enim bifariam voluntas hominis præpediri: vt a recta ratione diſcedat: aut obſcænæ voluptatis illecebris: per quas maxime noſtra imbecillitas ab honeſtate deciſcit: & huic operi præſto temperantia eſt: quæ omniũ voluptatum libidines coherceat: ac reſtinguit: aut reformidatione quadam difficilium, ac laborioſarum rerũ: ad quã quidem reiiciendam, ac fugandam magnitudo animi neceſſaria eſt: quæ nullis aduerſis rebus frangi: nullis terreri periculis: nullis laboribus ſuperari poteſt. Sed omnia inferiora ſe ducens, contra omniũ hoſtium tela inexpugnabilẽ ſeſe atq; inuictam præbet. Ex quo fit: vt ad bene & cũ

Gregorius ratione viuendam fortitudo adhibenda ſit: quæ vt Gregorius præclare inquit: fortita iuſtum virum carnem vincit: propriis voluptatibus obſiſtit: delectationem vitæ præſentis extinguit: aſpera deligit: laborioſa ſuſcipit: vt æterna præmia atq; immortalia conſequatur. Hæc eſt profecto ea virtus: quæ audaciam frenans, nihil vnꝙ temere aggreditur. Ignauiam autem omnino propellens: nunꝙ molliter effeminatur. Quare & circa metum atq; audaciam fortitudinem verſari, Philoſophorum rationibus compertum eſt. Quod ſi eæ virtutes (vt Ariſtoteles ait) maximæ virtutes ſunt & ſplendidiſſime: quæ maxime aliis proſunt: quanti fortitudo æſtimanda eſt: quæ mauult ſubire mortis diſcrimen, ꝙ ciuitatis labefactari dignitatem: ꝙ violari patriæ ſalutẽ: Itaq; præcipue hæc virtus adhibita iuſtitia ſummæ amplitudinis gloriã aſſecuta eſt: cuius munera duo ſunt maxima: vt & mortem aſpernetur & dolorẽ contẽnat.

De temperantia.

Reliqua nunc Temperãtia eſt: & ipſa quidem egregia ac ſingularis virtus: quæ ita hominum vitam ſua venuſtate decorat: ita ingenti pulchritudine exornat: vt niſi hæc acceſſerit reliquæ virtutes omnes claudicare videantur. Nam ea vel maxime, vitæ totius ordo ſpectatur: ac cernitur. Omnibus dictis, factiſq; modum præbet: vt per eam cunctis in rebus mediocrita

tis regula conſeruetur. Nam illud Flacci ad hanc virtutem pertinet. Horatius F.ac.

Eſt modus in rebus: ſunt certi deniq; fines:

Quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum.

Patet ſiquidem latius huiuſce virtutis ratio: & per omnes totius vitæ partes propagatur: & funditur. Quæ a M. Tullio nō inſcite diffinitur his verbis. Nam Temperātia eſt rationis in libidinem atq; in alios nō rectos impetus animi firma moderataq; dominatio. Hæc enī; præcipue virtus cunctis animi perturbationibus aduerſans libidinē frenat: carnis titillationem cōtundit: immoderatas appetitiões cohercet: omnis autem inimica turpitudinis, perpetuum aduerſus voluptatem, bellum gerit: hæc corporis ſenſibus dominatur: ac ne mollius diffluāt: ne ve immoderatius dilabātur, efficit: cupiditatibus modū ſtatuit: appetitum rationi ſubiicit: concitatiores motus quoq; mentis addicit imperio: totum hominem integrum, incontaminatum, atq; incorruptum ſeruat. Ex hac igitur potiſſimum pulchritudinis, atq; honeſtatis refulget ſplendor: quæ moderationem parit: quæ humanis actionibus rectam & congruentem menſuram præbet: quæ a ferarum vita & belluarum immanitate flagitioſum probro reiecto hominis præſtantiam & natura; diſtinguit: cumq; ſenſus, tactus, cū primis turpibus atq; obſcænis voluptatibus inquinari ſoleat: Temperantia fœditatem omnem prorſus auertit & corporeis ſpretis illecebris: rectam ſemper rationis atq; honeſtatis regulā conſectatur. Quod ſi virtutis, magnitudo ex eo cernitur: quod ad bene viuendi rationem plurimum conferre videatur: erit ſine dubitatiōne maxima virtus temperantia: quæ eas voluptates: quæ tactu percipiuntur: quaſq; natura ipſa ſua ſponte maxime videtur aſciſcere pclaro rationis imperio moderatur: ac regit: quam qui ſequitur: is dubio procul bene, honeſte, laudabiliter: ac demum decore & cum laude viuere putandus eſt. Cum igitur virtutis ſit laus premium: qui rectam veramq; fidem: qui firmam ſpem: qui flagrantem atq; ardentiſſimam Charitatē qui rurſum Prudentiæ rectitudinem: Iuſtitiæ bonitatem: Fortitudinis robur: Temperantiæ decus fuerit aſſecutus: hunc nos vera ac maxima laude digniſſimum iudicamus. Nam virtute ipſa duce, non modo laudem meremur in terris: ſed æterni quoq; premii gloriam ſperamus in cælo.

M. Cicero.

FINIS.

¶PRAECELLENTIS THEÓLOGI AVGV STINI DATHI SENENSIS DE SACRA MENTIS PANIS ET AQVAE LI BER PRIMVS FOELICITER INCIPIT AD DOMINI CVM BILIOTTIVM

SAEPE te ſuʒ Dominice cohortatus:vt qui magnis in
genii & naturæ muneribus donatus es ſacrarũ littera
Litteræ ſacræ amplectendæ. rum lectionem: ac ſtudium complectereris.His enim
præcipue cognitis:non modo ſingularis doctrinæ ful
gor elucescit:ſed etiam bene ac recte viuendi ratio cõ
paratur. Nihil potes hac vna exercitatione aut appre
hendere ſalutarius:aut fructuoſius cuſtodire.Itaqʒ il
los iampridẽ magna laude dignos exiſtimaui : qui ſtudioſe & accurate
adhanc ſe p̄claram vitæ rationem accõmodarunt:vt nunc veteris legis
ſacramenta nunc noui teſtamenti veritatem inueſtigare contenderẽt:
nec primoribus,ac ſummis:quod dicitur labiis:ſed cunctis potius viri
bus ac toto mentis ardore diuinæ ſcripturæ altitudinem auctoritatem
qʒ perſequerẽtur.Hoc eſt enim dulciſſimum animorũ pabulum:eſca ſua
uiſſima:mentium noſtrarum iucundiſſimũ alimentum.Hinc nobis perfu
gium vitæ:laborum requies:vitiorum interitus:malorũ omnium expul
ſio:perturbationum ſedatio:bene atqʒ honeſte viuendi diſciplina dedu
Hieronymus. citur.Scite ac vere Hieronymus Ruſticum monachuʒ ita inſtituit.Ama
inquit:ſcientiam ſcripturarum & carnis vitia non amabis. Magna eſt
profecto huiuſce rei vtilitas:fructus vberrimus:ſi quidem per amorem
ſanctarum litterarum carnis:vitia declinantur.Sed debes tu quoqʒ ad
eam ipſam lectionem,omnẽ conferre operam:ocium omne : quodcun
qʒ datur:ac ſtudium diligens adhibere:ſi cupis:quæ clerici partes ſunt
& terrena deſpicere & amare cœleſtia:ac ſimul aliquando cum paſtore
ouium & principe Apoſtolorum in ſuperiora domus aſcendere.Nunc ve
ro optime & chariſſime frater venio ad ea:q̃ tuis litteris poſtulaſti. Cu
pis namqʒ ſcire de me:quæ in ſacris ac diuinis litteris ,Panis & Aquæ
ſacramenta:quod vtrumqʒ tam crebro & apud Prophetas & apud Ha
giographos vſurpari animaduerteris.Non mihi tantarum rerum au
ſim ſcientiam vendicare:qui vtique in hoc ſtudiorum genere verſatus
ſum:ſed quantum profecerim pœnitet me.Sed quantula in me facultas
eſt:ſtatuo par eſſe:vt quoad mihi liceat:tibi obſequar poſtulanti.Itaqʒ
de vtraqʒ re propoſita pro meis viribus breuiter explicabo. Nam quæ
de aqua,ſecundum Philoſophorum rationem tradi poſſunt:quæ de pa
ne hominum inſtitutione illa & tractatum deſiderant longiorem:& hu
ic loco minime conuenjunt. Siquidem conſtat rem vtramque adeo eſ
ſe naturæ hominis conſentaneam,ac degendæ vitæ neceſſariam: vt cuʒ

ſolis illis poſſit: & ſi non ſatis commode: ſine illis vero nullo modo aut difficulter viui poſſit. Effecit tamen praua hominum conſuetudo: vt arbitrentur ſine ciborum delitiis vitam ſubſtineri non poſſe. Itaque innumerabilia gulæ irritamenta: delicatas ciborum varietates: lauta ventris pulmenta finxit. Sed nos ad inſtitutum properemus: & de aqua primum: mox de pane (vt diximus) pauca diſſeramus. Dauid Propheta inclytus, vates ſanctiſſimus admirabilium myſteriorum enunciator: qui diuinæ vocis oraculo magna cecinit ſacramenta: humanæ vitæ varietatem, ac ſæculi huius decurſum maris inſtar obtinere monſtrauit. Hoc inquit: mare magnum & ſpacioſum manibus illic reptilia quorum non eſt numerus. Animalia puſilla cum magnis. Illic naues pertranſibunt. Draco iſte: quem formaſti ad illudendum ei. Mare ſi literam ſequimur: nihil eſt aliud: ꝙ congregationes aquarum: iuxta illud Geneſis. Congregentur aquæ: quæ ſub cœlo ſunt, in vnum & appareat arida. Et mox. Vocauit Deus aridam terram: congregationeſque aquarum appellauit maria. Animalia vero puſilla cum magnis vtique piſces maris ſunt: qui perambulant ſemitas maris. Cete grandia: & omnis anima viuens atque motabilis: quam producunt aquæ in ſpecies ſuas. Verum alia maiora ſunt: quæ intrinſecus deliteſcunt illis comperta: quos diuina veritas illuſtrauit: Et mare proculdubio præſens ſæculum interpretantur: quod & variarum tentationum fluctibus, & aduerſarum rerum turbulentis tempeſtatibus quatitur: magnum quidem id mare & ſpatioſum manibus: in quo difficillimum ſit bonis operibus indulgere. Reptilia, poteſtates tenebrarum ſunt & aduerſantium ſpirituum latentes inſidiæ: quæ multæ: quæ variæ, vel potius innumerabiles: incautos homines: & nec ſic opinantes quidem: quaſi inter oſcitantes quottidie opprimunt. Huius vero maris: affluctuantis pelagi varios caſus: multiplicia diſcrimina: diuerſa pericula narrare quis poſſit. Hoc profecto id mare eſt: in cuius littoribus Piratæ & crudeles hoſtes: aſſiduæ verſantur: cuius dextrum Scylla latus: læuum implacata Charybdis obſidet: quod horridis ſyrtibus: duris cautibus: ſaxis aſperrimis completum eſt: verius ꝙ rubrū mare proceloſum: aſperum: profundum: ac præ cæteris magnorum animalium capax. Et procelloſum quidem habendum eſt: ſi calamitatum tempeſtates inſpexerimus: Aſperum ſi difficultatum labores: Profundum: ſi varias atque innumeras rerum vices: Magnorum capax animalium quod prædones ſæuiſſimi atque hoſtes acerrimi hoc ipſum mare infeſtum habent: in quo exultat: & graſſatur verus Pharao: magno ac numeroſo munitus exercitu. Hac igitur nobis tranſmittendum eſt: qui cimba fragilis carnis circundamur: ſi ad optatum ſalutis portum ſi ad beatitudinis calcem atq; ad terram viuentium cupimus peruenire. Sed enim vt mare ſtabile inconcuſſum: tranquillum diutius permanere nō poteſt: ita & mundus quoq;: quē mortales colimus: quietis diuturnæ firmitatem nullam habet: ſed infinitis quibuſdam procellis: ac perturbationibus commouetur. Nunc ſecundarum rerum proſperitate attollitur: nunc aduerſæ fortunæ tempeſtate deiicitur. Alias tum &

Dauid ꝓpheta

Mare.

magnis fluctibus:procelloſis giiſcit æſtibus:tum rurſum ſopitis iiſdē ac ſilentibus tranquillatur:& in eodem ſtatu nunꝗ diutius perſeuerat. Bene igitur & congruenter mare præſentis ſæculi ac mundi huius varietātem exprimit:cuius aquæ non iniuria humanæ vitæ deſignauit curſuꝫ fluentium aquarū more labentem. Hinc eſt illud in libris Regum Omnes morimur : & quaſi aquæ dilabimur in terra : quæ non reuertentur.

Quoniam vero multiplicem conſtat eſſe vitæ huius progreſſum:& hūc quidem ſecundum gratiam:illum ſecundum culpam:vt Theologi prodiderunt.alium ſecundum miſeriā ,etiam aquæ:quæ labentem figurāt mortalium vitā:eadem diſtinctione diſtribuātur.neceſſe eſt. Et.n.aquā in variis ſcripturæ ſacræ locis tum in veteri tum in noua lege reperias: cuius ſignificatio nunc gratiæ:nunc culpæ:aliquando & miſeriæ ſacramenta complectitur.

Aqua.

Legimus apud Ioannē euangeliſtam dixiſſe Ieſum Saluatorē ad eum:qui cæcus natus erat.Vade lauare in natatoria Syloe:quod interpretatur miſſus qui abiit lauit vidit. Aqua ſyloe vno modo populum ſignificat iudeorum:ſecundū Eſaiā dicentem. Abiecit populus iſte aquas Syloe quæ vadunt cum ſilentio.Itaqꝫ cum ſputo facto, in terra lauiſſet cæci oculos luto,miſit illum Ieſus ad natatoriaꝫ Syloe vt ſe oſtenderet:nequaꝗ alienum eſſe ab amore iudaici populi: quē ſemper ad viam veritatis referre conatus eſt.Secundum alios vero aquæ Syloe baptiſmi aquam præfigurarūt:cuius & illuminatio propria eſt:& a delictis emundatio. Nam & ſecundum Dionyſium Areopagitā ,baptiſmus illuſtratio dicitur.ſecundum quam ſignificationem apud Ezechielem dicitur. Effundam ſuper vos aquaꝫ mundā:& mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Quocirca in eodem euangelio Syloe interpretatur miſſus.Oportet.n.baptiſari in Chriſto:qui a patre pro redimendo humano genere in mundum miſſus eſt:qui ſuorum peccatorum ablui ſordem cupiunt:vt ad Galatas ſcribens teſtis eſt Paulus Apoſtolus dicens. Quicūqꝫ in Chriſto baptiſati eſtis:chriſtuꝫ induiſtis. Quare piſcina hæc ſyloem aquā mundantē ſignificauit:& delentem peccati labem.

Aqua baptiſmi.

Illa etiam aqua refertur ad gratiā. quæ in Apocalypſi ioannis legitur.Oſtendit mihi fluuium aquæ vitæ ſplendidū tanꝗ criſtallum ꝓcedentē de ſede Dei et agni.Hac ſignificatur humana mens: ꝗdiu ſplēdeſcit cōtemplatione Euangelicæ diſciplinæ:& a cura et ſollicitudine humanarum rerū vehementer abhorret.vt illud impleat ſaluatoris præceptum.Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ:quid manducetis : neqꝫ corpori veſtro quid induamini.Eſt.n.ſine dubitatione ſedes Dei ,& agni Euangelium ipſuꝫ fluuius aquæ vitæ Euangelica diſciplina ,atqꝫ incorruptæ doctrinæ veritas:quæ ſplendorem omnē & claritatem antecellit. Quā dum cōtēplamur:niteſcimus et humanæ ſollicitudinis ſpernimus moleſtiam. Aquam mundantē Ezechiel propheta cōmemorat his verbis. Ad Hieruſa'em in aqua non es lota in ſalutem.Et iteruꝫ Laui te aqua: et emundaui ſanguinē tuum ex te Aqua hæc aqua contritionis eſt.quæ peccati ſanguinē:et ſqualorem abluit.Hac eadem lotus eſt is:quem Regum prodit hiſtoria Naamā Syrus:qui iuxta verbū Helyſei lauit in Iordane ſepties:& reſtituta eſt caro eius.ſicut caro pueri paruuli.ac mūdatus eſt.Porro fœcundā conſtat eſſe aquam hanc: qua ſolent arua hominum irrigari:et ſterile animarum ſolū pingueſcere:vnde et apud Eſaiā

Aqua cōtritionis.

ſcribitur. Effundam aquas ſuper ſitientem: & fluenta ſuper aridā. In his vero aquis amoris & charitatis feruor exardeſcit: vnde & Ana qui donatus vel gratificatus interpretatur. Legitur in libro Geneſis aquas calidas inueniſſe in ſolitudine: cum paſceret Aſinos Sebeon patris ſui. Hæ ſunt fideles aquæ: in quibus & timor domini figuratur (vt Eſaias ait) Panis ei datus eſt: aquæ eius fideles ſunt. Ac ſtatim infert. Cor tuū meditabitur timorem. Eſt autem panis oratio: qua tanꝙ pabulo anima ipſa reficitur: aquæ vero fideles: quæ nec reconditas latebras: nec deliteſcentes herbas continent: timor dei eſt. i. principiū ſapientiæ: ac ſalutis initium. In his iiſdē aquis conſideratur & pietas: vnde & fluentes ſunt de quibus in Pſalmo. Flauit ſpiritus eius & fluent aquæ. Sed & illæ aquæ ad bonum & ad gratiam referuntur: de quibus ita in Prouerbiis Salomon locutus eſt. Bibe aquam de ciſterna tua & fluenta putei tui: deriuētur fontes tui foras: & in plateis aquas tuas diuide. Ac ſtatim ſubiicit Habeto eas ſolus: nec ſint alieni participes tui: ſit vena tua benedicta ea benedictione (vt arbitror) quā in magni iudicii die audire merebuntur: qui percalcato ſæculo fecerint in terris volūtatem Dei: qui in cœlis eſt. Rurſum aquam ſalutarem in Euangelio legimus: quum apud Ioannem ſe pollicetur Saluator daturum Samaritanæ mulieri aquam viuam quam etiam puteus Iacob præſtare nō poterat. Omnis inquit Ieſus: qui biberit ex aqua hac: ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua: quā ego dabo ei: nō ſitiet in æternū. Sed aqua quā ego dabo ei: fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternā. Nos igitur quid per hanc aquam intelligi cōueniat: pauculis perſtringamus. Et enim per aquā Spiritusſancti gratia deſignatur: quæ interdum ignis: aliquando aqua in ſacris eloquiis nuncupatur: cum tamen neutrū illorum ſit ſecundū ſubſtantiæ rationem: ſed alterutrum ſecundum quandam ſimilitudinem actionis dicitur. Atq; ignis quidem ſortitur nomen: quod excitat: atq; erigit hominum corda per feruorē flagrantiſſimæ charitatis. Vnde & Paulus apoſtolus ſpiritus feruentes dixit ad Romanos ſcribens. Rurſum ignis dicitur propter peccati conſumptionē. Hinc eſt illud in Canticis. Lampades eius: lampades ignis atq; flammarū. Aquæ multæ nō potuerunt extinguere charitatem. nec flumina obruent illam. Aqua vero contra ſepenumero Spiritus ſancti gratia in ſanctis litteris appellata eſt: tum ꝓpter purgationem effundā ſuper vos aquā mundam: & mundabimini: vt per Ezechielem ait dominus: tum ꝓpter refrigerandi vertutem: vt a tentationū æſtibus liberemur: ſecundum quod dicitur in Eccleſiaſtico. Ignem ardentem extinguit aqua: tum deniq; ꝓpter ſacietatem feruidam & inextinguibilem terreſtrium rerum ac bonorum tēporalium cupiditatem: iuxta illud Eſaiæ. Omnes ſitientes venite ad aquas. Duplex autē aqua (vt noſter Thōmas diſſeruit) eſſe perhibetur: quarum altera viua: non viua altera dicitur. Hæc poſterior illa eſt: quæ fontem ſuum nō ꝓſequitur: nec ſuo ipſius principio cōiuncta eſt: vnde ſcaturit: ſed per imbrem in Lacunam ciſternam ve defluens ab ſua origine ſeparata ſeruatur. Viua contra aqua illa debet intelligi: quæ fonti coniungitur: atq; effluit: quæ venam indeficientem nō deſerit: quæ inde manans perpetuam vndā elicit ac molliter fluens ſcatebris arentia tēperat arua. Huius ſimilitudinem gratia Spiritus ſancti gerit: quæ cū homini tribuitur: & fons ipſe ſimul

Ana ꝗ calidas aquas inuenit

Aqua ſalutariſ

Gratia ſpſ.s.

Duplex aqua.

niſi forte ex aliqua parte, nemo adipiſcitur. Proinde qui eam aquã biberit: adhuc ſitiet: dum perfectam plenitudinẽ aſſequatur: ſed nõ ſitiet iterum quaſi exareſcat aqua: cuius fontem manalẽ diximus: Pſalmiſta canente. Inebriabuntur abvbertate domus tuæ. Et alio iterum in loco. Flumẽ quod continue fluat: bene appellatum dicit. M. Varro. Sed cum ad immortalẽ vitæ beatæ gloriã ventũ fuerit: tunc ꝓculdubio perfecte bibentes aquam diuinæ gratiæ, non ſitiemus in æternum. Satiabor: inquit Propheta cũ apparuerit gloria tua. Et ſaluator in Euangelio. Beati qui eſuriunt: & ſitiunt iuſtitiam: quia ſaturabuntur. Eſuriunt & ſitiunt quidem in hac mortali vita: ſaturantur autem in æterna gloria. Satis igitur: ſuperq; de aqua domini. quæ ſpiritualem gratiam ſignificat: in huncvſq; locum explicatum eſt. Illam quoq; ſilentio præterire non debemus: quæ apud Ioannem his verbis cõmemoratur: Eſt inquit: Hieroſolymis ꝓbatica piſcina quæ cognominatur hebraice Bethſaida, quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium cæcorum claudorum: aridorum expectantium aquæ motum. Angelus autẽ domini, ſecundũ tempus deſcendebat in piſcinam: et mouebatur aqua Et qui prior deſcendebat in piſcinã poſt motionẽ aquæ, ſanus fiebat a quacũq; detinebatur infirmitate. Hæc Ioãnes. Si huius piſcinæ nomẽ inueſtigamus: Græce probatica: hebraice Bethſaida appellata eſt. Probaton apud Grecos Ouem ſignificat: & ea piſcina ouium nuncupatur: quod ſacerdotes Iudæorum hoſtiarum cadauera: præſertim ouiũ: quæ maxime in ſacrificiis mactabantur: in ea piſcina abluebant: vnde & Hebraice Bethſaida: hoc eſt domus pecudum dicitur. Hæc propter templũ erat: et ex aqua pluuia cogebatur. Quinq; autem habebat porticus ꝑ circuitum: quo plures ſacerdotes facilius pecudum & hoſtiarum abluerent cæſa corpora. Piſcinam circunſtabant turba languentium: agitationem aquarum obſeruantes: et demum ablutione facta, a languoribus ſanarentur. Atq; ita ægroti conualeſcebant: ſiue oculis capti eſſẽt: ſiue impari greſſu claudicarent: ſiue deniq; ariditate languerent. Ferũt nonnulli Reginam ſaba: quæ venerat audire ſapientiam. Salomonis: cum in domo ſaltus eſſet: vidiſſe in ſpiritu, dominicæ crucis lignum: cumq; a ſalomone proficiſceretur, eidem nunciaſſe: quæ viderat: ac ſub iecdiſſe moriturum ſuper eo ligno hominem: quo cæſo perituri Iudæi eſſent: locum ſimul amiſſuri et gentem: Tulit itaq; ſalomon lignum: ac penitus humum defodit: quo in loco, labente temporis curriculo: piſcina quam prædiximus: conſtituta eſt. Cumq; iam inſtaret plenitudo ſacri temporis, lignum aquæ ſupernatauit: quod in profundo latebat: et tempus acceptabile, & dies ſalutis ideſt glorioſi ſaluatoris prænunciauit aduentum. Atq; inde cepiſſe aquæ illius motus traditur. Habet autem ea res non illocupletes auctores: quã profecto & ipſi non abſurdam putabimus: ſi huius piſcinæ illuſtrabimus ſacramẽta. Quid.n. piſcina hæc ſignificauit aliud, ꝙ baptiſmum: cuius ablutio multo magis ſordẽ, ac maculã omnẽ delet, ꝙ aqua illa expiationis: quæ in libro legitur. Numerorum: Atq; vt aqua piſcinæ eius, non ſuapte natura: ſed virtute potius cõmouentis Angeli & carnis imunditiam ſanabat: et auferebat corporis ægritudinẽ: ita & aqua ſacri baptiſmatis tam admirabilem & medendi et abluendi vim, per paſſionem filii Dei ſortita eſt.

Flumen dei M. Varro.

Probatica piſcina.

Regula ſaba.

Vnde illud eſt ĩ Apocalypſi. Dilexit nos: & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et Apoſtolus Romanis vera ſcripſit dicẽs: Quicũq; baptizati ſumus ĩ Chriſto ieſu: in morte ipſius baptizati ſumus. Quoniam vero piſcina hæc, domus pecudũ interpretatur: vt diximus: ſignificauit eos potiſſimũ baptiſmi aqua abluendos: qui poſſent de ſe ipſis cum Propheta dicere. Nos autẽ populus eius et oues paſcuæ eius: quæ cognoſcunt paſtorem bonũ: & cognoſcuntur ab eo: quæ intra ouilis limites ſtabulantes: paſtoris vocem audiunt: & illi ſoli ſeruiunt. Quod autem quinq; porticus adduntur: id myſterium complet: & ad quinq; corporis Chriſti vulnera ſine dubitatione refertur. Lãguentes ad piſcinam confluunt: vt a quauis infirmitate liberentur: qui autem baptiſmi ſacramentum excepturus eſt: quaſi languidus: ac ſanandus ait. Miſerere mei domine: quoniã infirmus ſum ſana me domine quoniam cõturbata ſunt oſſa mea. Deinde ſpectans baptiſmi gratiam: in alio loco dicit. Super aquas refectionis educauit me: animam meã conuertit. Nec ſolum liberantur: qui perturbationibus ſeruiunt: quæ ægritudines animorum ſunt: ſed & illi quoq; in quibus intellectus: lumen extinctũ eſt: et ratio libidini conſentiẽs excecatur: de quibus apud Concionatorẽ ſapientem dicitur: Hæc cogitauerunt: & errauerũt: excecauit. n. illos malitia eorum. Supercecidit ignis: inquit Propheta et non viderunt Solẽ Quid eſt ignis: niſi iræ, cõcupiſcentię, ac libidinis ardor: quo qui corripiuntur: Solem et clariſſimum lumen veritatis intueri nequeunt Sanãtur et claudi: quorũ mẽs cũ verſatur in tenebris. inſtabile molitur opus ſecundum illud Prouerbiorum. Impius facit opus inſtabile ſeminanti autem iuſtitiam, merces fidelis. Claudi vero ſunt: qui non conſectãtur rectam virtutis: ac probitatis viam; Atq; idcirco in libro Regum ab Helia redarguũtur his verbis: Vſq; quo claudicatis in duas partes. Si dominus eſt Deus: ſequimini eum. Sanantur & aridi: in quibus pinguedo deuotionis exaruit: quam petebat diuinus Propheta. Sicut adipe et pĩguedine repleatur anima mea. Sanantur inq̃ per baptiſmũ & aridi: in quibus ieiunitas fuerit bonorum operum: qualis ſit is: qui dicat. Aruit tanq̃ teſta virtus mea. Bene igitur piſcina hæc, baptiſmi virtutem præfiguraui t: cuius aqua non ſua virtute & natura. non omni tẽpore: ſed virtute ſecundum tempus Angeli cõmouentis, ſanabat ægrotos: ſicut et aqua baptiſmi, non aquæ ipſius vi: ſed latente ſpiritus ſancti poteſtate immunditiam carnis & peccatorum ſordẽ abluit. Niſi. n. quis renatus fuerit ex aqua et ſpiritu ſancto: non poteſt introire in regnũ Dei. Non dixit ex aqua ſolum: ſed ex aqua & ſpiritu ſancto. Vtriuſq; vero opus eſſe conſtat: vt per vtrãq; ſani homines efficiantur. Sed hoc piſcinã baptiſmus antecellit: quod illa virtute & opera Angeli, ſalutem præſtabat Hic immenſa atq; increata ineffabilis ſãctæ Trinitatis poteſtate, homines ſaluos facit. Illa ſanat certo tempore: baptiſmi perpetua et continua virtus eſt. Illa ſingulis proderat: hæc medetur vniuerſis. Illius virtus certis finibus tenebatur: huius infinita et immenſa cognoſcitur.

Conſtat igitur. quænam probatica piſcina fuerit: & quid ſignificarit: ſatis arbitror explicatum. Illa etiam nimirũ aqua maxime ſalutaris: & gratiæ plena cum primis exiſtimanda eſt: quæ ſacratiſſimæ paſſionis tẽpore de tranſuerberato Chriſti latere fluxit: & abunde manauit. Vnus

militum inquit Ioannes:lancea latus eius aperuit : & continuo exiuit ſanguis et aqua.Fuuditur ſanguis in pretiuȝ:aqua in lauacrum : cuius ablutione ſanati ſumus. At tunc vere per Prophetam dixit Dominus. Effundam ſuper vos aquā mundā:et mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris:Verū infinitum ſingula annotare in tam lato ſcripturæ campo:aquæ ſacramenta:quæ ipſa inpromptu fuerint:ſiquis ea.quæ ſcripta ſunt:diligenter conſiderare voluerit. Non carent myſterio putei:quos primum fodit Abrahā:quos deinde fodit Iſaac filius in torrēte Gerare: vbi et aqua viua reperta eſt: Quæ res inter paſtores gerare et loci eius indigenas & paſtores Iſaac iurgiuȝ et rixam cōcitauit. Sed iam ad alias aquas labatur oratio. Fecit deus firmamentū inquit Moyſes:diuiſitqȝ aquas:quæ erant ſub firmamento:ab his quæ erant ſuper firmamentum. Aliæ profecto aquæ ſunt:quæ ſuper firmamentū ſunt:ab his quæ ſub firmamento continentur. Aquæ quæ ſuper cælos ſunt:dicit Propheta:laudent nomen domini.Duplices enim aquæ cōmemorātur quod & beatus Auguſtinus Chriſtianæ religionis decus præclare diſſerit. Quæ vaporaliter cœlo ſuper feruntur:& ſerenis etiam noctibus rorant.et quæ in terris graues fluitant.Diuiſæ ſūt igitur aquæ abyſſi a ſupernis aquis. Ex quo rectæ Origenes ait.Studeat vnuſquiſqȝ noſtrū diuiſor effici aquæ eius quæ eſt ſupra:et q̄ eſt ſubtus: quo.ſ.ſpecialis aquæ intellectum:& participiū capiens eius:quæ eſt ſupra firmamentū.Flumina de ventre ſuo educat aquæ viuæ ſalientis in vitam æternā.Segregatus ſine dubio:& ſeparatus ab ea aqua:quæ ſubtus eſt.Ideſt aqua abyſſi in qua tenebræ eſſe dicuntur:in qua princeps huius mundi : et aduerſarius draco·& Angeli eius habitant:Et iteruȝ.Illius ergo aquæ ſupernæ participatio:quæ ſupra cælos eſſe dicitur : vnuſquiſqȝ fidelium cæleſtis efficitur ideſt cū ſenſum ſuum habeat in arduis:et excelſis: nihil de terra:ſed totum de cæleſtibus cogitans quæ ſurſum ſunt querens vbi Chriſtus eſt in dextera patris. Ac paulo poſt. Nos ergo laboremus cōgregare aquam:quæ eſt ſub cælo:et abiicere eam a nobis vt quum hoc factuȝ fuerit appareat arida:quæ ſunt in carne geſta opera noſtra. Quo.ſ.videntes homines opera noſtra bona:glorificent patrē noſtrum: qui in cælis eſt.Si enim aquas iſtas:quæ ſunt ſub cœlo:nō ſeparauerimus a nobis ideſt peccata:& vita corporis noſtri : arida nō poterit apparere nec habere fiduciā procedendi ad lucem: Quæ vtiqȝ non aliter dabitur:niſi velut aquas abiiciamus a nobis:& ſegregemus vitia corporis quæ ſūt materies peccatorū. Atqȝ hæc Origenes. Equibus facile conſtare poſſit præter aquam gratiæ:eam quoqȝ inueniri in ſāctis litteris:quæ ad culpam referenda ſit. Aquæ peccatorum ſunt quæ interitum parant: & ad extremā cladē vſqȝ perducunt:de quibus in Apocalypſi ſcribitur.Multi homines mortui ſunt de aquis:quia amaræ factæ ſunt. Hæ ſunt aquæ turbidæ:atqȝ pollutæ auidiore cupiditatis affectu:quibus quum redundant hominum mentes:iugum domini confringunt:vincula eius dirūpunt:timorem abiiciunt.Hinc illa per Ieremiā dicit dominus exercituum.Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ:& foderunt ſibi ciſternas diſſipatas:quæ continere aquas non valent. Et rurſum. Et nūc quid tibi vis in via Aegypti:vt bibas aquā turbidā.Et quid tibi cum via Aſſyriorum vt bibas aquā fluminis. Via vtiqȝ Aegypti:via humanæ ſollicitudinis

Putei ab Abraham effoſſi.

Duplices aquæ

t i

eſt:turbida vero aqua humanarum rerum moleſtia: quibus irriteti animi obliuiſcuntur ſui:& auertuntur a deo. Hæc ſunt immundæ ac ſordidæ aquæ, ob carnis fæditatem:& flagitii turpitudinem. Alloquitur in Exodo Moyſen dominus: ac precipit dicens: Sume aquam fluminis:& effunde eam ſuper aridā. et quicquid hauſeris de fluuio: vertetur in ſanguinem. Tunc plane aqua in ſanguinē conuertitur: quum infecta mēs carnis immūditia:& laſciuiæ ſorde: quaſi in naturam aliaȝ transfertur. Quo circa & Hieruſalem fornicationū plena, dicitur conculcata in ſāguine ſuo: quæ opera faciebat mulieris meretricis: & procacis: quæ fabricans imagines maſculinas fornicabatur in eis: quæ i capite omnis viæ lupanar ſtruxerat: quæ in cunctis plateis proſtibulū cōdiderat: quæ exuta pudicitiæ decorem vbiqȝ proſtitutionis ſuæ ſigna reliquerat. Verum & acidiæ triſtitiam, ac languenſcentis ocii torporem interdum aquæ ſignificant: quæ profecto in fœcundæ, ac ſteriles ſūt: nulliuſqȝ boni operis feraces. Quales fuiſſe traduntur aquæ Ierico: de quibus ſecūdi Regum hiſtoria dicitur. Aquæ peſſimę ſunt: & terra ſterilis quas deinde ſanauit Heliſeus vt non eſſet mors vltra in eis neqȝ ſterilitas Peſſimas autem aquas iure optimo acidiæ eluuionem dicimus: quod nihil tam contrarium tamqȝ aduerſum virtuti eſt: ꝙ deſidia atqȝ ocioſitas mater vitiorum, nouerca virtutū que velut arena ariditate ſiccatur nec habet vllam penitus boni operis frugem. Liuent eædem aquæ: frigētqȝ execranda, ac nefaria inuidentie lue: quæ ſeuiſſima peſtis: totum iam pene infecit, et cōmaculauit hominum genus:& quod deterius eſt: longe lateqȝ diffuſum, radices altiſſimas egit. Lethale venenum inuidiæ conciliationem hominum diſſoluit concordiam dirimit beniuolentiaȝ eripit ardorem charitatis extinguit. Hanc aquam ſignificauit Ieremias dicens. Sicut frigidam facit ciſterna aquam ſuam: ſic frigidam fecit, malitiam ſuam. Et charitas quidē exardeſcit frigeſcit inuidia, quæ duo interſe ita graue, atqȝ atrox gerunt bellum: vt omnino cōciliari nequeāt Sæpenumero & aquas faſtidioſæ arrogantiæ Prophete cōmemorant: q̄ proculdubio infideles ſunt: de quibus Ieremias ait. Quare factus eſt dolor meus perpetuus: & plaga mea deſperabilis renuit curari. Facta eſt mihi quaſi mendaciū aquarum infideliuȝ. Et enim infideles arrogātes ſunt: atqȝ impudentes qui etiā impunitatem ſibi ipſi proponūt inſtar infidelium aquarū: quarum lacunæ in graminibus deliteſcunt. Sūt preterea & aquæ obſtinatæ duritiæ: quæ glacie quadam obdurātis cordis rigent, de quibus ſapiens concionator. Frigidus vētus Aquilo flauit:& gelauit chriſtallus ab aqua. Eſt enim ventus Aquilo Sathanæ ſuggeſtio: ſiquidem ab Aquilone panditur malum. Chriſtallus autem animum obſtinate obdurantem ſignificat: quæ res vna calamitas eſt peccantium hominum. Ad hæc amaræ aquæ ire exprimunt inflammationē ac feruorem. Cecidit de cælo ſtella magna ardens:& cecidit in tertiam partem fluminū & in fontes aquarū. Et nomē ſtellæ dicitur Abſinthiū Et facta eſt tertia pars aquaruȝ Abſinthium: & multi homines mortui ſunt de aquis: quia amaræ factæ ſunt. Cadit ſtella ardens. i. ebuliēs ira in aquam ideſt in mentē hominis:& amara aqua facta eſt: quia exitiale virus: mortiferum venenū triſtem amaritudinem rancoris excæpit. Sūt et aquæ amariſſimæ deſperationis: de quibus ī libro Numero℞ legitur

Aquæ inuidiæ

Aquæ obſtinationis.

quā adiuratur mulier:quæ in adulterii ſuſpitionem inciderit. Tenebat namq; pro ritu veteris legis ſacer Sacerdos aquas amariſſimas: ī quas cum execratione maledicta congerebat, atq; vſus quibuſda; verbis iis tande; adiiciebat: ſi forte mulier polluta eſſet: Det inquiēs te dominus in maledictionem: exemplūq; cunctorum in populo ſuo. Putreſcere faciat fœmur tuū: & tumens vterus tuus dirumpatur. Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumeſcente putreſcat fæmur. Bene, & congruenter eiuſcemodi aquæ ad deſperationem referuntur. Vterus enim conſcientia eſt: aquæ maledictæ peccatorū elationes: ac ſcelerum: quibus illa redundans ad deſperationē vſq; perducitur. Quā; rē diruptio vteri ſequitur: quæ nihil eſt aliud. quam vehementia quædā doloris: quæ dies noctesq; conſcientiam vexat: & animum reſpirare nō ſinit. Putre deinde fœmur efficitur: in quo adēptio bone ſpei ſignificatur quandoquidem in femoribus gignendi ſita vis eſt: & ſucceſſionis ſpes continetur. Aquæ rurſum in Ioſue leguntur hiſtoria. Steterunt aquæ deſcendentes in vno loco: & ad inſtar montis intumeſcentes, apparebāt procul ab vrbe: quæ vocatur Edom: vſq; ad locum Sarthan. Quæ aute; inferiores erant: in mare ſolitudinis: quod nunc vocatur mortuum: deſcenderunt vſquequo omnino deficerent. Vere mortuæ hæ aquæ dicū‑tur in Tartaro, ac penarū loco: in quo homines flagitiis ac ſceleribus obnoxii: exquiſitis ſuppliciis cruciantur, & malefactorum omniū luūt pœnas. Has igitur aquas omni ſtudio: & labore diuidere debemus: ad quam rem rite perficiendam primum fortitudine opus eſt: & magnitudine animi quod eſt firmamentum illud: quod in Geneſi ſcriptum eſt: diuidens aquas ab aquis: & aquas culpæ, ab aquis ſecernēs gratiæ. Hac muniti: & ſepti virtute erimus plane victores: et noſtri voti compotes. Accedat oportet pænitentia, tutiſſima naufragii tabula: ſine qua mole preſſi delictorum, homines fluctibus ſæuis: & magnis æſtibus obruantur. Id ſibi voluit virga Moyſi ī exodo: qua mare diuiſit iuſſu Dei: vt gra derentur filii Iſrael in medio mari per ſiccum cum flante vento vehemēti: atq; vrenti totam noctem, ablatum eſt mare: & in ſiccum conuerſum Tunc diuiſa eſt aqua: & ingreſſi filii iſrael mirabile dictu ambulauerunt mare. Et erant aquæ: quaſi muri ad dexterā eorum: & læuā. Aqua a ſiniſtris vita peccatoꝝ eſt: quā ſcimus lubricā eſſe: & momentaneā & inſtar teneræ fugientis vmbræ. Aqua vero a dextris vita eſt ſanctorū: qui recte qui cū virtute: & timore dñi vixerunt ſemper: quæ vita perennis immortalis beata & æterna eſt: & omniū malorum īmunis: quam aſſequuntur: qui facientes opera pænitentiæ. Expurgant uetus fermentum nequitiæ fiunt noua conſperſio in azimis ſinceritatis et veritatis. Sed & coadiuuante gratia opus eſt: ſine qua inanis eſt opera noſtra: & (quod dici ſolet) caſſo labore ſudamus. Hæc eſt arca fœderis dñi vniuerſæ terræ: ꝗ antecedebat Iſraeliticū populū per Ioardanē: quā deferentes Sacerdotes decurrentes aquæ Iordanis inferiores defecerunt: ſuperiores vero ī vna mole cōſtitere: Adiicienda quoq; eſt velut faſtigium quoddam conſūmando operi charitas: quæ (vt ait Apoſtolus) nūꝗ excidit: & cæteris virtutibus mortalem vitam comitantibus: illa etiam in cæleſti patria perſeuerat. Quæ forma eſt virtutu; oīm ac totius honeſtatis alumna:

Aquæ mort[...]

Nam et ſuaſit Saluator in Euangelico dicens. Vendite quæ poſſidetis: et date elemoſinam: facte vobis ſacculos: qui non veteraſcunt theſauꝝ non deficienté in cælis. Aquæ multæ populi multi ſunt: ſecundum ſententiam Ioannis in Apocalypſi: qui ſacramentum referans meretricis magnæ: quæ ſederet ſuper aquas multas: aquas inquit. quas vidiſti: vbi meretrix ſedet populi ſunt: & gentes et linguæ. Sed tranſuadati aquis: iam ad panis mentionem noſtra transferatur oratio.

¶ Finit liber primus. Incipit ſecundus:

HActenus Noſſe potuiſti Dominice ſuauiſſime ea: quæ pro mea ſententia de ſacramentis aquæ dicenda videbantur: & quæ latius fortaſſis explicanda eſſent: redegimus in parui voluminis anguſtias: quod in multis ſumma laus ſit ſcribendi breuitas. Nunc tandem operepretium ſum facturus (vt arbitror) ſi de pane quoqꝫ ſecundum myſticam ratioñe: pauca perſtrinxero Frequens nãqꝫ eſt in ſacris eloquiis, panis cõmemoratio: et aliquando quidem boni interdum mali ſignificationem amplectitur: Atqꝫ ne plura dicamus ꝙ neceſſe eſt: panem duplicẽ diſtinguimus. Alterum laudis: quem bonum poſſumus appellare. Alterum vituperationis: quem malum dicimus. Prior ille rurſum multifariam coniectari ſolet. Aperi inquit Salomon, oculos tuos: & ſaturare panibus. Panibus vtiqꝫ ſaturari nos uoluit: ac ſuaſit vir ſapientiſſimus: & iis quidem panibus: quorum alimonia vita hominũ continetur. At vitaꝫ duplicẽ Theologi prodiderunt: vnam totius hominis: quã viuificat anima, velut forma: alteram animæ ipſius: quam viuificat Deus tanꝙ illius ſumma perfectio. Sicut enim abſente anima hominem diſſoluit: corpus perire neceſſe eſt: ita et anima per vitæ turpitudinem: ac vitiorum labem adeo ſeiuncta ſine dubitatione mortua eſt. Itaqꝫ reficienda eſt panibus: cibãda inquam panibus eſt vitæ & intellectus: et aqua ſapiẽtiæ ſalutaris potãda: vt eo pacto vitam adipiſcatur: & abunde poſſideat. Vita autem eſt Chriſtus: qui de ſe ipſo ait. Ego ſuꝫ via veritas & vita. Primus itaqꝫ panis vitæ tuẽdæ ac naturali neceſſitati inſeruit de quo Dominus p Moyſem primum parentem ita ſubmonuit. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo: donec reuertaris in terram: de qua ſumptus es. Et in Eccleſiaſtico legitur. Initium vitæ hominis aqua & panis et veſtimentũ & domus protegens turpitudinem. Ht in alio loco: Benefac humili: & non dederis impio: prohibe panes illi dare: ne in ipſis potentior te ſit. Eundem quoqꝫ panem meminit Iob inquiens. Aquam laſſo non dediſti: & eſuriẽti ſubtraxiſti panem De eo nãqꝫ pane ſermo eſt: quo veſcimur: et vitaꝫ ſubſtinemus. cuius vtilitas latius patet. Primum vitam alit: ac tuetur: vt diximus. Hinc illud Eccleſiaſtici Cibaria & virga et onus Aſino: panis & diſciplina et opus Seruo. Aſinus onera vehit: cibariis eget: verbere ad parendũ compellitur. Seruo opus iungitur: alimentum tribuitur: caſtigatio adhibetur. Aſinus & Seruus vterqꝫ corpus ſignificant: Nam duplex eſt in animali conſiderare imperium: Vnum dominicum: & ty-

Panis duplex.

Panis vitæ tuendæ.

da nobis hodie. Nam & Græci dicũt arton epiuſion .i. panem ſuperſubſtantialem: quem & Paulus apoſtolus cõmemorat: cum alias: tũ Corinthiis ſcribens. Dñs Ieſus in qua nocte tradebatur: accæpit panẽ: & gratias agens: fregit & dixit. Accipite: & manducate. hoc eſt corpus meum Et iterum: Probet autẽ ſeipſum hõ: & ſic de pane illo edat: & de calice bibat. Hic igitur panis eſuriem tollit imprimis: ac ſacietatẽ explet: de quo Propheta. Poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatiat te. Et apud Ioannem loquitur Saluator. Nõ Moyſes dedit vobis panẽ de cælo: ſed pater meus dat vobis panẽ de cælo verum: Panis .n. verus eſt: qui deſcẽdit de cælo: & dat vitã mundo. Illis vero orantibus: dñe ſemper da nobis panẽ hunc: reſpondit: ac ſubiecit. Ego ſum panis vitæ: qui venit ad me: nõ eſuriet: & qui credit in me: nõ ſitiet vnq̃. Suauiſſimus eſt hic panis: & in mirum modũ mandẽtes delectat. ſicut & ſapiens vere inquit. Angelorum eſca nutriſti populũ tuum: & paratum panẽ de cælo præſtitiſti illis ſine labore omne delectamentum in ſe habentẽ: & omnis ſaporis ſuauitatẽ. Quis explicare poſſit huius panis ſacroſancti vel vtilitatem pcipuam at incredibilẽ aut admirabilem gloriam. Hic eſt panis de cælo deſcendẽs: vt ſi quis ex ipſo manducauerit: nõ moriatur. Siquis manducauerit ex ipſo: viuet in æternum. Hic panis eſt: quem pro immenſa largitatis ſuæ bonitate dat nobis dñs: & caro Chriſti eſt pro mundi vita: quam niſi manducauerimus: nõ habebimus vitam in nobis Sed de hoc alio tempore plura. ¶ Myſticus panis & pœnitentiæ additur: cuiuſmodi Propheta nominat. Cinerem tanq̃ panem manducabã: & poculũ meum cum fletu miſcebam. Rurſum idem ait. Surgite poſtq̃ ſederitis: qui manducatis panem doloris. Panis nãq; doloris aſperitas pœnitẽtiæ eſt: per quã in hac peregrinatione gementes: & in conualle miſeriæ huius ingemiſcentes ad glorioſam vitam ſurgimus: quã priuſq̃ adipiſci valeamus: dicat quiuis cũ Propheta pœnitentia ductus. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Sedet homo: quum humi demerſus fragilibus rebus & terreſtribus ludibriis inſeruit: ſurgit: quum ſublatus humo ad cæleſtia contemplanda mentem erigit: quod quum fecerit: quæ ſurſum ſunt: & ſapit: & quærit: & Prophetæ vocem concinit. Tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſq; ad domum Dei: & gaudens atq; admirans moduletur & dicat. Quã dilecta tabernacula tua domine virtutũ. ¶ Panis inſuper diuinæ conciliationis adiicitur: qui animam remittit: & iucunde relaxat: quẽ Dauid noſter meminit. Mandauit nubibus deſuper: & ianuas cæli aperuit: & pluit illis mãna ad mãducandum: & panem cæli dedit eis: panem Angelorũ manducauit homo. Hic eſt ille panis: qui nos aduerſis in rebus conſolatur: & afflictos recreat. Hoc refecta eſt Ruth illa Moabitis: quã Booz allocutus ait. Quãdo hora veſcendi fuerit: veni huc: & comede panẽ: & intinge bucellam tuam in aceto. Ille profecto bucellam in aceto intingit: & panem comedit: qui memoria & recordatione dominicæ paſſionis particeps diuinæ conſolationis efficitur. Hunc cibum qui ſumpſerit: opus perficiet: & in exequendis diuinis mandatis certe nõ deficiet. Nam & in fortitudine cibi huius ambulauit Helias tum diebus tum etiam noctibus vſq; ad montem Dei Oreb. Hoc eodem cibo mens noſtra & corroboratur in vitæ ſanctimonia: & in bonis operibus confirmatur. Teſtis eſt Propheta

Pnĩæ panis.

Diuinæ cõſolationis panis

Doctrinæ panis

inquiens. Et panis cor hominis confirmet. ❡ Eſt inuenire & panem do-
ctrinæ & cognitionis: cuius mira ſuauitas, incredibile dictu eſt: quantã
percipientibus afferat voluptatem. Naꝫ ſi habeat aliquid doctrinæ mẽs
tanꝙ pabulum nihil poteſt eſſe (vt ita loquar) hominis vita iucũdius.
Paruuli petierunt panem, inquit Ieremias: & nõ erat: qui franget eis.
Paruuli ii ſunt: qui doctrinæ & cognitionis expertes, rudium more pue-
rorum, lacte ſapientiæ, & doctrinæ alimonia educandi ſunt. Et enim ſa-
pientia intellectus viget: eius fame interit. Atqꝫ homo quidem ſine ſa-
pientiæ præſidio viuens, mortuus eſt. Huius pabuli alimentum omnem
eſcam ſuauiſſimam p̃ſtat. Ac primo quidem rationem ipſam cognoſcẽ-
dis rebus illuſtrat. Cibabit illum: dicit ſapiens: pane vitæ & intellectus
& aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. Deinde cupiditatem viuificat
& ea quidem vita: quæ vera tandẽ vita eſt: quando nõ in ſolo pane viuit
homo: vt ſcriptuꝫ eſt: ſed in omni verbo: quod ꝑcedit ex ore dei. Poſtre-
mo vim iraſcibilem inflãmat ſtudio: atqꝫ amore iuſtitiæ. Itaqꝫ duo diſci-
puli: qui Emaus ꝓfecti cum Ieſu: quẽ adhuc noſſe nõ potuiſſent: recum-
berent poſt fractionem panis: quem illo porrigente, acceperant: ad inui-
cem collocuti dixerunt. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis: dum
loqueretur in via: & aperiret nobis ſcripturas. Inflammati namqꝫ erãt
charitate quadam: & mira dilectione flagrabant: qui tradente diſcipli-
narum omnium auctore panem diuinæ cognitionis acceperunt:

Tres aīæ vires.

❡ Cum igitur tres perhibeantur animæ vires: quam triplicem animaꝫ
finxit Plato. Ratio: cupiditas: Ira id eſt rationalis potentia, concupiſci-
bilis, iraſcibilis: omnes hoc pane ſalutaris doctrinæ reficiuntur.

Panis deuotionis.

❡ Alius panis cuiuſdam deuotionis, nõnunꝙ in diuinis litteris repe-
riri conſueuit. Qualis ille apud Prophetam. Percuſſus ſum vt fœnum:
& aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meũ: Hic adipe &
pinguedine animam replet: & ſcatentem reddit bonorum operuꝫ: quo
ſine inculta anima & ieiuna relinquitur: fitqꝫ ſicut fœnum tectorũ: quod
priuſꝙ euellatur exaruit. Hic maxime expetendus: & idcirco ſumma dili-
gentia retinendus eſt. Non enim bonum eſt: ſumere panem filiorum &
mittere canibus. Habet enim præcipuam quandam ſummæ delectatio-
nis ſuauitatem. Ob quam quidem rem, recte dicit in Geneſi magnus pa-
ter Iacob. Aſer pinguis panis eius: & præbebit delitias Regibus. Aſer
interpretatur: aut diuitiæ: aut beatitudo: quæ res vtraqꝫ deuotione ani-
mi comparatur: qui non iniuria panis vberrimus appellatur: qualem de-
ſcribit Eſaias. Panis frugum terre: erit vberrimus & pinguis.

Panis æternæ gloriæ.

❡ Panis præterea æternæ vitæ: & gloriæ ille dicitur: quem in euangelio
Lucas commemorat dicens. Beatus: qui manducabit panem: in regno
Dei. Hic enim cibus beatorum eſt: qui in cœleſti patria æuo ſempiterno
fruuntur: quos ſatiat dei gloria: & replet abunde: bonorum omnium
vbertate: & copia: in cuius domo, gloria immortalis & incorruptibiles
diuitiæ, ſine dubitatione verſantur. Sed hactenus ſatis panem laudibus
expoſuerimus. Reliquum eſt: vt ad eum: quem ſecũdo loco ꝓpoſuimus:
veniamus atqꝫ abſoluamus paucis. Qui in varietate humanarũ rerum
& peregrinatione vitæ huius aſſidue verſamur: vt iter noſtrum, facile
conficere: & ad calcem venire poſſimus: viaticum nobis ſumendum eſt

panis eius.qui vires noſtras tueatur: & foueat: cuius victum, alimentum non ſeruat ad vitam:ſed ad labem:interitumq; deducit.. Qua igitur induſtria ſuperiorem nobis panem comparare debemus:eadem: & illum declinare:quem ſcribit in Prouerbiis Salomon illos redarguens: qui eiuſmodi pane veſcuntur. Comedunt panem impietatis: & vinum iniquitatis bibunt. Hunc panem comeſt imprimis:qui libidinum obſcœnitate:& turpium voluptatū illecebris delectantur. Comedent filii Iſrael:dicit per Ezechielem dominus panem ſuum pollutum inter gentes. Quid enim tam polluit animum: flagitiorum fœditas & obſcœnarū libidinum ſordes. Mulier fornicationum, apud Oleæ propheta; inquit Vadā poſt amatores meos:qui dant panes meos mihi. Et ſapiens Cōcionator eundem panem his verbis commemorat. Homini fornicario, omnis panis dulcis. Hoc veſcuntur & qui malorum omniu; auctore cupiditate laborant:& cumulandis opibus, congregandiſq; diuitiis inhærentes, iura omnia diuina & humanæ ſubuertunt. Quos increpat dominus per Ezechielem dicens. Violabāt me ad populum meum: propter pugillum ordei & fragmē panis. Vt enim in ordeo aſperitas in pugillo & fragmine tenuitas cernitur:ita & auaritiæ crimē & aſperum eſt & anguſti & puſilli animi index. Sumunt & hunc panem: qui inſolenter gloriantur:& faſtu quodam atq; inani gloria efferuntur. Serpenti puluis panis eius:inquit Eſaias. Nam ſuperborum inſolentia nequa diutius perſeuerat:ſed diſſipatur:& in tenues auras euaneſcit tan puluis quem proiicit ventus a facie terræ. Aſſentatores quoq; & adulatores, pernitioſum genus hominum:hoc eodem alimento paſcuntur, pro ſapientientis vera ſententia dicentis. Fatuo nō erit amicus:& nō erit gratia bonis illius:qui enim edunt panem illius, falſæ linguæ ſunt. Stulti enim ſunt:qui aſſentatoribus aures patefaciūt. Hic idem panis cibus eſt eorum:qui veritatis inimici ſuis mendaciis & captioſis inſidiis homines fallunt:qualis a Salomone cōmemoratur. Suauis eſt homini panis mendacii:& poſtea implebitur os eius calculo. Et in alio loco. Ne deſideres de cibis eius:in quo eſt panis mendacii. Māditur & hic panis ab iis:qui perfidia atq; execranda proditionis macula polluuntur. Quē; panem Salomon in prouerbiis nō reticuit. Mulier ſtulta & clamoſa inquit:plenaq; illecebris:& nihil omnino ſciens ſedit in foribus domus ſuæ. ſuper ſellam in excelſo vrbis loco:vt vocaret tranſeuntes per viam & pergentes in itinere ſuo. Quis eſt:paruulus declinet ad me:& vecordi locuta eſt. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt:& panis abſconditus ſuauior. Veram vim proditionis expreſſit:quæ ne animis illabatur:omni ſtudio curandum eſt. Quid enim tam decet hominem fides. Quid cōtra tam dedecet perfidia. Hic exitialis panis eſt:infectus veneno mortifero:panis in nō vitæ:ſed interitus & necis:de quo Iob. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus. Ac mea quidem ſententia:hæc funeſta lues:hæc ſæuiſſima peſtis eſt totius humani generis. Deniq; ne iam longius ſcribentes progrediamur:aluntur hoc pabulo: & cibo ſordidiſſimo nutriuntur:qui in figura hominis ferinam ſæuiciam atq; immanitatem exercent belluarum. Contra hos acerbe Pſalmigraphus propheta inuectus eſt. Nonne cognoſcent inquit:omnes: qui operantur iniquitatem:qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis.

Panis vituperationis.

Attende

Hi ſunt:qui nefaria ſæuitia & atroci crudelitate vitam hominum inſectantur:cædem affectant:ſanguinem exſorbent:moliuntur innocentiæ cladem:interitum concupiſcunt.Sedent cum diuitibus in occultis : vt interficiant innocentem:in pauperem reſpiciunt toruis luminibus : & velut Leo in ſpelunca inſidiantur in abditis:vt alioruꝫ ſubſtantiam iniuſte diripiant. Quorum mens machinatur inſidias: lingua venenum aſpidum tegit:manus operatur iniquitatem:pedes veloces currunt ad effundendum ſanguinem. Aduerſum hos iterum excandeſcens Propheta. Nonne cognoſcent:inquit:omnes qui operantur iniquitatem : qui deuorant plebem meã.vt cibum panis. ¶ Nos igitur ſi rectam volumus conſectari viuendi rationem:illo veſcamur pane: qui panis eſt benedictionis & vitæ:illo ventrem & interiora animæ diſtendamus:prouidentes ne aquis malis atqꝫ earum fluctibus demergamur: illas affatim bibentes & plenis exſorbentes faucibus:quæ vt ſuperiores ſunt : ita diuina gratia prauia:& virtute duce ad ſuperiora perducant :& cum aquis: quæ ſuper cœlos ſunt:nomen domini laudemus.

Peroratio.

¶ Præcellentis Theologi Auguſtini Dathi Senenſis:de ſacramentis panis:& aquæ liber ſecundus fœliciter explicit.

Lucæ Pagni Aſcianenſis Aepigramma: in quo Clotho ſuper obitu Aug. Dathi mortem alloquitur.

Clotho
Dic cur ſæua Dathum:perimis Libitina diſertum:
  Qui nunc eſt ſecli gloria magna ſui.

Libitina.
Ne quum immortales animas probat eſſe perennes:
  Tunc homines metuant numina noſtra nihil:
Et ne completis ſcriptis ea gloria reſtet
  Mortuus vt viuat:famaqꝫ poſt ſuperet.

Clotho
Nil facis in terris:nam tantum linquere nomen
  Auſus:quod viuis fama perennis erit.
Scriptaqꝫ mox natus multa diſperſa papiro
  Colliget:æternum fama duobus erit.

Libitina
Non erit:extinguam natum poſt ſcripta:nec vllo
  Tempore durabit gloria parta diu.